



**Eusebius captivvs, sive Modvs procedendi in cvria Romana  
contra Lutheranos, in quo præcipua Christianæ religionis  
capita examinantur: trium dierum actis absolutus.**

<https://hdl.handle.net/1874/402041>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnde
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. oct.

71




170






E. oct.

71





E 8.71

# Eusebius capti-

VVS, SIVE

MODVS PROCE-  
DENDI IN CVRIA ROMANA  
contra Luteranos, in quo præcipua Chri-  
stianæ religionis capita examinan-  
tur; trium dierum actis  
absolutus.

PER HIERONYMVM  
Marium,

GALAT. 1111.

Quemadmodum tunc is qui secundum car-  
nem natus erat, persequebatur eum  
qui secundum spiritum,  
ita & nunc.

EX dono Buckley

BASILEÆ.



СИДО СИДА  
СИДА СИДА  
В ЗОЯ ПАЧОМ  
ЛЮБОВЬ СИДО СИДА  
СИДА СИДА СИДА СИДА  
СИДА СИДА СИДА СИДА

СИДА СИДА СИДА  
СИДА СИДА СИДА СИДА  
СИДА СИДА СИДА СИДА  
СИДА СИДА СИДА СИДА

СИДА СИДА СИДА

СИДА СИДА СИДА

AD SAPIENTISSI  
MOS BERNENSIS REIPVB.  
Consules, Senatumq; amplissimum, ac  
uera religione illustrissimum, Hie-  
ronymus Marius.



E M I N E M, Illustrissi  
mi Principes, inueniri  
arbitror, qui in rebus  
quæ præ omnibus alijs  
longè chariores sunt, col-  
locandis, non omni stu-  
dio ac diligentia locum aliquem tutum per-  
uestiget, in quo eas reponat: & apud aliquem,  
qui non modo ægrè ferat, uerum in hoc mi-  
rum in modum oblectetur: maximoq; sibi fa-  
uori esse ducat, si quis, quæ ipsi charissima  
sunt, apud se deponat, eiq; committat & cre-  
dat: in eoq; se autoritate & fide apud homi-  
nes ualere existimat, ac se non tantum iu-  
stum, sed & strenuum defensorem haberi eo-  
rum quæ ei cōmittuntur. Quapropter mihi  
non satis considerati uidentur, qui sua illo-

Epistola

rum fidei committunt, qui ea potius perditu  
ri sunt, quam conseruaturi, & ab his qui in  
ea uim iniuriamq<sub>z</sub> inferre tentarent, defen-  
suri. Quia in re grauiter mihi uidentur erra-  
re aliqui nostræ tempestatis homines, qui lu-  
cubrationes suas suis dedicat inimicis, eiusq<sub>z</sub>  
causæ doctrinæ ue aduersarijs, quād ipsi tuer-  
tur. In huīusmodi homines prouerbii illud  
antiquum conuenit, Ouem lupo commisisti.  
Ne igitur nos in eiusmodi errorem labere-  
mur, maxima diligentia cogitauimus, ami-  
cos cōsulūimus, modis omnibus quæsuimus,  
quibus nam tuto committere, quorūq<sub>z</sub> fi-  
dei commendare possemus Opusculum hoc  
nostrum: quod non alia de causa elaborau-  
imus, quam ut tanquam in impressa tabula,  
una ex parte Antichristi crudelem tyran-  
nidem, ex altera uero sanctorum Christi pa-  
tientiam constantiamq<sub>z</sub> ostenderemus. Et  
quanquam ego per meipsum sacrosanctum  
uestrum Scrutatum nō uiderim, nec uestram  
tum pietatem, tum in administranda Re-  
publica

## Nuncupatoria.

publica prudentiam perspexerim: tamen  
pietatis uestræ lumen adeo conspicuum illu-  
stre<sup>q</sup> est, ut in omni quantumvis remoto lo-  
co sentiatur, uisusq<sup>z</sup> suis radys omnium qui hu-  
iusmodi luminis amantes & cupidi sunt, in-  
tuitum ad se conuertat: hebetesq<sup>z</sup> illorum o-  
culos reddat, qui propria nequitia lumen id  
non solum oderunt, sed omnino extinctū cu-  
piunt. Quoniam igitur ex multorū piorum  
doctorumq<sup>z</sup> uirorum sermone, constanti<sup>q</sup> fa-  
ma, perspicuum mihi factum est, quanta o-  
mnium uestrūm in C H R I S T I causa  
conseruanda ac defendēda sit pietas, uirtus,  
constantia, sapientia & fides: quorundam  
etiam hortamētis, qui sanctissimæ, unaq<sup>z</sup> po-  
tentissimæ isti uestræ Reipublicæ addictissi-  
mi sunt: mecum tandem constitui, Opus hoc  
nostrum nulli posse commendari, qui illud li-  
bentius in fidem recipiat suam, eademq<sup>z</sup> con-  
seruet, atq<sup>z</sup> aduersus quoscunq<sup>z</sup> hostes tueri  
& uelit, & possit. Quod si quis dicat, uiris  
adeo magnis atq<sup>z</sup> illustribus metu paruam

## Epistola

rem commendare non decuisse, neq<sub>z</sub> talium  
autoritate splendoreq<sub>z</sub> in re tam exigui mo-  
menti uii, cum magnis atq<sub>z</sub> illustribus magna  
illustriaq<sub>z</sub> cōueniant: huic ego responderem,  
eum magnopere errare, siue personas spe-  
ctet, siue rem ipsam. Nam si personas primo  
spectemus, nemo nō fatetur, ubi uera est am-  
plitudo, ibi una humanitatem quoq<sub>z</sub> benigni-  
tatem, mirumq<sub>z</sub> quoddam alios iuuandi desi-  
derium reperiri. Magnorū potentumq<sub>z</sub> est,  
paruos debilesq<sub>z</sub> iuuare ac tueri, illorum cau-  
sam suscipere, & solitudinem amplecti. Qui  
namq<sub>z</sub> fiet, ut qui humilem debilemq<sub>z</sub> fortu-  
nam sortitus est, ab alio, qui neq<sub>z</sub> altiore neq<sub>z</sub>  
fortiore sortem tenet, iuuetur? Tenuiores  
iuuare, eosq<sub>z</sub> iniuria prohibere, id est quod o-  
lim Reges, aliosq<sub>z</sub> principes cōstituit. Regium  
uerē est, in suam suscipere fidem eos qui alio-  
rum iniurijs obiecti & expositi sunt. Quod si  
genus hoc bonitatis magnanimitatisq<sub>z</sub> in ple-  
risq<sub>z</sub> alijs desideratur, in uobis tamen non de-  
sideratur: quæ si in nōnullis uestri similiūm  
elucet,

## Nuncupatoria.

elucet, in uobis longè splendet illuſtrior. Quod autem ad rem ipsam attinet, quam patrocinio uestro munitam opto, ſi cui ea forte parua, neq; magniusque adeo pōderis uideatur: hoc forſitan erit, quod illam, quēadmodum eius dignitas merebatur, non elabourauerim. Ingenue fateor, eam longè elegantioribus preciōſoribusq; ornementis ac uestibus ornari ueliriq; potuisse. Nam cum reuera pī Christianiq; hominis tragœdia ſit, quæ ſub Eufe-  
biuſ persona agitur, diſpoſitio, tragicusq; cotur-  
nus, ſtyli uidelicet granditas, in ea forte deſiderabitur. Verū enim uero ſi hoc concesſe-  
ro, nunquam attamen concedam, quin eius  
in qua uerſatur materia, altissima nobilissi-  
maq; ſit. Hæc enim totius Christianæ doctri-  
nae ſumma breuiter collectam, ac rationi-  
bus uarijs roboratam complectitur: nihilq;  
reperiſſe posſe arbitror, de quo C H R I S T I  
¶ Antichrifi Ecclesia hiſ temporibus di-  
micent, quod in hac tanquam in tabula, ui-  
uis coloribus non pingatur: & breuiter ad-

Epistola

uersariorum ingenium, artes, tyrannis, crudelitasq<sub>z</sub>, omnium oculis spectanda exponuntur. Iam si maximi, supraq<sub>z</sub> quām dici possit, ponderis est, hinc C H R I S T V M Domum nostrum, & ex altera parte Antichristum, C H R I S T I & suorum hostem sempernum cognoscere: dubium non est, quin ea quæ his in chartis pingere uoluimus, maximam quandam in se utilitatem, fructum & commodum contineant. Quanquam ne ipsa quidem tractandi uia contemnenda uideri debet, cum ab aduersariorum foro, iudicisq<sub>z</sub>, non autem à comicis aut tragicis scenis formam sumperimus, atq<sub>z</sub> ad eam totius iudicij processum accommodauerimus: neq<sub>z</sub> enim ingenia in tractando eandem omnia formam & uiam sequi tenereq<sub>z</sub> obstringūtur. Alius dialogis, aliis disputationibus, aliis epistolis, aliis comœdijs, aliis tragœdijs, aliis Pasquillis, aliis carmine, aliis soluta oratione Christianam religionē profitetur: omnes unum C H R I S T V M uenerantur, omnes

ad

## Nuncupatoria.

ad C H R I S T I Ecclesiæ structuram, quod possunt, conferunt. Styli uero curam illis relinquo, qui in eo expoliendo dies noctesq; uer-  
santur. Nihil satis esse arbitratus sum, si sim  
plici & canonica dictione susceptū negocium  
absoluerem: ut hac ratione sermonē his per-  
sonis accommodarem, inter quas causa hac  
agitur & disceptatur: utq; ipsi aduersarij a-  
liquanto melius formā contempletur, quam  
contra nos in fidei negocio sequuntur: & si  
fieri posset, à nequitia & crudelitate reuoce-  
tur: nostri uero ad patientiam toleratiām q;  
accendatur. qui deniq; ueritatis lucem non-  
dum conspiciunt, eam hic cōtemplentur: &  
qui eam iam dudum norunt, in eadem con-  
firmentur: ut in omnibus glorificetur Deus  
Pater, C H R I S T I que nomen illustretur.  
In hoc examine præcipua quæq; Religionis  
nostræ sacrosanctæ capita examino, liberri-  
maq; oratione declaro, dum Eusebiūm de fi-  
de & religione coram Pontifice, eiusq; colle-  
gio differentem introduco: qui totum nego-

## Epistola

ciūm, sacræ scripturæ, quæ in omnib. primas  
obtinet, autoritate peragit: Romanorū epi-  
scoporum, qui priſco fuerunt a eo, decreta in  
medium profert, eorundemq; regimen quale  
fuerit, explicat. Multorum conciliorum sta-  
tuta adducit, quæ Ecclesiæ sanctæ tum puri-  
tatem, tum unitatem, sine ulla tyrannide de-  
fendebant. Antiquiorū doctorum, Irenæi,  
Tertulliani, Lactantij, Origenis, Cypriani,  
Hieronymi, Augustini, Chrysostomi, Am-  
broſy, & aliorum sententias recitat. Pontifi-  
cum Romanorum & Imperatorū historias  
fere innumerās breuiſime recenset: horum  
testimonijs, tum C H R I S T I religionem de-  
fendit, tum Papismi abusus, idololatriæ, abo-  
minationisq; originem, Pontificisq; Romani  
tyrannidis ortum & progressum ita patefa-  
cit, ut qui hæc uidere noluerit, in meridie lu-  
men nō uidere dici possit. Mirabitur hic for-  
te quispiam, cur res à medica professione lon-  
gè diuersas (theologicas sanè) pertractem,  
cum futori nihil ultra crepidam liceat. Huic  
respon-

## Nuncupatoria.

responsum erit, si nullam homini Christiano  
uocationem contingere posse considerarit, qua  
impeditatur, ne religionis C H R I S T I tute-  
lam suscipiat, si ab eius aduersarijs, ut hoc fa-  
ciat, prouocetur. Cum igitur ante triennium  
Papisticam religionem, tanquam C H R I-  
S T O aduersantem, repudiasssem, nullumq;  
mihi in Italia locū à Papæ tyrannide tutum  
esse conspicerem, illam coactus deserui: liben-  
tius enim aut paternis sedibus, aut in alio  
quouis Italiæ loco uixisse, ubi Papisticae abo-  
minationi aduersari possem. Verum cum  
nullum pīs tutum præsidū, aut asylum esse  
conspicerem, certum mihi uitæ periculū im-  
minere agnoscebam, si illic diutius uersarer.  
Ideo cum saeuissima tormenta, quibus Chri-  
stiani afficiuntur, perhorrescere, Italiam de-  
serui, altissimas totius Europæ alpes supera-  
ui, in Heluetiorū oram & urbes, tanquam  
in ciuitates perfugij, me recepi. Mox nō de-  
fuerunt in Italia amici, ut pleriq;  
sciunt, qui  
cum ante aueritate & ipsi agnouissent, Pa-

Epistola

pisticis oc̄is atq; delicijs irretiti, turpiter &  
fæde, coram frequenti populo, faciem I E S V  
C H R I S T I conspuites abnegarūt. iut ex  
animo se pœnituisse ostenderent, discessum  
meum incusarunt, literis me ad se sequēdos,  
& hanc sanctam uiam, tanquā hæreticam,  
deserendam, solicitarunt: obsecrariuntq; ut  
in Italiā me reciperem, atq; eos ad collo-  
quium admitterem: sperare se, me in errore  
esse, se uero ad uiam ueritatis rediisse, osten-  
suros. Verū cum me nō latēret, hac in cau-  
sa fratrem à fratre, & à patre filium ad mor-  
tē prodi, quod Dominus monuit, in Italiā  
ire negauī. & per literas me id facturū polli-  
citus sum, quod ipsi, ut corām cū ipsis agere,  
optabant: quam ipsi cōditionem recipere no-  
luerunt. Quoniam igitur multos ego noui ex  
patria mea nobilioribus, qui hoc negocium  
non ignorarēt, quiq; uidentes me colloquium  
detrectare, in errore esse arbitrantur: illos  
uero, quia me ad colloquium inuitarūt, tan-  
quam pios ac sanctos uenerētur, & illorum

in I E.

## Nuncupatoria.

IN IESVM CHRISTVM blasphemiam  
comprobarent: propterea medicinæ studio  
intermissò, certis horis ad sacras musas me  
contuli, laboreq; hunc suscepi, ut eo (si quan  
do ad eorum manus perueniat) ostenderem,  
me congressum eorum uitasse: non equidem  
quod in eo succumbere dubitarem, sed uerit  
tus ne forte non sincera fide mecum agere  
tur. Nemo igitur hunc labore arguat, quasi  
in Theologorum messem, in tanta præsertim  
scriptorū turba, manus iniecerim: quod qui  
dem ferè coactus feci, fretus etiam Petri mo  
nitu, qui monet, quemuis Christianū para  
tum esse debere ad reddendā rationēm cuius  
quæ in eo est spei & fidei. Quanquam ne cor  
poris quidem humani medicum dedecere ar  
bitror, ut agnoscat, uniq; ostendat, quæ uera  
animorum sit medicina. Medicō namq; qui  
& optimus philosophus sit oportet, ut inquit  
Galenus, philosophiae scopum, qui ipsa est uer  
itas rerum, ac morū probitas, pertractare  
non denegatum est. Neq; enim Luca medi

Epistola

eam professionē obscurauit historiae sanctissimae de gestis Apostolorū scriptio, sed potius illustrauit: ut qui corporibus medelā afferre nouerat, idem quoq; animis cælestem indica ret. Cum igitur hoc consilio opus meum in lucem emittam, cōpertum habeo, in illud insurrecturos hostes: illudq; ad ignem usq; si posterunt, persecuturos. Verū nullo cōcutiar timore, donec Deū Opt. Max. tales in causa sua (quales es̄tis uos) patronos habebit, pietate, fide, iustitia, ueritate, adde & potentia, illustres ac fortes. Nemine latet, qua animi fortitudine in tam fœdis religionis Christianæ defectionibus & periuurbationibus, in ueritate perstiteritis: Dei gloriā, I E S U C H R I S T I doctrinam, religionisq; eius puritatem pluris feceritis, quam hominum gloriam, honores, dīuitias, potētissimorumq; regum amicitias. Vos ergo non inter mundi, sed regni CHRISTI principes connumerandi es̄tis. nam mundi tantum esse principem, nihil ad regnum cœlorum ac uitam æternam consequendam.

## Nuncupatoria.

quendam iuuat: at in C H R I S T I regno  
esse principem, cæterosq; C H R I S T I cogni-  
tione, manifestatione, defensione q; excellere,  
hoc principes una cum populis ad æternam  
uitam perducit. Omnia quæ oculis nostris  
exposita sunt, uelut thesauri, urbes, oppida,  
regiones, præclara stēmata, arma, equi, atq;  
alia id genus copiæ, tandem peribunt ac dissi-  
pabuntur: unaq; cum illis, qui istiusmodi re-  
bus plus quam par est, confisi fuerint. At  
Dei uerbum, C H R I S T I cognitio, regni cæ-  
lestis gloria, diuitiae, magnificentia & gau-  
dia, æterno aeuo permanebunt: æternitate q;  
ipsam omnes qui hæc amauerint, ac tutati  
fuerint, cōsequentur. Et quamuis aduersa-  
ri felix hoc C H R I S T I regnum omni stu-  
dio ac ui funditus delere conentur, frustrata  
men enituntur. Nam nec sapientia, nec uis,  
nec consilium, contra Regem regum, & Do-  
minum dominantium, esse potest: qui omnia  
tanquam figulinū, uitreum' uue uas (utirex  
propheta canit) confringet. Et tunc uos, uos  
inquam,

Epist. nuncupatoria.

inquam, illustrissimi ac sanctissimi Principeſ, unaq; uobis cum, quoꝝ Euangely uocem in orbe terrarum uiribus omnibus conseruauerint, defenderint, iuuuerint, & per quos multi in uera C H R I S T I religione fuerint instructi, tanquam lucidissimorum siderum faces splendebitis. Interim igitur laborem hunc meum in omnium ueſtrūm fidem repono: ac per C H R I S T U M obsecro, ut eum suscipiatis ea pietate, magnanimitate, eoq; animo, quo eundem uobis commendo ac dono. Dominus ille noster I E S U S C H R I S T U S, æternus Dei filius, cuius causam defendendam suscepistiſ, uos Rempublicamq; ueſtrām perpetuo custodiat, ac ad nominis sui gloriam indies ampliorem reddat. Baſileæ, I IIII Nonas Nouembris,

Anno M. D. LIII.

HIERONYMVS MARIUS

Iesu Christo Seruatori.

Pascat oues, camposq; colat, Martemq; superbum  
Carminibus tollat Mantua, Smyrna duces  
Enumeret Danaum, ustantes Pergama dextris,  
Igneq; ut ex alto culmine Troia ruat.  
Corduba Romanas acies, populumq; potentem,  
Iusq; datum sceleri carmine commemoret.  
Progeniem Veneris Sulmoq; poemate tollat  
Ad superum sedes: Delphys et ipse chelys  
Aoniam plectens, Parnassi in uertice Daphnium  
Terq; quaterq; uocet, Daphnis et antra simul  
Ter quater ingeminent nomen. Sic Thracia amantem  
Eurydicen reuocet, confona fila mouens.  
Huic nemora assurgent, moerentem cuncta sequantur,  
Qua Phlegetonthae ipsa subibit aquas:  
Pan, et flaua Ceres, Pallas, doct. eq; sorores,  
Mars, et pulchra Venus, Styxq; fauere uelint.  
Sed tu Christe mibi fauas, sanctissima proles,  
Ac mihi sis doctor, lux, uia, uita, Deus.  
Ad sis ergo mihi, coelesti numine plenus,  
Hostibus aq; tuis me tueare precor.  
En me iussa, fides, pietasq; ac dogmata patrum  
Priscorum, et leges, nunc retegenda manent.  
Hec tu Christe λόγος sanxisti fcedere nobis,  
Subderet ut mundus colla superba Patri.  
Perfidus at satanas tamen omnia conculcarat  
Fraudibus innumeris: fonte sed ecce sacro  
Hec eadem rursus populis expromere tento,  
Ut noscant unum teq; patremq; Deum.

Perdita

Perdita progenies satanæ sic panditur orbi;  
Quæ in templo residens, creditur esse Deus;  
At quæ nam fuerint eius primordia regni,  
Et qui progressus, noscere quisq; potest.  
Illi insidias, cædes, atq; horrida bella,  
Fraudes, & luxus, furtæ, ueneficia,  
Atq; simultates, mendacia, somnia, sectas,  
Et sacras leges, & simulacra cano.  
His lolium infelix opto diuellere ab agro  
Christe tuo, & sancto semine conserere.  
O' utinam tua nunc plantetur uinea septis,  
Ne ferus hanc hostis perdere possit aper.  
Audiat hæc igitur, qui querit uera salutis  
Pasquati nam uitam, credita corde, dabunt.

## E R R A T A.

Prior numerus chartarum facies, posterior lineas ostendit.

4.29 dimitteret 11.22 scriptum est 14.28 ab altero  
22.20 sœuijt, ut 24.25 diligebat 27.1 Imperato-  
rem 31.9 decreuit 37.20 atq; 52.1 cognoscent &  
4 & domino & 4 suisq; 72.11 putandum ne &  
12 Petrum & 25 antequam 85.7 absterrere 90.11  
in marg. 24.9.1. 101.13 tenebrarum 119.25 præcipien-  
do 121.17 ut sibi nomen pararent in uniuersitate trrras  
cōfusa sunt omnino labia eorū. 125.10 uictore 130.  
10 cedimus 141.26 sancto 148.15 cōpararent & 16  
ministrarent 151.22 scripserunt 161.28 ueniens &  
29 Carolum 162.8 atq; 170.6 fuerit 190.6 dira  
191.6 sœuissimus, atq; 6 & 22 conspectum 197.28 iu-  
stitiam 205.24 uestra 235.26 rationibus 238.15 di-  
uitias 241.19 Græcia 245.15 igitur 268.3 uestris  
& 18 iudicaremus 275.18 cura 276.25 solutum  
303.20 afferitis 312.26 est in 319.20 parem & 30 fa-  
rinam 328.3 possit 332.25 hoc 335.6 potuisse 337.3  
Sother 349.9 claustra & 29 Cerberus 350.1 ille  
quem & ibid. constructus 358.8 ostendunt  
360.17 in marg. L. Barba-  
rius.



EVSEBIUS CA-  
ptiuus, siue  
MODVS PROCEDENDI  
in curia Romana contra Luteranos,  
&c. Romæ trium dierum a-  
ctis absolutus.

ACTA PRIMI DIEL.

VIS, optimi in CHRISTO  
fratres (si secundum hominem lo-  
quatur) nostrorum conditionem  
temporum miserrimam pernicio-  
sissimamq; nō appelleat illamq; à  
nobis non agrefendam dicat,  
cum pios omnes, ueluti mitissimas oves, à suis pasto-  
ribus iugulari, pusillum CHRISTI Domini no-  
stri gregem ueluti pupilos à suis tutoribus cōpilari,  
& diripi, filios deniq; ipsius Dei à suis (ut uocari uo-  
lunt) parenib. necari uideat? Quis adeò cæcias, ex-  
corsq; ut illū gladij piorū sanguine perfusi lateant?  
Quis carceres inuisat, impiorū tribunalia adeat, An-  
tichristi rabie noscat, triremes cōsideret, fluminū pro-  
funda scrutetur, cruce aspiciat, ignesq; ad cœlū usq;  
succensos animaduertat, ac deniq; interfectorum pro-  
pter uerbū Dei animas enumeret, qui secula hæc non  
detestetur? At si quis rem exactè perpèdat, nulla felici-  
tiora, nulla beatiora, ecclesiam unq; habuisse tem-  
pora cognoscet. In his enim pseudoprophete, mini-  
stri satanæ, Antichristus ille magnus, homo pecca-

In ecclesiā  
persecutio

A ti, ac



2 Acta primi diei.

ti, ac perditionis filius, unaq; cum ipso principes ac reges terræ congregati, cruentissimum ipsi ecclesiæ bellū intentarūt. At (que Dei nostri est benignitas) fortissimos habet antagonistas, qui eam ita tuētur, ut ad sanguinē ac cineres usq; decertantes, Dei, eiusq; filij I E S V C H R I S T I, ipsiusq; ecclesiæ subdolos & infensissimos hostes prosternāt, ac dissipēt. O beatā tēpora, in qb. paupertas, inedia, opprobriū, persecutio, desertorū latibula, exilia, crucis, tyrānorūq; crudelitas ecclesiæ restituta sunt. O' beatinostræ tēpestatis martyres, qui non à Cæsaribus, publicis ecclesiæ hostib. sicut aliquādiu antiquitus factū fuit, martyrio donanimi: sed ab his qui ipsiusmet ecclesiæ pastorum, tutorum, patrumq; nomine gloriātur. Gaudete itaq;, & ter & quater gaudete, quod nō ab aliqua terrena ui, sed ab ipsius Dei opt. max. indefesso brachio, & ab ipsius I E S V C H R I S T I potētissimo uerbo, et quo quis ancipiti gladio penetrabiliori defendi-  
mini. Quæ nā terrena autoritas, quæ potentia, quæ armorū genera, quæ tormēta bellica, tantā pastorū, tutorū, patrūq; crudelissimorū rabie cohibere posset? Gaudete igitur C H R I S T I crucis participes facti, neq; uos patrib. uestris meliores existimetis, sed cum illis dicatis: In omnibus tribulationē patimur, sed nō angustiamur: laboramus, sed nō destituimur: persecuti-  
onē patimur, sed nō deserimur: humiliamur, sed nō sanctorū. cōfundimur: semper mortificationē C H R I S T I in corporib. nostris circūserimus: mortificamur tota die: estimatis sumus ueluti oves mactationi destinatae: at-

Ecclesiæ tu-  
tores.

2. Cor. 4. illis Patientia dicas: In omnibus tribulationē patimur, sed nō angustiamur: laboramus, sed nō destituimur: persecuti-  
onē patimur, sed nō deserimur: humiliamur, sed nō sanctorū. cōfundimur: semper mortificationē C H R I S T I in corporib. nostris circūserimus: mortificamur tota die: estimatis sumus ueluti oves mactationi destinatae: at-

tamen

# Acta primi diei.

3

tamen in omnibus his uictores sumus, propter eum  
qui dilexit nos: ideo ab aduersariis nostris non deter- Rom.8.  
remur. nam ipsi sibi met causa perditionis sunt, nobis  
autē salutis. Quod autē per uincula, uerbera, gladios,  
ignes, crucesq; transeamus, quodq; rapacissimorū li-  
porum rabies in nos graffetur, hoc nobis à Deo per  
C H R I S T U M prædictū, ac donatum est: ecclesia  
siquidē Dei nostri (sicuti à mundi cōstitutione uide  
re licet) non opibus, nō delicijs, nō ocio, nō esca, non  
potu, non regnorū ditione, nō terrenarū rerum copia  
ac luxurie, nō titulorū amplitudine, sed precioso san Quomo-  
ctorum sanguine & cruce parta ac firmata est: ideo do auera sic  
omnes qui piè in C H R I S T O uiuere uolunt, perse Christi ec-  
cutionē patiātur necesse est. Hæc uia, hæc illa semita  
que ad uitā dicit. In hac ambulandū, imò currē dum  
nobis est. quod et nos præstatiros confidimus, cū Do  
minus ujq; ad cōsummationē seculi nobiscū manens,  
nos supra uires nostras tentari nō patiatur. Atq; ut  
clarius rē ipsam, ô fratres, qui ab Amicristi regno  
pressurā habetis, intueamini, en uobis Eusebij Vra-  
nij exemplū post C H R I S T I crucē spectandū pro-  
ponimus. Is ante reges ac præsides propter C H R I-  
S T I nomē ductus est: is tanquam ouis in medio lupo  
rum missus est, ita ut omnis qui cum ut interficeretur  
persecutus sit, obsequium Deo se præstitisse credat. Io.16:  
Hunc uobis ob oculos ponite, & diligenter ani-  
maduertite, qua animi in Deum fiducia ante hos ste-  
terit, & quemadmodum illi Deus sermonem dede- Eph.6.  
rit, osq; aperuerit, ut notum facere posset mysterium

A 2 euange

4 Acta primi diei.

- euāgeliū, ut hinc fratres eius auderent sine timore, ex  
Philip. i. charitate, C H R I S T V M annūciare. Cum igitur  
pro C H R I S T O exprobremini, gaudetis: quoniam  
1. Pet. 4. qui Dei est sp̄iritus, super uos requiescat. Itaq; ut ad  
Eusebij nostri acta ueniamus, diligenter attendite,  
quanta per hūc fratrem nostrum fecerit Dominus in  
medio nostrū.  
1. Pet. i. Cum Eusebius non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate  
carnis, sed ex Deo natus per uerbum Dei uiui et  
permanentis in æternum, plurimum in uinea Domini  
uiero elaborasset, contigit ut Deus per os eius perfec-  
tum plurimorum plebem sibi pararet, ac multos  
ex his qui in tenebris superstitionam, idolatriæ, ac  
mortis federant, illuminaret. Quæ cū in summā Dei  
gloriam p̄assim innotescerent, peruererunt ad aures  
eius qui in cathedra pestilentiae sedens, dominatur in  
ecclesia malignantū. Is igitur ueritus ne omnes acciperent Eusebij uerbū, non ut uerbū hominū, sed sicut  
1. Pet. 2. est, uerē uerbū Dei, quo uerus ecclesiæ pastor Do-  
minus noster I E S U S C H R I S T U S agnoscetur,  
ad quē ceu ad pastore & episcopū animarū sua  
rum conuerterentur, quotquot ad uitam æternā pre-  
ordinati fuissent: ipse uero qui hactenus sanctissimus  
ac beatissimus habitus fuerat, non pastor, non tutor,  
non pater amplius haberetur: sed Antichristus, carri-  
fex, depredateur, lupus q; rapax dignoscetur, qui ta-  
men ut ouium sanguinem bibere, carnes dilaniare, et  
hinc inde dispergere posset, in dolem ouiam fese in-  
2. Thess. 2. duerat. Cum igitur timeret ne ( si Eusebium sic de-  
mitte-

## Acta primi diei.

5

mitteret) tolleretur illi locus & gens sua, quæ ueritati non credens, consentit iniquitati et mendacio, synagogam conuocat eorū super quos tanquam supra cardines (ut ipsi iactitātē) Christi ecclesia sese mouet. Quibus cōgregatis, missus fuit inter eos spiritus Domini malus, ut ab hoc uexaretur. & clamans Anti-christus, Quid, inquit, facimus fratres uestra, p dēū ecclesiæ Mammona, quē nos omnes adoramus, interest, ecclē Deus. siam hāc nostrā pro uirib. tueri: illius enim cardines nominamini, atq; estis. accepingite itaq; uos, ac estote ui ri, Deus enim Mammō, quē toto corde, tota anima, ex omni mēte, ac ex omnib. uirib. nostris colimus, pugnabit pro nobis: ipseq; omnes reges terræ in partes nostras adducturus est. Audite amabo, ac intelligite.

Quanta audiuimus facta à quodam Eusebio V ranio: potēs sanè is est in sermone, ac opere, ita ut omnes regni nostri incolæ post eum abeant. ideo perspe chtissimum uobis sit, quod nisi hac in causa rebus no stris citò consulamus, omnes eius sermoni credent, & ita de imperio nostro actū erit. Evidem antem multos dies illi denunciaui, ne quidquam in nomine C H R I S T I loqueretur: ipse uero tātum abest ut uoci meæ, quam omnes etiam reges timent, obtemperare uolue rit, ut nouissima peiora prioribus fecerit: sed & p alam testatur, se non posse ea que uidit, & audiuuit, nō loqui. Quæ igitur sit causa, iam auditissimū quid nobis agendum sit, consideremus. Tunc seditio magna in eorum synagoga exorta est. nam quidam, quorum Deus tetigerat corda, dicebant: Eusebius bonus

A 2. est: non

*est: non tamen palam hoc testabantur, propter Anti-*

*2. Cor. 4. christi metum. Ceteri uero, quorum mentes Deus his  
ius seculi excœcarat, dicebant: Hereticus est, seducit  
populum, loquitur aduersus nos uerba blasphemiae.*

*Sap. 2. Et clamabant omnes isti eadem uoce, dicentes: Tolla  
mus inimicū nostrū, quia nobis aspectu grauis est, et  
diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, abstinet se  
à ijs nostris tanquam ab immunditijs: contrarius est  
operibus nostris. circumueniamus ergo eum, et no-  
mē eius de terra tollamus, ne memoretur ultrà, ut nō  
amplius audiāt illud aures nostræ. nam tremendū no-  
bis est, cum funditus euertat ac dissipet ciuitatē ac re-  
gnū nostrū, quod tot sacrosanctis institutis, ac patrū  
nostrorū legib. ad cœlum usq; erexitus. Quis nam  
fructus? quod præmium? quod solatium? quæ labori*

*De hæret. deniq; nostro merces erit? Nos habemus legem, et se-  
c. excōmu- cundum legem debet mori. Prae ceteris autem aderat  
nicamus. in hoc concilio quidam pseudopropheta, ex Demonis*

*canorum secta: et alter, ex his qui calceos ligneos  
habentes, pellem induunt asinoram: utriq; Dei Opt.  
Max. ignoratiā profitebantur, ac Deo Moloco ra-  
sis uerticibus seruiebant. his, quoniam præ alijs qui  
aderant scribis et Pharisæis, pluribus instrucci erant  
fraudibus ac sceleribus, mandatum fuit, ut sententiam  
suam proferrent. qui statim unanimes in Eusebij ne-  
cem conspirarunt, dicentes, Eusebium omnino secum  
dum sanctissimæ inquisitionis iura coram beatissimo  
ac sanctissimo Pontifice Max. citandum esse. Quans  
sententiā cū scire omnes quotquot aderat laudassent,*

## Acta primi diei.

7

Antichristus quoq; et ipse quam maxime sequēdam  
esse dixit. Ideo silētio omnibus indictio, Eusebiū cito-  
rius sit, dicens: Cum ad aures nostras peruenierit, Eu-  
sebiū Vraniū nō rectē de fide huius nostrae sanctae Ro-  
mane ecclesiæ sentire, et aliquādo de aliquibus ar-  
ticulis catholicis obloqui, pluries illū paterno affectu  
admonuimus, ut à talib. lingua cohiberet, et in fide  
atq; obedientia nostra rectē ambularet, non declinās  
ad dexterā, neq; ad sinistrā: sed cum nihil talibus ad-  
monitionib. profecerimus, quin potius ipse satanicō  
furore repletus, in dies factus fuerit deterior, et iam  
per totū nostrum regnū laboret infamia, et sit hære-  
ticus, cum male sentiat de articulis fidei, et sacramē-  
tis ecclesiæ, ac sanctissimis traditionib. nostris: et  
cum adeò fama inualuerit, ut illū sine graui ecclesiæ  
nostræ dāno, ac regni nostri ruina amplius tolerare  
non possimus, coacti sumus ex debito officij nostri,  
via iuris ac sanctionū nostrarum prouidere. Ideo ha-  
bito super hoc negotio doctissimorū virorū consilio,  
citamus illū personaliter, si reperiiri potest: sin autē  
ad domū sue habitationis, et ad ualunas ecclesiæ san-  
cti Petri, quatenus intra tres dies pro primo, secūdo,  
ac tertio peremptorijs terminis coram nobis ad pedes  
nostros procumbēs cōpareat, ad opponendū et alle-  
gandū, quare per nos cōtra ipsum formari nō debeat  
inquisitio super crimine hæresis, cum fuerit et sit mā-  
le sentiens de fidei articulis, et de his quoq; quæ sunt  
de iure positio: cum habuerit et habeat, et tenuer-  
it ac teneat libros hæreticos à nobis diuina autorita-

8 Acta primi diei.

te nobis concessa, & in cena Domini excommunicatos: cum dederit ac det auxilium, fauorem, hospitiū Lutheranis, huic sanctae Romanae sedi aduersamib. His dictis, miserunt ministros, qui illico Eusebium iuxta Antichristi uerba citarent. Abeuntibus autem ministris, soluta est synagoga eorum qui in serui Domini mortem coniurauerant. Exeuntes uero, quasi die festum leti ac exultantes celebrabant, in uicem dicentes: Si haereticus iste contumax sit, ac coram sanctiss. ac beatiss. domino nostro comparere nolit, nihilominus tamen inquisitionem super crimine haeresis formabimus contra eum. qua inquisitione formata, illum citari faciemus ad comprehendendum personaliter, ad respondendum praefatæ inquisitioni. Et nisi compareat, citari faciemus successiue pro omnibus diebus a choris iuridicis, ad uidendum iurare, & examinari quoscunq; testes, & ad uidendum procedi in dicta causa, & ad omnes actus sue causæ tam substanciales, quam accidentales, usq; ad sententiam definitiuan inclusiue & totalem finem ipsius causæ, certificantes eum. quod & si non compareat, nos tamen processuri sumus in ipsa causa usq; ad sententiam inclusiue, & totalem finem ipsius causæ, eo ulterius non citato, nec requisito. Si uero compareat, & haeresim suam clare & distinctè, sine falso aliquo tam in his quæ sunt de iure diuino, quam in his quæ sunt de iure positivo facteri uoluerit, nullis sane testibus opus erit: quod & futurum speramus. Nam Lutherani facilime satanicum errorem fatentur, ueriti ne si ipsi Christum hunc

# Acta primi diei.

9

būc suū corā nobis negent, & C H R I S T V S nega  
turus illos sit corā Deo patre. Quod si hæresim suā  
fateri nolit, multi contra illum præstò erunt testes. nā  
et si in causis ciuilibus criminosi, incestuosi, uiri ma-  
læ opinionis, litigiosi, caluniatores, detractores, infa-  
mes, impuberes, mulieres, sortilegi, diuinitatores, te-  
stes esse non possint, contra hæreticos tamen secun-  
dum nostra iura testificari possunt. Alterum fortè hæ-  
reticum inueniemus, qui contra hunc testimonium  
dicat. Salua enim conscientia hoc agere possumus. Et  
si nullum poterimus inuenire testem, ex suspicione  
tantum contra illum procedemus. Quid plura? Nof-  
met iudices, accusatores, ac testes erimus. hoc enim no-  
bis à sacro sanctis patrum nostrorum decretis conces-  
sum est, & ita totum absoluimus negotium in glo-  
riam ac laudem Dei. Excommunicabimus quoq; il-  
lū, eo quod de fide publicè disputerit: tales enim ex-  
communi candi sunt. Et filios eius ex patris bonis pel-  
lemus, nō obstante quod sint catholici. in criminē e-  
nim lesæ maiestatis filius portat iniquitatem patris.  
Et tandem si in hæresi sua perstiterit, cogemur tolle-  
re malum de medio nostri, ut Apostolus nobis facien-  
dum esse præcipit: & sic miserum istum brachio se-  
culari comburendum trademus: cum nobis non licet  
interficere quenquā, ne forte irregularares reddamur.  
Hæc omnia nobis custodienda sunt, ut omnia cum æ-  
dificatione ecclesiæ, honestè, & secundum ordinem  
faciamus, ut præcipit Paulus. O fideles, quid faciet  
Dominus uineæ agricolis his sanctorum piorumq;  
C. contrā  
Christ. de  
hær. lib. 6.  
Tex. In fid.  
fau. de hæ-  
ret. lib. 6.  
De hære. c.  
excomm.  
Tex. c. qui-  
cūque par.  
inhibemus  
de hær. l. 6  
De hær. c.  
Vergentis.  
I. Cor. 5.  
De hære. c.  
excommu-  
nicamus.  
Dist. 21. mi-  
ror.

A s

sangu-

sanguine respersis: quomodo poterunt uiri homicidi.  
 1. Io. 3. de, Caini semen, uitam æternam habere? An non  
 sanguinum uiri sunt: non ne ex patre diabolo, qui ab  
 initio homicida fuit, sunt: non ne iustorum anima  
 que propter uerbū Dei, & testimonium agni inter-  
 festae sunt, in horum homicidarum animas clamant?  
 Soluto uero cœtu, ministri per urbem uagantes, Eu-  
 sebium quæsiere. Audientes aut̄ quod per uicos ac  
 singulas domos annunciat̄ I E S V M C H R I-  
 S T V M, & hunc crucifixum, non amplius illum  
 quæsierunt. at citationis forma affixa, quemadmodū  
 illis iussum fuerat, abierunt ad eos qui illos miserant.  
 Eusebius uero sciens quia hora esset, ut ex hoc mun-  
 do transiret ad patrem, triduo hoc fidelis mysterio-  
 rum Dei dispensator extitit, ac ut sapiens archite-  
 ctus, fundamentum ac lapidem angularem in domo  
 Dei ædificanda iecit. Triduo autem transacto, cum  
 Antichristus ac tota malignantium ecclesia in unum  
 conuenissent aduersus Dominum, et aduersus seruos  
 eius, miserunt ministros ut Eusebium contumacem  
 uinctum ad se perducerent. Qui abeuntes, inuenerunt  
 Eusebium in medio fidelium loquentē de regno Dei:  
 & comprehensum adduxerunt ad Antichristum. ce-  
 teri uero qui cum Eusebio erant perseverantes in do-  
 ctrina apostolorum, abeuntes exierunt à finibus An-  
 tichristi. Ministris autem dixit Eusebius: Cum certus  
 sim fore ut breui meum tabernaculum deponam, que  
 admodum mihi Dominus noster I E S V S C H R I-  
 S T V S significauit, eamus quod lubet. quia sicuti per  
 uitam,

# Acta primi diei.

11

uita, ita et per morte glorificabitur C H R I S T V S  
in me. Ductus sic ad Antichristum, stantem in loco  
sancto, & se tanquam Deum ostendentem, lachry-  
matus est. Considerabat Antichristus pro tribunali in  
loco qui dicitur φιλαστρία, quod interpretatur auari Tribunal  
tia. cæterorū autem (timore enim maiestatis eius cor Autichri-  
repti erant) ne unus quidē sedere ausus erat. Quæ ui-  
dens Eusebius, cum magna fiducia extolles uocē, di-  
xit: Hec ne humilitas C H R I S T I, cuius uicarium  
hic se esse iactat? Si Deus superbis resistit, humilibus 1. Pet. 5.  
aut dat gratiā, quomodo hic, quem adeò superbū in-  
tueor, Dei gratiā habere potest? Si scribæ & Phari-  
sei, qui C H R I S T V M crucifixerūt, credere non  
poterāt, eo quōl gloriam ab inuicē & ab hominibus  
aciperent, quomodo hic fidem in se habere poterit?  
quomodo fidelis mysteriorū Dei dispensator erit? qd  
boni, quid iusti, quid sancti unquā in ecclesia Deista  
tuere poterit? ac tandem cum spiritū C H R I S T I nō  
habeat, qui siet ut ea quæ spiritus Dei sunt, percipiat?

Hæc autem dum loqueretur Eusebius, clamauit De Papa, &  
quidam, & dixit illi: Et tu procidens adora eum. eius autori-  
At Eusebius sc̄iēs quod scriptum, Dominum Deum  
tuum adorabis, & illi soli seruies: nec aue quidem  
ei dicere uoluit, ne cōmunicaret operibus eius malis. tate.  
Deut. 10.  
z. Io. 1.

Quin, cum eum non latēret, quoniam quæcumq;  
scripta sunt, ad ecclesiæ doctrinam scripta sunt, omni-  
bus qui astabant, dixit: Si sacras aliquando legissetis  
scripturas, nunquam hanc tyrannidem barbariemq;  
comprobasseis: sed uos eas tunc tantummodo inspici-  
tis,

tis, cum nihil predandum uobis occurrit. Docuisset  
sanè uos Petrus, cuius hunc uestrum Papam successo-

A&e. 10. rem esse fungitis. Is enim cum Cornelius Centurio illi  
genuit tantum flectere uellet, prohibuit, dicens: Si qui  
dem ego quoq; sum homo sicut & tu. Docuisset uos

Apoc. 19. angelus ille, qui Ioannem dum illum adorare uellet,  
increpauit, dicens: Vide, ne feceris: etenim ego & tu  
coſerui sumus. Quòd si sacras literas intueri nolitis,  
decreta saltem patrum uestrorum intueamini. ipsa e-

11. dist. cle. nim dicum: Episcopi sciani se ministros esse, non do-  
9; distinct. minos. Recordentur quòd apostolus Petrus præcepit  
Esto.

sacerdotibus, cum dixit: Pascite qui in uobis est gregem  
Domini, præsidentes non coacte, sed spontaneè,  
secundū Domini præceptum: non dominantes in cle-  
ros, sed forma facti gregis ex animo. Nec est ut dica-  
tis, Noster ponifex, C H R I S T I uicarius est: nam  
lapides, ne dicam homines, uestra hæc somnia deride-  
bunt. Cum enim ipse C H R I S T V S omnem po-

Matth. 28. statem in cœlo & in terra à Deo patre acceperit, ca-  
putq; ecclesiæ constitutus fuerit, suo tantum spiritu re-  
gere tueriq; ecclesiam ipsam quam redemit sanguine  
suo potest ac uult. ideo illam continuò alloquitur, di-

Matth. 28. cens: Vobiscum sum usq; ad consummationem seculi.  
Quæ uerba ô ministri synagogæ satanæ ad uosmet  
uertices rasos habentes pertraxisti, quòd cum alios,  
tum simplicem turbam ad uestri adorationem perdi-  
ceretis. Quod æquum' ne sit, an contrà, uos ipsi iu-  
dicate. Quousq; ô Deus bone pesteri hanc ab ec-  
clesiatua expelles? Tunc si hypocitarum illorum  
facies

## Acta primi diei.

13

facies quis aspexisset, se furias ipsas cernere iurasset.  
Tantus præterea in synagoga illa aderat clamor, ut  
uix alter alteri præberet aures.

Amichristus uero ueluti alter Caiaphas uestes suas  
conscindere uolebat, dicens: O impudentiam Lute-  
ranorum, ad inferorum limina deportandam. Reus  
est mortis: blasphemauit: quid adhuc testimonia que-  
rimus? ipsi de eius ore audiuimus blasphemiam. negat  
autoritatem nostram: hereticus est: promeretur ignem.

Quae cum audisset Eusebius, timor cecidit super  
illum. Dominus autem illi astitit, eumque corroborauit.  
uox enim ad eum de celo allata est, dicens. Fili mi, ne Matth. 10.  
timeas a facie eorum, qui possunt corpus in ignem po-  
nere: illum time potius, qui solus potest animam &  
corpus in tartara coniungere. Consolare itaque, quia te-  
cum sum & tecum labore, firmans te in sempiternum.  
aliquid aliquid adhuc me præstoleris, & ueniam: fa-  
ciamque te columnam in regno meo. Ei autem qui illū  
allocutus fuit dixit Eusebius: Domine in manib. tuis Psal. 30.  
sunt sortes meæ.

Insurrexerunt autem in illum uiri quibus inter cæte-  
teros mandatum fuerat, ut ueritatem oppugnarent,  
CHRISTVM, eiusque ecclesiam, ac bona dissipar-  
rent, atque è mundo funditus tollerent, et dixerunt:  
An ignoras, ô Eusebi fili diaboli, quid habeamus in  
scriptura sacra? ( quam tamen uos Lutherani optimè  
nositis ) CHRISTVM uidelicet soli Petro ( cuius DE CLA-  
HIC noster beatissimus pater, quem pro Deo habemus, VIBVS  
ac ueluti Deum adoramus ) dixisse: Super hanc pe- Ecclesiæ.

tram

Matt. 16. trām ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non

Ioan. 21. præualcbunt aduersus eā: Et rursum, tecum interro

Matth. 16. gasse: Amas me? pasce oves meas. Et rursum, Tibi dabo claves regni cœlorum. Ut quid igitur claves hæc de manibus huius nostri sanctissimi ac beatissimi subripere conaris?

At ille: Miror sanè in primis cur pontifices hi omnes sanctissimi ac beatissimi uocentur, cum scriptum

Dist. 19. A. si in lege uestra: Nō omnis Papa est sanctus, sed quā

nastasius. doq; à Deo tanquam reprobatus puniūr. Etrursum

Dist. 40. si scriptum est: Peruersitas Papæ innumerabiles populos

cateruatum secum ducit ad gehennam, qui cum i-

psis sit uapulaturus. Quantum deinde ad claves per-

Super Io. tinet, non eas subripio, sed Augustinus eas æquè om-

trac. n. 8. bus ecclesiæ pastorib. impertitur. Dicit enim C. H. R. I.

Et trac. 124 S T V M toti ecclesiæ que in Petro signabatur, locis

c. 21. tum fuisse. Has quoq; claves Hieronymus æquè om-

nibus tribuit episcopis. in epistola enim quadā ad E-

uanдрum, inquit: Vbicunq; fuerit episcopus, siue Ro-

mæ, siue Eugubij, siue Cōstantinopolis, siue Reginj,

siue Alexandriae, eiusdem est meriti, & eiusdem sa-

cerdotij. Potentia diuinarum, aut paupertatis humi-

litas, sublimiorem uel inferiorem non reddit episco-

De bap. cō pum. Item Augustinus: Nullus nostrum, inquit, se e-

tra Donat. pscopum episcorum constituit, aut tyrannico ter-

lib. 3. c. 3. rore, ad obsequēdi necessitatē collegas suos adegit.

& ibidem paulopost: Nullus episcopus alterum iudi-

care episcopū, nec ac altero iudicari potest. Proferte

unū ex patribus, qui Romanū Pontificem afferuerit

caput,

ēput, petram, principē, et magistrum ecclesiarum.  
 Fateamini igitur necesse est, uelitis nolitis, unūquēq;  
 episcopū aequalis esse autoritatis in illa C H R I S T I  
 ecclesia, in qua spiritus sanctus ipsum pastorem con-  
 stituit. ab hoc enim, ut C H R I S T I officio fun-  
 gantur, ipsiusq; C H R I S T I uices agant, singu-  
 lis episcopis mandatur. Hocq; ( si uera fateri uultis)  
 de singulis Apostolis canitis: Quos operis tui uica-  
 rios eisdē contulisti p̄r̄esse pastores. Cū igitur epi-  
 scopos Apostolorum successores dicatis, quī fieri pote-  
 rit, ut eandem pariter autoritatem episcopi ipsi non  
 habeant? Gladio itaq; uestiro uos confodiatis oportet.  
 Si uero enixē contendatis, Pontificem uestrum Petri  
 successorem esse, Pontifex sit Iudæorū. nam Petrus et  
 si quandoq; post Hierosolymæ excidium gentibus  
 concionatus est, Euangelium tamen illi inter Iudeos  
 à C H R I S T O creditum fuit, illi enim p̄r̄ cæteris  
 à C H R I S T O dictum fuerat, Pasce oues meas.  
 quibus sanè uerbis populum Israel C H R I S T V S  
 innuebat, quē suū uaria appellatione Deus in sacris  
 literis uocauit. hunc namq; appellauit primogenitū  
 suū, uineā suā, dilectū suū, oues pascuæ eius. Quodq;  
 (ut dixi) Petrus Iudæorū apostolus à C H R I S T O  
 constitutus fuerit, aperte testatur Paulus, dicens: Cre-  
 ditum est mihi Euangelium p̄eputij, sicut & Petro

Galat. 2.

circumcisioñis. Papa itaque sit pontifex Iudeorum.

Tunc homo quidam impinguatus & incrassat-  
 tus (comedebat enim domos uiduarum) dixit: Quo-  
 modo claves has Augustinus Hieronymusq; omnib.

episo-

episcopis & quæ impartiri possunt, cū duæ tantū sint?

Cui non absq; lachrymis ipse respondit: O miseri, ut uos aspicio. Iudæorū mihi uideor intueri simu lacrum, super quorum oculos uelamen positum adhuc manet, quod sanè in C H R I S T O euacuari haudquam potest, cum eum non agnoscatis. Nec hoc quidem mirum cuiquam uideri debet, nam cum carnales sitis, & secundum hominem ambuletis, tan

2. Cor. 3. tum ea quæ carnalia sunt intelligere potestis. At quæ quæso claves C H R I S T V M ecclesiæ suæ pastorib. dedisse confinxistis, præter autoritatem qua bapti-  
fina, ac coenam Dominicam populis ministrare pos-  
sint, quaq; legatione pro ipso C H R I S T O fungan-  
tur, ut euangelium omni creaturæ prædicent? Hæ igit  
tur sunt ueræ C H R I S T I ecclesiæ claves, quæ coe-  
lum credentibus aperiunt. Hæ claves illæ sunt quæ  
C H R I S T V S ex mortuis excitatus, Apostolis suis  
tradidit, dicens: Euntes in uniuersum mundum præ-

Marc. 16. dicate euangelium omni creaturæ. qui crediderit ac  
baptizatus fuerit, saluus erit: qui autem non credide-  
rit, condemnabitur. Hæ sunt claves illæ quarum gra-  
tia C H R I S T V S in Apostolis perflans, dixit: Acti-  
pate spiritum sanctum, quorū remisceritis peccata, re-

Io. 20. mittentur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.  
Neq; Petro soli hoc dixit, sed omnib. apostolis. quod  
& tanquam uerus eorum magister & dominus, eo-  
rum cuiusq; rationem præ alijs non habens, amequā  
pateretur, alijs tamen uerbis eisdem & quæ communi-  
cavit, cum dixit: Sicut nūsīt me pater, & ego mitto

hos

# Acta primi diei.

17

uos, ut eatis ac fructū afferatis. An forte soli Petro dīxit: Petre ego mitto te, & tu posthac mittes alios? An forte in Petru solum perflas, dixit: Accipe spiritū sanctū, & tu posthac cui libuerit illū cōmunicabis? An forte soli Petro dixit: Petre tibi tantummodo cōcedo, ut propria autoritate hominib. peccata remittere retine reū possis: tu uero eam cui uolueris impartire? Nunquid soli Petro dixit, Vade in uniuersum mundū, & euangelium omni creature prædicato? Quod si uero quandoq; aliquem mittere uolueris, ut tuiuices agat, tu hoc intererit. Quin & sciatis Paulū apostolū neq; à Petro, neq; ab ullo apostolorū quidquam autoritatis accepisse. Ideo Paulus dicit: Mihi qui uidebātur ali- Gal. 2.  
quid esse, nihil contulerunt. Quod autem ab ipso CHRISTO apostolatus officiū, quemadmodū & Petrus, acceperit, tam dilucidē in sacris literis patet, in ipsius præsertim Pauli epistolis, ut id probare superflū esse ducam. Consideretis præterea, quomo-  
do ipse Paulus nihil Petro præ ceteris apostolis tri- Gal. 2.  
buat. inquit enim: Iacobus & Cephas & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Quibus ex uerbis, Petru non aliorum apostolorū magistrum, nō dominum, non principem, sed fratrem, sed sociū fuisse, cognoscimus. Claves igitur ecclesiæ non penes Petru tantummodo à CHRISTO locatas fuisse dicendum est, sed penes omnes apostolos. His clavis utebatur Petrus, dicens ad populu: Poeniteat uos, & baptizetur unus- A. & 2.  
quisquestrū in nomine I E S U C H R I S T I in re-

B missionem

1.Pet.1. missionē peccatorū. His clauibus utebatur, cum dicebat: Non corruptilib. auro uel argento, sed precioso sanguine I E S V C H R I S T I redempti estis. His clauibus utebatur Ioānes, cum dicebat: Sanguis I E S V C H R I S T I emundat nos ab omni peccato. & Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. His clauibus utebatur Paulus, sicut in omnibus epistolarum suarum uersibus patet. His clauibus usi sunt quotquot posse Apostolos ipsos, ueri ipsius C H R I S T I ministri in eius ecclesia extitere. quid quæso aliud quam gratiam per mortem C H R I S T I peccatorū remissiōnem mundo collatam fuisse testati sunt? & si illos qui ante Augustini tempora fuerunt, perlegere non potestis ( impliciti enim estis negotijs secularibus ) ipsum tantummodo Augustinum inspiciatis: in eo enim ueras has de quibus agimus claves cognoscere poteritis. Quid enim aliud in ipso, quam gratiam Dei, quam C H R I S T I mortem, quam fidem euāgelio præstatam, quam in credulos uitæ æternæ pollicitationem, in incredulos autem ignis æterni comminationes reperietis? Veræ igitur ecclesiæ C H R I S T I claves, annunciatio euangelij dicenda est: Hoc est enim uirtus Dei in salutem omni credenti. Per huius annunciationem in C H R I S T I ecclesia concionatores, tali quam ministri, in quibus reconciliationis uerbum possum est, peccata remittunt: si tamen eorum prædicationi populus fidem adhibeat. Peccata uero ijdem quoque retinent, si per infidelitatem ab euangelij uerbo quod ab ipsis audierunt, aures auertat. Sed & hoc mihi hac

# Acta primi diei.

19

hi hac in causa dicendū occurrit, uidelicet, quod ex De uerb.  
si ecclesiæ claves ecclesiæ CHRISTI ministris ac do. Ser. 16.  
pastoribus precipue datæ sint, Augustinus tamen in-  
quit: vñusquisq; fratrem suum ligandi soluendiq; cla-  
ues habet, nā si fraternè illum admonuero, illūq; cor-  
rexero, solui illum in terra: cum autem solutus fuerit  
in terra, solutus est et in cœlo. si uerò me illum corri-  
pientem non audierit, ligauit illum in terra: et cum  
ligatus est in terra, ligatus est etiam in cœlo. cū enim  
neq; me, neq; testes, neq; ecclesiā audire uoluerit,  
est tanquam eihnicus et publicanus. Sic quoq; si  
annunciante me interdū ad fratrem meum ut cōuer-  
tatur ab iniustitia sua, et cōuersus fuerit, solui illum.  
Quod si non conuertatur, illū sanè ligauit. Hæ sunt uc-  
ræ ecclesiæ CHRISTI claves. Vestræ uerò quas iæ  
statis, apud inferos fabricatæ sunt: ac nō cœlorū, sed infe-  
rorum regnum aperiunt: ideo non cœlorū, sed infe-  
rorum regni claves meritò dicendæ sunt. Desinite  
itaq; istius uestri Antichristi, quem uocatis Papā, ihē  
sauros istis conflictis ac emētitis clauibus augere. Desi-  
nite istis fabulosis clauibus fidem CHRISTI oppri-  
mere, ouiu CHRISTI conscientias excarnificare,  
Deiq; populum deprendari. Desinite tandem, ô uos  
qui patrum nomine uocari uultis, in Dei filios istis  
clauibus tyrannidem exercere, eorūq; bona ac facul-  
tates deglutire. Patiamini ut pater ille bonus familiæ  
filios suos alat, nutriat, foueatq; et panem illis à pa-  
tris bonitate elargitum, ex eorum ore ne furemini.  
Quib; crucib; castigareminis: nam pauperes ecclesiæ

B 2 cum

cum alere debeatis, quos uis uestra auaritia, uestrisq; clauibus pauperes efficere conamini. Date uiduū unius domum, quā uos uestris clauibus nō aperiatis, ac ueluti clancularij latrones non peruadatis, ac pro libidine uestra non deprædemini, quidquid à uobis commodè surripi potest. Videte, quæso, iram Deimā nentē super uos. Videte, obsecro, securim ad omniū uestrū radicē positā iam esse. Sapite ali quādo, & claves istas uestras abijcite, euangelijq; claves accipite: ut credētes in filiū Dei, in uitam eternā intretis: nec posthac eis qui ingredi optant, aditū intercludatis.

Tum Cardinalis quidam, diabolico furore in illū profiliens, dixit: Quæcūq; sint istæ tuæ claves, quæ hic commemoras, nihil curamus, nec illas præ manibus habere uolumus: hoc potissimum scimus, penes solū Petrū, qui Romæ 25 annos episcopus extitit, & penes pōtifices Romanos, qui Petri successores sunt, esse primatum totius ecclesiæ. Nam soli Petro dixit: Tu es Petrus, ac super hanc petram ædificabo ecclesiæ meæ, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Nónne igitur oī hæretice uides quomodo ecclæsia super Petrum, eiusq; successores ædificata sit? ita ut ipsis tantum detur illam regere, cum eius pastores primarij constituti sint, cum illistantam C H R I S T V S sit elargitus uirtutem, ut nec inferorū portæ aliquid moliri possint, quo eam dissipēt ac destruant: quid igitur nobis tot somnia ac tot fabulas enarras?

Cui Eusebius: Si pro petra Papam, inquit, & pro ecclæsia Papistas intelligi multis, ostendatis oportet, quemad-

# Acta primi diei.

21

quemadmodum contra neutrum illorum inferorum  
Portae præualeant. nisi enim hoc ostendatis, C H R I-  
S T V M in uerbis suis mēdace fuisse mōstrabitis. Sed  
ut clarius hæc pateant, scire debetis, quod inferorum  
portas contra quenquam præualere, nihil aliud est,  
nisi illū in peccata ac omnis generis scelera impelle-  
re. Hoc autē Pōtificibus Romanis eueniāt, nec ne, ex  
eorū ingenio, moribus, ac fructibus populi agnoscūt.  
Da mihi facinoris alicuius genus, quod Papæ nō desi  
gnarint, ac designent. Proh pudor, quis eorum, qui  
hanc pestilentiae sedem antehac occuparunt, scelera  
non detestatur? Neq; mihi eorum nonnulla enarrare  
molestum erit, ut ex talium uirorum fructibus, ipso-  
rū pariter sanctitatem mundus agnoscat. Audite ige  
tur, an sanctissimi ac beatissimi, quemadmodū hodie  
paſſim in synagoga uestra uocantur, extiterint.

Liberius sanè in Arianam hæresim prolapsus, ex  
ponitatu merito pulsus fuit: Et contra Felicem,  
qui cū optimus esset uir, in eius locum subrogatus fu-  
erat, maxima seditione concitata insurgit, eumq; ex  
urbe expellit. Quis igitur Liberium hæreticū ac sedi-  
tiosum, sanctissimum iure poterit appellare?

Liberius  
Pont.

Vigilius ob eius pessimas artes quibus pontificatū Plat.  
adeptus fuerat, Constantinopolim captiuus mittitur. Vigilius  
Ferum Et quidam illum naui per Tiberim abeūtem,  
Pont.

saxis ac fustibus impetuū à Romanis clamātibus: Ma-  
lē meritus de Romanis es, omnia mala tecum ueniāt. Leo 3. Imp.  
Gregorius 3. Leonis 3. Constantinopolitanū Gregor. 3.  
Imperatoris subditos in apertam rebellionem addu- Pont.

B 3 cit,

- Bl.lib. 10. cit. & qua ex causa? quia cum optimus Imperator eccl. clesiae CHRISTI consulens, congregatis Byzantij
- Plat. Eutr.lib. 2. 330 Episcopis, concilium celebrasset, idola omnia ex CHRISTI ecclesijs, que in oriente erat, tolli ac comburi mandauit. quis hoc in negotio Gregorium satanacissimum non uocabitis naniq; honorē qui soli Deo debebatur, idolis largiendum esse iubebat.
- Plat. Sab. Ioannes 8. scemina pontificatus adeptus, puerum ex fornicatione conceptum, in media Roma, in mediata via, coram populo Romano peperit.
- Pont. Plat. Stephan. 6. Stephanus 6. adeò contra Formosum (is Pontifex Romanus & ipse extiterat) tam intestino quodam odio seuijt, ut post eius mortem Pontifex electus, Formosi acta omnia statim resciderit: ac habitu concilio, eius corpus ex tumulo tractu, pontificali habitu spoliariit, & laicale indui iussit, & sic sepulturae laicorum corpus mandarit.
- Plat. Sergius 3. Post Stephanum Sergius 3. contra eiusdem Formosum offa, ob priuatum quoddam odium, admodum seuijt: ita, ut ex sepulchro eductum decollari iussit, ac tanquam sepultura ac humano honore indignum, in Tiberim proiecerit.
- Plat. Sabinian. 1. Sabinianus 1. cum pauperibus passim per urbem morictibus ei diceretur, ut Gregorij, qui eum precesserat, pietatem imitaretur, dixit: Gregorius quantum famam popularrem auctorabatur, patrimonium ecclesiæ dissipauit. O' miram huius uicarij CHRISTI in pauperes pietatem, qui id quod pauperibus erogatum fuerat, dissipatum esse dicebat. ac si CHRISTVS

# Acta primi diei.

23

STVS ipse non dixisset: Quid feceritis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Tanto odio in Gregorium san Plat. flissimus hic exarsit, ut parum abesset, quin eius opera omnia combureret.

Plat.

Ioannes 10. moriens nihil memoria dignū reliquit, Ioannes 10. nisi quod seditiones quasdam ferè extintas reuocavit.

Christophorus primus, pontificatum pessimis artibus adeptus, meritò eum amisit. nam septimo mense ex pontificatu deiectus, monastica uitam, unicum a phorus t. lamento sororum refugium, obire coactus est.

Ioannes 11. (is ab episcopatu Ravennæ, quē ante obtinuerat, à populo deiectus fuit) Pontifex Romanus electus, non ueluti apostolus, sed ueluti miles in CHISTI ecclesia extitit.

Stephanus 8. in ciuili seditione summa cū ignominia uulneribus est affectus: adeò sancti tunc temporis Pa pae erant, ut eorū oues, nulla sanctitatis ac beatitudinis ipsorū habita ratione, eos uulneribus afficeret.

Ioannes 13. Cardinales duos accepit, quorum alterum manu naso, alterum manibus priuatuit. Et quā nam ex causa? quia per literas Othonem Imperatorem obsecrabant, ut in Italiam ueniens, clerum ac populū Romanum de manibus Ioannis, qui sc̄clestissimus homo erat, ac libidini suprà quād dici posset deditus, liberaret. ac ut fertur, iste sanctissimus, qui errare tamē non poterat, in adulterio deprehensus, occisus fuit.

Benedictus 6. in Adriana mole, quā uos Castellū S. Angeli uocatis, ob eius sanctitatē ac beatitudinē à nobili quodam ciue Romano perīit miserè imperfectus.

Benedictus 6. Plat.

Bonifacius 7. ecclesiæ bonis direptis, Constantiopolim a fugit. ubi diuenditis quæ sacrilegio abstulerat, magnam uim pecuniariū cōparauit. quibus frētus, urbem repetiſt: ac quosdam ciues Romanos corumpens, tyrannidem occupauit. ac statim Ioannem quendam, optimum uirum, qui eius conatibus obſterat, oculis priuauit. atq; gliscēscē mirū in modum seditione, tantorum malorum autor sine timore, sine poenitentia patrati sceleris, turpiter uitam finiuit. O Petre, si ista, tu qui pauperes ex bonis quæ ad tuos ac aliorum apostolorum pedes afferebantur alebas, oculis conficeres, num Bonifacium hunc uocares? Malifacius sanè dici deberet: nam pauperum bona farto auſert. & qui sacrilegia vindicare debebat, tanti sacrilegij factus est autor. Et mirū hoc est, Petre, si quis Malifacium istum, sanctissimum ac beatissimum non extitisse dicat, tanquam hæreticus igni deuouetur.

Plat. Ioānes 14. prius à populo Romano in exilium ob  
Ioānes 14. eius demerita actus fuit. mox uero Imperatoris Othonis auxilio in pontificatū restitutus, uiros consulares captiuos in Germaniam mittit. Decarchones uero omnes laqueo suspendit. In Romæ deniq; præfectum quām hostili animo deseuierit, enarrare non possem. En quomodo diligebant inimicos suos.

Vol. Plat. Syluester 2. demonas in sua consilia adhibebat,  
Syluest. 2. eorumq; auxilio pontificatum ascendit.

Benedi- Benedictus 9. literarum prorsus ignarus, probro-  
ctus 9. sus ac infamis uir, per symoniam pontifex factus est.  
hunc

bunc tandem populus Romanus ex sede eiecit, eiq; Vol. Plat.  
Sylvestrum 3. substituit.

Sylvester autem Pontifex factus, Gregorio & pon Sylvest. 3.  
tificatum uenidit. Gregor. 6.  
Plat.

Clemens 5. depositis Benedicto 9. Sylvestro 3. &  
Gregorio 6. Clemēs. 6.  
Papa creatur : nouissimè uerò ueneno  
oculis fuit.

Damasus 2. dum ueneno Clementem 2. occidisset, Damasus 2.  
Pontificatus culmen ascendit. Hinc unusquisq; agno-  
scere potest, quis sanctus tunc esset ille spiritus, cuius  
afflatus Pontifices Romani crearentur.

Gregorius 7. contra Henricum tertium adeò in- Plat.  
fenso extitit odio, ut ante beati Petri imaginem pro- Gregor. 7.  
stratus, in has uoces eruperit: Beate Petre, Apostolo Henricus  
rum princeps, inclina quæso aures tuas, & meser- 3. Imp.  
uum tuum exaudi, quem & ab infanthia educasti, &  
usq; ad hunc diem ab iniquorum manibus uendicasti,  
qui me pro mea in te fide oderunt, & persecuti sunt,  
tu mihi testis es optimus, & pia I E S V C H R I-  
S T I mater, & frater tuus Paulus tecū martyrij par-  
ticeps, me non sponte, sed inuitum pontificatus gu-  
bernacula suscepisse: non quòd rapinam arbitratus  
sim, sedem tuam legitimè concendere: sed malebam  
uitam meam in peregrinatione degere, quam locum  
tuum pro fama ac gloria tantū occupare. Fateor ego,  
ac meritò quidem, mihi tua gratia, non meis meritis,  
populi Christiani curam demandata esse, cōcessamq;  
ligandi ac soluēdi potestate. Hac itaq; fiducia fretus,  
pro dignitate atq; tutela ecclesiæ tuæ sanctæ, nomine

omnipotens Dei pater, filij, & spiritus sancti Hen  
ricū regem, Henrici quondā Imperatoris filiū, qui at  
dacter nimū ac temerariē in ecclesiam tuam manus  
īmecit, imperatoria administratione regiaq; deiicio:  
& Christianos omnes imperio subiectos iuramento il  
lo absoluo, quo fidē ueris regibus præstare cōsueue  
runt. Cur uero hoc? quia cum Gregorius Imperatore  
per literas requisisset, ut Romā se se conferret, ac una  
corā eius pedib. prostratus, satisfaceret criminib. qui  
busdā de quib. accusatus fuerat, illiq; auxiliū præsta  
ret in deponēdis quibusdā symoniacis, nunq; eius lite  
ris obtēperare uoluit. quod & merito ab Imperatore  
factū fuit. Pontifex enim Gregorius illegitimus habe  
batur, ac erat, cum à nullo esset (ut mos erat) Impera  
tore Pōtifex cōfirmatus. Quid aut̄ Gregorius? Prin  
cipes Germaniae per legatos sollicitat, ut alterū Impe  
ratorē pro Hērico eligat. Electusq; fuit Rodolphus  
Sueuorū Dux, qui et ipse Henrico parere tenebatur.  
Hēricus uero cū Rodolpho cōgressus, multoq; Chri  
stianorū sanguine effuso, præsertim in Germania, Al  
satia, ac Frāconia, tandem Rodolphus Dei iudicio ceci  
dit, dextera illi abscissa. quā cū Rodolphus abscissam  
conficeret, inquit: Recte mecum factum esse fateor.  
Hac enim fidem domino meo & iusjurandū sacra  
mento dedi, ac turpiter (uobis sic suadentibus) uiola  
ui: ideo condignam accepi periuriū mei mercedem. At  
Gregorius nūquid tāta Christiani sanguinis effusio  
ne audita, pacis cōditiones querere cœpit? Nullo mo  
do: quin potius Pontificis istius suās Saxones Her  
mannum

mānnū quendā Saxonē, ditiſſimū principē, Imperatore cōſtituūt: qui nō abſq; domini uolūtate dū castel lū quoddā in Germania oppugnaret, à ſemina que ex arce grāde ſaxū deuoluit, occiſus fuit. Quid Gregorius pacis ne conditiones cū Imperatore ſollicitabat? nec hoc adhuc factū eſt. Nam Egibertus quidā Imperatoris Henrici cōſanguineus, Gregorio annuētē cōtra Henricū in tyrannidē excitatus fuit. Sed et hic in molēdino quodā deprehēſus, à Cæſarianis miferētrūcidiatus fuit. Quid hoc audito Gregorius moliri cōpietū Domini iudiciū agnoscere nū humani ſanguinis effuſiōnē perhorreſcere nū principū necē detestari. Absit. Sed in uesania ſua ac ſcelere perseuerās, dum Imperatorē Romā aduentare audit, popułūq; Rom. cōſpicit paratū, ut illū honorificē ſuſcipere, Salernū fugit: ibi q; breui ſceleris ſui poenas luiturus, obiijt. Post Gregoriū Clemētē ab ipſo Imperatore (ut tum fieri ſolebat) Pontifex conſtituitur.

Mortuo uero Clemētē, Victor 3. nil Gregorio benignius mitiusq; in Henricum ſeſe habuit.

Post Victorē, Vrbanū ſecundū Pontificē creatū, contra Henricū multa molitum eſſe, tradūt historiae.

Vrbano tandem breui defuncto, Paschalis 2. Pontifex creator, Imperatorē anathemate execratur, eiusq; filiu, q patris nomine Hēricus uocabatur in regē Rō. creat. Hic aut regis nomine adepto, sanctissimi Paschalis cōſilio cōtra ius fasq; rebellionē ac bella in partē parat. o Papa, monſtrū in C H R I S T I ecclesia horrendū, filiu cupiditate regnādi incēdit, hortaturq; ut

Hermanus Saxo.

Egibertus  
Henrici 2.  
Imp. cōſan  
guineus.

Victor 3.  
Berth.  
Chro. Vr-  
ſpurg.

Vrbanus 2.  
Paschalis 2

Henricus  
Henrici 2.  
Imp. filius,  
patrem im  
perio pri  
uat.

ut patrem odio persequatur, ac ferro. Hortatur inquam, ut eum per quem uitam accepit, & per quem antea imperij consors factus erat, imperij dignitate, ac uita ipsa priuatum ad desperationem adigat. Tantum (ut breuibus Paschalis scelus absoluam) fraudibus ac dolis effecit, quod filius patrem regalibus insignibus, cruce, lancea, sceptro ac corona priuauit, patre etiā prospera filio, qui eū ita tractabat, imprecante. & sic infelix pater, dum de filij dolis ac Pontificis perueritate conqueritur, prae mōrore, tanquam captiuus Leodij moritur, ac in monasterio quodans ibi sepelitur. Quibus à Pontifice auditis, tamum abest ut eius odiū cesset, ut in Imperatoris cādauer de nuō accensum sit. Nam Leodij episcopus Paschalis literis sollicitatus, cādauer exhumari iubet, & sic uinculis banni (ut dicitis) nexus quinquennio Christiana sepultura priuatus fuit. Quomodo, quæso, inferorum portas contra hos Pontifices nō preualuisse dicemus, cum eos tantorum scelerum autores extitisse uideamus?

Innocentius 3. contra Philippum Imper. tarent  
 (eo quod à Germaniae Principibus inuito ipso Pontifice creatus fuisset) tanto odio exarsit, ut in hac uerba proruperit: Aut Pontifex Philippo diadema & regnum, aut Philippus Pontifici insigne apostolicum adimat. Othonem Ducem audacem ac temerarium contra Philippum concitat. unde huius beatissimi opera sœuissima bella orta, ac humani sanguinis profusiones innumeræ factæ fuerunt: donec tandem

dem ab alio quodam Othone scelerato ac nefando homicida, proditorio animo Philippo occiso, Otho ipse quem Pontifex in Philippum concitarat, Romanis properas, diadema imperij accepit. At non diu horum impiorum pax firmata fuit. nam cum Otho ea recuperare institueret, que cum imperio subiacerent, per multos tamen annos uarijs artibus à Pontificibus occupata fuerant, à Pontifice anathemate percuditur, imperialijs dignitate spoliatur, ac Principes sacramenti religione, qua Othonitenebantur, absoluunt: prohibetq; ne quis sub anathematis poena Othonem aut habeat, aut dicat Imperatorem, Fridericūq; Siciliæ regem à Principibus Imperatorem creari curavit. Hic præterea Innocentius, in CHRISTI doctrinam blasphemus, lege sanciuit, ut maledicentibus Papæ poena infligeretur.

Honorius 3. adeò contra Fridericum 2. Imperator rem odio concitatus est, ut ipsius Imperatoris rebelles quosdam, qui in Thuscia contra eius maiestatem armis sumpserant, foueret, ut illos Imperator (ut parerat) castigare non posset. Gregorius 9. crudeliori adhuc animo in Imperatorem desœuist. eum namq; accusare incepit, quoniam Hierosolymitanæ peregrinationis uotum, quod sub Honorio uouerat, perfere ac absoluere nollet: cumq; hac ex causa non modo non auditū, at nec ulla ratione coniuctum, anathemate ferit. Imperatorisq; nuncios, honestas ac ueras domini sui excusationes afferētes, nunquam ut ad pedes beatitudinis sua accederent, permittere uoluit,

Fridericus  
Siciliæ  
rex.

Dec. 5.  
Tit. 25.  
cap. I.  
Honorius 3.  
Fridericus 2.  
Imp.  
Greg. 9.

nec

nec in conspectu concilij audire. Quis unq; maiore  
tyrannidem excogitare potest? Pontificis odium nul-  
lis artibus unquam mitigari potuit. Sed Ioannem Hie-  
rosolymitanum regem, ac Comites Thuscie, Imper-  
atoris rebelles, multosq; alios Principes ad laces-  
fendum Imperatorem excitat. Dum Imperator diem  
conuentus Christianorū Principibus quibusdā Rauen-  
næ indicit, Principesq; ut Imperatori pareant, illuc  
properant, Pontificis iussu iter eorum intercipitur,  
ac milites cruce signati (ij iussu Imperatoris collecti  
fuerant) ad Hierosolymitanā peregrinationē parati,  
omni uiatico spoliantur. Quæ omnia Imperator ui-  
dens, tandem Pontificis rabie delinire curauit. Hiero-  
solymā uersus iter parat: traiecto mari, Cyprū perue-  
nit: mox Accon applicuit: multa propter C H R I-  
S T I fidē multo cū sudore ac labore apud Soltanū a-  
git. Interim C H R I S T I beatissimus ac sanctissimus  
uicarius, ob Imperatoris absentia occasione capta, A-  
pulia tyrānidī suæ subegit: cruce signatos milites trans-  
fretare prohibet. eosq; ex Apulia, ac Lōgobardia ex-  
pellit, multaq; alia portentosa ac indigna facit. Sicq;  
dum Imperator C H R I S T I oues, ne à lupis discer-  
perentur, ense defendit: Pontifex qui eas pascere tene-  
batur, lacerat ac deuorat. Imperator Hierosolymā,  
Nazareth, Ioppen, à Soltano recuperat, et cū eo indu-  
cias decennales paciscitur, atq; de his omnibus Pon-  
tificem per literas certiore facit: inde Pontificis ipsius  
congratulationē, ac Christianorū publicum gaudium  
expectas. At Pontifex contemptis atq; abiectis literis,

Hierosoly-  
ma, Nazar-  
eth, Ioppe  
recuperan-  
tur.

eos qui literas attulerant (ne rei gestæ ueritatē narrarent) occidi mandauit, ex Imperatore diē suū obijisse palā dicit. At qua nā ex causa? ut Apuliae urbes aliquot, que se Pontifici subiūcere noluerāt, hac arte flectere posset. Atq; ne Imperator reuerteretur, ipse q; pro libidine sua totā Apuliā sibi subiūceret, Soltaniū per literas rogat, ne terrā sanctā Cæsari reddat: quē admodū eū reddere intelligebat. At Imperator omnibus cū Soltano, quæ tū fieri poterāt, peractis, in Italiam reuertitur: ac ex Apulia pulso Pontificis exercitu, dōmino ei fauente auxilio, que sibi iniustè ablata fuerāt, breui recuperauit. Pontifex iterum Imperatore anathemate percudit, ac unā cū Longobardis ac Thuscis contra ipsum coniurationē facit, eo q; cum Soltano foedus inijsset. Postremo procurantibus Principib; multis, ut pius Cæsar cū superbissimo Pontifice componeretur, ipse Cæsar absolutionem centum nullibus auri uncījs emit. Hinc coniūcere licet, q; carus mercator factus sit Pontifex: qui tamē factetur, se nullis nummis C H R I S T O datis, claves soluendi ab illo accepis sc. Mox Imperator in Germaniā iter parat, ut quedā Henrici primogeniti sui errata corrigat. At Pōtifex (cō inauditam Pontificis perfidiā) statim Germania Principib; per nuncios mandat, ne quenq; ex Imperatoris domo in regē Romanorū decernat. Quod cīo Imperatori relatū esset, atq; unā intellexisset Pontificem cum multis Italiæ Principib; cōtra ipsum conspōrasse, ut proſsus imperatoria maiestate priuaretur, Italiam inuadit, rebellesq; Longobardos compescit.

multas

multas Umbriæ deniq; ac Hetrurie urbes expugnat,  
totam Lōgobardiam, Viterbium, Perusiu, Fauentiā,  
Cremonam, Vicentiā, Patauiumq; quæ cum Pontifi  
ce conspirauerunt, imperio subdit. Quæ cū Pontifex  
uidisset, Fridericus rursus anathemate percutitur.  
Imperator hoc audiens, Patauij erat, ac quoniam Ro  
manorū Pontificū avaritia, audacia, ac tyrannis non  
amplius ferri poterant, ideo omnibus C H R I S T I  
fidelibus eas patefacere decreuerit, ut illos ab errore  
ac falsa religione reuocaret. Hac ex causa iussit cui  
dam in sacris literis eruditissimo, ut coram se liberant  
haberet concionem de anathemate, ac de ecclesia Ro  
mana. Contigitq; ut absoluta concione adeò Roma  
næ ecclesiæ errores detecti essent, Pontificumq; te  
chnæ atq; pessimæ artes patefactæ, ut Imperator Pon  
tifici ei in hæc uerba scripserit:

Roma diu titubans, longis erroribus acta,  
Corruet, & mundi desinet esse caput.

Interim potior Italie pars Imperatori adhæsit. Ac  
Gregorius in desperatione rerū ac tyrānidis suæ in  
posterū exercēdae adductus, animā diabolo reddidit,  
cuius & opera ac consilia, dum uiueret, secutus est.

Celestinus  
Pont.

Post Gregorium Celestinus Pontifex creatur.  
qui et si multa contra Imperatorem moliri cogitarat,  
ea tamen absoluere non potuit. nam transactis decem  
& octo tantummodo diebus, obiit.

Innocēt. 4.

Mortuo uero Celestino, Innocentius 4. qui olim  
Friderico amicus extiterat, pontificatum ascendit: et  
Friderici hostis capitalis factus fuit. Nam hic sta  
tim

# Acta primi diei.

33

tim in Friderici odium Lugduni concilium indicit,  
ubi ipsemet Innocentius cōcionabundus Fridericum  
citat. Friderici legatus tempus opportūnū dari prece-  
tur, quo Fridericus uenire Lugduni possit. quod Pon-  
tifex non modò non dedit, sed tra ac furore succen-  
sus, Fridericum anathemate notat, imperiali dignita-  
te priuat, à iuramento fidelitatis Principes absoluit:  
eosq; ut alium eligant Imperatorem, hortatur. multa  
contra optimum Imperatorem falsa producit: periu-  
rium, sacrilegium, & quorūdam clericorum capti-  
uitatem, & id genus alia. de quibus omnibus et si Im-  
perator honestissime apud Principes antea se purgas-  
set, Pontifex tamen adeò Principes sollicitauit, ac pol-  
licitationibus commouit, quòd Henricum Langra-  
uium Thuringiæ elegerunt. Quod cum ad Imperato-  
ris aures peruenisset, strenue aduersus Innocentium,  
ac alios quoscunq; tyrānos imperium suum defendit,  
donec in Apulia Pontificis laqueos effugere nequi-  
uit. nam ibi quidam pontifica largitione corruptus,  
uenenū sacro Imperatori exhibuit. Cuius causa cum  
Imperator grauiter laborasset, iam conualescere uide-  
batur: sed à Manfredo quodā adolescēte spurio, qui  
& à Pontifice fortè corruptus erat pecunia, uel pro-  
missis, nobiliori iniecto puluino suffocatus est. Hæc  
sunt quæ de iniictissimo Friderico enarrari debent.  
nec hac in causa Blondo, Platine, uel Sabelllico fides  
habenda est. nec mirū quidem. hi enim tantum ea scri-  
pserunt, quæ passim à Pontifice, ac eius adulatoribus  
contra Imperatorem inuulgabantur per totam Italiam,

Henricus  
Lantgrau-  
us Thuri-  
giæ Impe-  
rator.

C ut

ut contra eum totum terrarum orbem (si fieri potuisset) concitaret. at qui rei ueritatē agnoscere cupiūt, Petri de Vineis libros sex epistolarū legant. Sed ad aliorū pontificū mores examinandos accedamus, uideamusq; an contra illos inferorū portae praeualuerint.

**Vrbanus 4.**  
Carolus regis Galliae filius, in Manfredū ac Cōradi nū Siciliæ Reges ex-

citatur.

**Vrbanus. 4.** Et ipse sanguinis sitibundus extitit, nam Carolum, Ludouici regis Galliae consobrinum, contra Manfredum, ac Conradinum Siciliæ reges evocat, pollicitus se Carolum Siciliæ regem citra ultra Pharum creaturum esse. Quæ dum pertractarentur, Vrbanus mortuus est.

**Ac Clemens 4.** sanguinis Christiani effusiones nec perhorrescens, pontificiā hanc abominationis sedem occupat. Hic Vrbanus consilia absoluit. Nam Carolus cum magno exercitu Romanam uenit, ubi rex Siciliæ declaratur: hac tamen lege, ut quotannis quadragesima millia aureorum nummū persolueret ecclesiæ Romanae. Hac uero cōuentione inter hos peracta, uarijs in locis orta sunt bella, ex quibus maxime ac crudelissimæ hominū cædes factæ sunt. sed et Conradinus alter Siciliæ rex non sine Pontificis opera truncatur. pite truncatus est. **Quis** hæc audire non perhorrebit? Pontifex qui se CHRISTI uicarium, ac Petri successorem iactat, regiam maiestatem uiolauit, cuius tamen rationem summam habere, ex CHRISTI ac Petri præcepto teneretur.

**Conradi-**  
nus capite

**Nicola-**  
**us 3.** Nicolaus 3. ut cōmodis suis consulueret, Italiæ bellis tumultibus impleuit, Caroli Siciliæ regis potentia minuit, Hetruria uicariatu ei abstulit, et Petro Aragonum

# Acta primi diei.

35

Gonū regi persuadet, ut Siciliæ regnū repetat, dices, Petrus A.  
hoc hæreditatio iure Constantiæ uxoris suæ ad se ragonum  
pertinere. Quod consilium Petro admodum placuit. rex Nea-  
Sed quósnam fructus huius sanctissimi patris consilii polis.  
peperit? Petrus magna instructa classe, Sardiniam pe-  
tit, ibiq; expectat ut in Sicilia motus oriantur. nam  
Siculi contra Carolum ac Gallos coniuratione facta,  
diem dederunt, ut cum primùm uesteri campana au-  
diretur, Galli absq; ullo sexus discrimine cæderetur.  
Quia in re adeò sœvitum est, ut etiam mulieres præ-  
gnates cæse fuerint. Hocq; perhorrendū facinus non Marti-  
sub Nicolao, sed sub Martino 4. Nicolai successore, nus 4.  
factum est. Nicolaus præterea senatoriam urbis Ro- Plat.  
me dignitatem, quam Clemens 4. Carolo Siciliæ regi  
dederat, ad se transtulit: perpetuoq; edicto uetus, ne  
in posterum quis aut rex aut princeps magistratum  
ipsum petere, aut obire auderet.

Bonifacius &. ambitione exæstuans, subornatores Plat.  
quosdā immisit, qui noctu demissa uoce quasi cœlitus Bonifaci-  
in cubiculū Celestini Pontificis, alioquin simplicis, ei us 8.  
persuaderent, ut pontificatū dimitteret, si saluus fieri  
uellet. Quod & factum fuit. Bonifacius uero contra  
ius fasq; sede pontifica occupata, simplicē virum quē  
Roma exibat, ut in solitudinem aliquam petens, ibi  
uitam suam degeret, captum perpetuo carceri mancè  
pauit. Dicebatq; se id facere non alicuius odij in Cele-  
stinum causa, sed ne autores seditionū Celestino duce  
calamitatem aliquam sanctæ ecclesiæ Romanae infer-  
re possent. Quis Bonifaciū istū tēterrīmū mōstrū, ac

C 2 homi-

hominum cunctorum ingratissimum non appelleat?  
 cum simplicem uirum, suis artibus quasi diuinis delu-  
 sum, è pontificatu non solum deiecerit, sed illum tan-  
 quam facinorosum aliquem perpetuo carceri manci-  
 patum, ante tempus præ animi dolore mori coegerit?  
 Tamam Bonifacius cœpit tyrannidē exercere, ut po-  
 tius Nero s. dici mereretur. Cardinales quosdam ad  
 se uocat. Hi Bonifacij perfidia ac furore perterriti  
 ad illū accedere non audent. Schismatici declarantur,  
 non solum beneficijs ac dignitatibus, quæ à Pontifici-  
 bus acceperant, priuat: sed fundis paternis, oppidis,  
 ac bonis omnib. eos spoliati: collectis præterea copijs,  
 illos unā cum Columnisibus, ac quotquot Gibellinæ  
 factionis extabant, quōcunq; se conferebant, inseque-  
 batur. loca omnia ad quæ se recipiebant, uastabat ac  
 populabatur. Quidam nullū locum sibi à Bonifacio  
 tutum uidentes, nemora ac saltus incolebant: quidam  
 ex nobilissimis Italiæ familijs cum littora maris alti-  
 quandiu ueluti feræ inhabitassent, cum piratis tandem  
 humanitatis expertibus ex Italia abierunt. mitius e-  
 nim se à piratis tractandos nouerant, quam à sanctissi-  
 mo Bonifacio, si forte in eius manus incidissent.  
 Tanto odio Gibellinos persecutus est, ut eorum quo-  
 dam Genuam concessisse audiens, illuc et ipse se con-  
 tulerit, ut eos omnino destrueret, eorumq; nomen ex  
 hominū memoria, ac orbe terrarū tolleret. Et cum in  
 die, quæ uos Cinerū uocatis, cineres pro more popu-  
 lo ministraret, Archiepiscopus urbis (hūc Pontifex  
 factionis Gibellinæ esse à multis audierat) accessit: ac  
 genibus

genibus flexis, aperto capite stabat, ut cineres accipere peret. Quem cum Pontifex intuitus esset, nulla loci, nulla populi qui stabat, nulla religionis rationem habes, ira in Archiepiscopum succensus est, ac cineris magna quantitate in eius oculos coniecit, dicens: Mememo homo, quia Gibellinus es, et cum Gibellinis in cirem redigeris. Eundemque Archiepiscopum dignitate priuauit: licet postea eum in integrum restituerit.

Hic Alberto Duci Austriæ imperij confirmationem Albertus bisterq; petenti semper negauit. Hic, cum tota Italia Austriae sœuissimis bellis ortis intra Siculos Aragonensibus fa Dux. uentes, ac Robertum Calabriæ Ducem ferueret, nun Robertus quam (etsi à multis, ut id faceret, hortaretur) auto- Calabriæ ritate suā pro incunda pace interponere uoluit. Sed Dux. diuino Dei iudicio factū est, ut ij qui Italiam deserentes, cum piratis fugerant, rursus in Italiam à Deo ue herentur: ac collectis paucis aliquot, qui Bonifacij rabiem fugientes, modò hic, modò illic delituerant, Anagniæ Pontificem in domo paterna nihil tale metu entem, refractis ualuis caperent, at Romam ducerēt, ubi triginta quinq; dierum spacio præ dolore, ac rabiem magnitudine desperabundus infelicem animam, innumeris malefactis onustam, emisit.

Clemens quintus quoniam non alijs seruire ac mi Plat. nistrare, quemadmodum C H R I S T V S apostolis Clemēs 5. suis mandauit, sed ut & illi ab Imperatoribus mini straretur optabat: decreto statuit, ut designati in Germania Cœsares, quamvis Romanorū regis appellationem sortirentur, à summo tamen Pontifice impe-

rij iura ac nomen acciperent, ac ut mortuo Imperatore per omne interregni tempus, Italicarum urbium quæ Cæsari stipendiariæ essent, arbitrium & potestas penes Romanum Pontificem esset.

Ioánes 22.

Ludouicus

Bauarus

Imper.

Ioánes 22. cōtra Ludouicum Bauarum admodū indignatus fuit, eū acerrimo odio persecutus est: cūm admodū Clemens 5. decreuerat ) de manu Pontificis accipere dēdignabatur: tū quoq; quoniā quosdā monachos, quos tanquā bæreticos Pontifex damnauerat, ac diris imprecationib. execratos proscripterat, aduersus ipsum Pontificem defendebat. Ideo Ioánes Ludouicum bæreticum asserit. Ludouicus in Italianis ueniens, uicarios singulis Imperij ciuitatibus, ut par erat, imponit, ac Mediolanum uenit. Cumq; Pontificis rabiem delinire optaret, ad illum qui Auiunioni in Gallia tum sedem habebat, oratores mittit, qui imperialia insignia peterent sibi more maiorū benignè ac amico animo conferri. Pontifex non modo id facere recusat, sed et oratores summa cum ignominia repellit. Imperatoremq; ipsum peremptoriè (ut dicitis) citat, ut Auiunionem ueniat, ac statutis ecclesiæ se subiiciat. Imperator pontificiam in CHRISTI ecclesiastyrannidē agnoscens, sc̄q; à Deo imperatoriam maiestatem habuisse sciens, eandem pariter sanctam ac inuictam seruare studebat. Ideo nec Pontificibus se tanquam seruum subiiccere uolebat. Ideo Auiunionem pertere denegat. Pacis tamē cum effet quidus, rursus per nuncios

nuncios obsecrat, ut imperialia signa ei benigne ac amico animo conferantur. Pontifex in sua perstat sententia. Vicecomites, quibus tum Imperator Mediolanum dominium permittebat, in Ludouici odium excommunicat. Imperator cum Pharaonis cor induratum conspiceret, Romanam multis secum adscitis Italorum Principibus petit, ac honorifice ab universo populo Romano est susceptus. Imperialia insignia pro more sibi concedi petit. Romanorum proceres ac totus populus Romanus oratores ad Ioannem in Galliam mittunt: eumque obsecrant ac supplices rogant, ut urbem suam inuisere uelit, ac regi Romanorum imperialia insignia conferre uelit. Quod si ipse hoc facere renuntiat, se antiquam pop. Rom. legem ac iura seruatueros asserunt. Ioannes oratoribus auditis, summa cum ignominia, acribusque sermonibus ac minis eos a se repellit. Que uidens pop. Rom. decreuit optimo Luduicio concedere quod petebat, & ita a senatoribus (duo tum erant, Stephanus Columna, ac Nicolaus Sarra, qui Imperatoris uicarij urbi Romae praerant) iussu totius cleri populique Romani, Ludouicus, unum cum coniuge coronatus est, omnibus nobilibus astantibus, & acclamantibus Ludouicum Augustum Romanorum Imperatorem. Quid, quæso, haec tenus Ludouicus egit, quod optimum ac magnimum Imperatorem non deceret? Attamen Ioannes hoc audiens, Ludouicum læse maiestatis reum ac hereticum incusat, durissimos processus contra eum publicat, imperiali dignitate deiecit, regno priuat.

excommunicatione crudelissima, tanquam ecclesiæ Rom. rebellem ac hæresiarchā condemnat. Cum Ludouicus ac Romani proceres iniqua Ioannis facta optimè cognoscerent, populusq; Romanus à maiori ad minimum usq; ægrefterret, quod à Ioanne oratores quos miserans, ita delusi essent, unā omnes conueniunt, ut antiquus mos in eligendo Pontifice in ecclesiā inuehatur, ut uidelicet à Pop. Rom. electus, ab Imperatore ipso confirmationem acipiat. Ideo Petrus Cortrus quidam Corbariensis in summum Pontificem bariensis. creatur, ac Nicolaus s. dicitur. Ioannem uero hæretum, ac ecclesiæ CHRISTI tyrannum, & non păstorem, ac publicæ Christianorum pacis perturbatorem declarant. Hecq; omnia Imperator, ac Romani proceres concilij, ac ecclesiæ catholicæ iudicio submittunt. Interim Ioannes moritur.

Benedictus 12. in Pontificatu succedit. Hic nil  
etius 12. Ioanne benigntor in Ludouicū extitit, execrationes innovat, illū regio honore spoliat, ac ducatu Bauariae semetijs priuat. Optimus Ludouicus (uidete eius bonitatē ac prudentiā) Germaniā petit. omnes Elec-  
tores, Duces, Episcopos, Comites, humanae diuinæq; sapientiæ doctissimos quosq; conuocat, & corā omnib. acclamatione publica ac solēni, nouas confirmations antiquis legib. addidit & corroborauit, ingenuoq; demonstrauit, q; Electores imperij, et nemo praeter hos regē Romanū eligere debent, ita ut cui plura accedat Principū suffragia, is uerus cēseatur electus, siue rex, siue Imperator, cū in essentia idē sint, licet nominis

nomina diuersa cernantur. Qui Imperator possit si-  
ne Apostolicae sedis confirmatione imperij iura exer-  
cere, & administrare, quiq; mox post Principū in-  
sinationem à Pontifice imungi debeat, si legitimè sit  
electus. Quod si recuset Pontifex, possit à quocunq;  
catholico anisitite proclamari Imperator & Augu-  
stus: ut iam diu fieri solebat, cum maximè inunctionio-  
nes istæ, solennitates tantum quædam sint aduentitiæ,  
à pontificibus excogitatæ: nomina tantum, & non  
res concedentes, in signum defensionis, ac unionis ec-  
clesiæ et imperij Romani. Non enim sacramentū fide-  
litatis Imperator Pontifici tribuit, sed fidei defensio-  
nis: quandoquidē hoc iuriurandum nullam in tempora-  
libus maioritatem operatur. Præterea bonus Impera-  
tor falsissimum esse ostendit per uacationem imperij,  
ius ad Papam deuolui: idq; esse contra sacri imperij li-  
bertatem, dignitatem, iura, ac maiestatem: sed longa  
& approbata consuetudine inconcusse à maiorum  
ordinatione hactenus obseruata, uacante imperio, ad-  
ministrandi imperij iura, feuda conferendi, & negotia  
cetera disponendi, Palatino Rheni deberi, nō obstante  
Clemētina. Deinde in sui excusationē corā omnibus  
rationē fidei suæ clarissimè ac sanctissimè protulit,  
planeq; confessus est se Christianū hominem, articu-  
los fidei integrè credere, sicut in ecclesia catholicā do-  
cebantur. Et de omnibus quæ illi à Ioanne 22. & à  
Benedicto 12. obiecabantur, se optimè perpurgauit.  
Quis non admiretur Ludouici ita à Pontificibus ue-  
xati pietatem? Quid, si armis negotium cum Pontife

Clem. Pa-  
storalis.

ce trāfigere uoluisset: at quoniam Christianam fident  
ac pietatem animum induerat, Christiani pariter &  
cuiusvis humani sanguinis effusionem detestabatur.  
Huius optimi Ludouici bonitas tandem & à Benedicto  
Pontifice cognita est. nam cum intra Benedictum  
ac Fridericum Gallie regem simultas quædam esset  
orta, pax inita est statim inter Pontificem ac Cæsar-  
em: Pontifexq; tanto erga Imperatorem amore deuin-  
ctus fuit, ut eum aduersus oratores regis Gallie, qui  
grauiissimè semper in ipsum Imperatorem inuiche-  
bantur, defenderet, ac eius innocentiam intrepide-  
tutaretur. Quamobrem factum fuit, ut Pontifex,  
hæretici protector, ab ipsis oratoribus ignominio-  
se appellaretur. Quorum uerba et si Benedictus ali-  
quandiu non parum pertinuerat (nam illi maxima  
belli indicebant, si Imperatorem absolueret) tamen  
illum tandem absoluit, & in tota Germania publi-  
co decreto publicari iussit: processus omnes quot-  
quot à Ioanne contra Imperatorem facti fuerant, nul-  
los esse: nec decuisse Ioannem contra illum talia at-  
tentare, cum Pontificis & Imperatoris iurisdictio-  
nes distinctæ sint. & aperte testatus est, Ludouicum  
in omnibus se gesisse, quemadmodum strenuum ac  
Christianum Imperatorem decebat. Sciendum ta-  
men, Pontificem nihil horum ex animo, sed arte in  
Ludouici fauorem fecisse. Nam cum uidcret regem  
Gallie, in cuius ditione ac regno morabatur, simulta-  
te quadam secum agere, ueritus est ne si Imperato-  
rem hostem haberet, nullum ei superesset auxilium,  
si Gallie

Si Galliae rex in illum aliquid moliri uoluisset. Hac igitur ex causa Benedictus ère sua esse arbitratus est, si Imperatorem sui beneuolum redderet: sperans ita futurum esse, ut Galliae rex nihil contra ipsum tentare auderet. Hæ sunt artes, quibus Pontifices Romani tyrannidem suam in Dei ecclesia fouerunt, ac fuent. Hæ sunt arma, quibus inferorum portæ aduersus Pontifices præudent. Sed ad institutum nostrum redeamus.

Mortuo Benedicto, Clemens & homo mulierum, honoris ac potentie cupidissimus, diaboli-co furore percitus, literas scriptas foribus templorum affixit, quibus Imperatori grauiissimarum poenarum supplicium comminatur, nisi infra triduum Deo & ecclesiæ satisfaciat, & ab occupatione iuriū imperij abstineat. Mirū istius inclemoris crudelitas. Imperator Francorum uenit: & paratus omnia sibi iniuncta pro uirili facere, per oratores petit, ut illi ueniam det, illumq; in sui gratiam recipiat. At Pontifex oratoribus dicit, se nunquam Ludouico ueniam daturum, nisi prius omnes errores suos a hæreses confiteatur, & imperium deponat, & se & filios suos & bona & omnia sua manus ac uoluntatem ipsius Pontificis reponat: polliceaturq; se nihil horum rursus suscepturnum, nisi ex Pontificis gratia. & horum omnium formulans quandam scripto oratoribus tradidit: quāmque ut Ludouico offerrent, mandauit. Vbi hic pastoris forma? Vbi patris aspectus? Vbi sanctitatis speciem?

men? Bonus Imperator, ne qua forte orirentur bella, & plurimae in C H R I S T I ecclesia cedes, si nunquam Pontifici se subijceret, nullam honoris sui, nullam uirtutis, nullam magnanimitatis sue, quam semper ostenderat, rationem habens, formulam Pontificis accepit: eaq; inspecta, Christiano sanguini consuluit. hunc enim plurimum effundendum conspiciebat, si in sententia perficiisset. Ideo illam non tantum sigillo corroborat, sed & iuramento se omnia seruaturum esse pollicetur. Quod dum Pontifex audijset, admodum miratus est. Sed num Ludouicū in gratiam suam recepit? num illi aliquod benevoli animi signū ostendit? Audite quomodo res se habuerit. Ludouicus formulam illam Principibus, Eleitoribus, ac oratoribus ciuitatum imperij demonstrauit. Principes articulos quosdam, quoniam in perni ciem ac destructionem imperij à Pontifice concepi fuerāt, detestati sunt, Imperatoriq; firmum auxilium ac assistentiā polliciti sunt, si iura imperij, ut ante fecerat, defensare uellet. Per oratores Clementem rogauunt, ut ab eis articulis in lesionem sacri imperij ex cogitatis abstineret: & nihil præterea aut agentes, aut petentes oratores discesserunt. Clemens uero horum omnium causam in Ludouicum transferens, eius ac filiorum exterminium unā meditatur: in coena Domini Ludouicum crudelissime execratur, Ioannis Pontificis processus omnes durissimos innouat, hereticum ac schismaticum declarat: Principes Electores admonet, ut alium eligant Imperatorem. Archiepiscopum

p̄isopam Moguntinum dignitate ac eligendi autorē  
 tate priuat, eo quōd cum Imperatoris innocentiam  
 cognosceret, sacram eius maiestatem uiolare nolebat.  
 Ceteri uero Electores ingenti pecuniarum largitio-  
 ne corrupti à Ioāne Rege Bohemiæ, Carolum, ipsius  
 Ioannis filium, regem Romanorū decernunt: quem  
 Clemēs paulopost in publico consistorio approbauit.  
 At quis horrida bella enarrare posset, que ex Clemē  
 tis sanctissimi ac beatissimi in imperium admisso sce-  
 lere orta sunt? Carolus Aquisgranum tendit, ut ibi  
 ab episcopo Colonensi imperij coronam aciperet.  
 Aquenses obstant, ne Aquisgranum ueniat. Obstat et  
 Imperatrix, optimi Ludouici uxor, (hæc tum ibi e-  
 rat, quoniām Vuilhelmo eius fratre Holladiæ, Selan-  
 diæ, Hannonie, ac Phrysiæ Duce, sine liberis defun-  
 cto, ducatus illi cōtigerat.) Rex Galliæ, qui contra re-  
 gem Angliæ tum dimicabat, & à quo plurima dam-  
 na percessus fuerat, à Pontifice suadetur, ut Ioannem  
 regem Bohemorum, ac Carolum eius filium Impera-  
 torem nuper electum cum Alemannorum copijs con-  
 tra Anglium euocet. Galliæ rex Pontificis consiliū se-  
 quitur. Ioannes ac Carolus auxiliares copias suas col-  
 ligunt, easq; cum Gallorum exercitu iungunt. Con-  
 tra Anglium tam atrox bellum commissum fuit, ut  
 in posterum per multos annos atrocius cōmitti non  
 contigerit. Rex Galliæ summam exercitus sui stra-  
 gem passus est, uiginti millibus Gallorum occisis ac  
 prostratis. ipse uero Rex uix cum summa ignominia  
 aufigit. Rex Bohemiæ, Dux Lothoringia, Comes

Carolus re-  
 gis Bohe-  
 miæ filius  
 Imperator  
 eligitur.

XX. millia  
 Gallorū ce-  
 si ab exerci-  
 tu regis  
 Angliæ.

Flandriæ, Comes Blesensis regis Gallie nepos, Co-  
mes de Salinis, cæsi fuerunt: horū omnium copiae tal-  
quam ad macellum ductæ in sanguine suo prouoluta  
iacebant. Carolus uero cum armis imperialibus tur-  
pissimè ausugit. En Clementis & sanctissimum consili-  
um. Quis principum ac ciuitatum imperialium mo-  
rorem ac querelas in Clementem ac Electores expli-  
caret? Nam his omnibus Spiræ congregatis, nullus  
est inuenimus qui electionem Caroli aprobaret, uel  
Pontificis processus curaret. omnes enim se in fide  
Ludouici permansuros pollicebantur. Sed Ludouicu-  
sus iuramentum quod fecerat, cum sanctum habere  
uellet, Imperij administratione relictâ, hilari ac latè  
animo Burgrauiam se recepit: ubi quamprimum fuit  
(ex Clementis infidijs, ut ipso mortuo Carolus cum  
consensu totius Germaniae regnaret) uenenum bilit.  
Quod cum euomere tentaret, nec quidquam profice-  
ret, eques uenationem ingreditur, ut motu ac la-  
bore sudoreq; corpus calefaceret: ac uenenum, si fieri  
posset, excuteret. at dum ursum strenue peteret, ac ha-  
sta ferire contuleret, equo deiscitur, ac corpus graui  
collisione cōcutitur: destitutusq; uiribus ac sensibus,  
aliquandiu iacet: & tandem resipiens, elatis in co-  
lum oculis, pulcherrima ac deuotissima oratione De-  
um rogat, ut animæ suæ misereatur, ac peccatis igno-  
scat, sicut et ipse illis qui eum afflxerat ex corde igno-  
scbat. Principes autem & ciuitates Imperij, quorū  
ne unus quidem Ludouico uiuente, Carolo parere  
uoluit, Ludouicum mortuum audientes, non solū Ca-  
rolo

rolo adhuc quoq; obedire renuit. Sed unde omnes cō  
 uenient, ut aliquem Imperatōrē legitimē eligant. Hic  
 largitiones per regem Bohemiae Electoribus quibus-  
 dam factae deteguntur. Carolum in Ludouici dedecus  
 ac oppressionem Imperatorem factum declarat: eum  
 inhabilem ad imperiū regendum ostendunt: illū nul-  
 la causa urgēte, alio Imperatore uiuente, ob nullū rei  
 publicæ cōmodum, sed ob priuatā cupiditatē ac lar-  
 gitionem electum fuisse dicunt. Duce Saxoniæ ob su-  
 um suffragium Carolo datum duo millia marcarum  
 argenti, Archiepiscopū Coloniensem octo millia ace-  
 pisse ostendunt. Archiepiscopū Moguntinum contra  
 ius fasq; à Clemente archiepiscopatu ac eligendi auto-  
 ritate priuatū clamāt, quia Carolo fauere noluit. Lo-  
 cum electionis improbant, quia nō Francfordij, ut le-  
 ges iubent, sed Rens facta fuerit. Improbant corona-  
 tionē, quia non Aquisgrani, ut imperij iura uolunt,  
 sed Bonnæ celebrata sit: eamq; non aperte, sed laten-  
 ter: nec tempore cōuenienti, hoc est uacātē imperio,  
 sed dolose factā asserunt: nec debito seruato processu  
 iuris & æquitatis. Nam non Palatinus Rheni Electo-  
 res, ut sacri imperij decreta iubet, cōuocarat: sed Mo-  
 gtinus Archiepiscopus, qui tunc ut id ageret, ab his  
 qui legū imperij mutandarū potestatem nō habebāt,  
 electus fuerat. ideo Electores ac imperij ciuitates le-  
 gitimū Imperatorem optantes, Carolum prorsus Im-  
 peratorem non esse ostenderunt: ac seruatis imperij  
 legibus, Comes Palatinus Rheni Principes ad eli-  
 gendum ex officio suo conuocat. Non uenientibus

Multa que  
 in electio-  
 ne Impera-  
 toris serua-  
 da sunt.

autem

autem qui Carolum elegerant, Archiepiscopis uidelicet Treuerensi, Coloniensi ac Moguntino, neq; Saxonie Duce: ipse Palatinus Rheni, Ludouicus Marthio Brandenburgensis, Hēricus Archiepiscopus Moguntinus, ad quem sacri imperij legibus (etsi Pontifex illū priuarat) Imperatoris electio spectabat, Erycus Saxoniae Dux, nepos Rodolphi, qui Carolo fauebat, decenti ac solita seruata solennitate, in campis Francfordij unanimi consensu, unaq; aliorum imperij Principum, ac ciuitatū in regem Romanorum eligunt Guntherum de Monte nigro. Hinc noua bella, hinc nouæ cædes parari incipiunt, quæ totius Europæ uastationem attulissent, ni Deus ea prohibuisset,

Gunthe-  
rus de Mō  
te nigro  
Rex Roma  
norum.

quæ impius Pontifex ac Carolus unā, & qui his fauiebant designarant. Cumq; Carolus uidisset se nihil (etsi multa tentasset) posse contra Guntherum efficer, (tota enim Germania, præter illos qui Carolum elegerant, Gunthero tanquam uero ac legitima Imperatori fauebat) audiuit illum Francfordij egrotare, & medici famulum pecuniarum largitione orupit, ut uenenum medicinæ, quam Guntherus sumere debebat, iniiceret. quod & pessimus nebulo fecit. Vnde Guntherus etsi ueneni magnam partem euomeret, neq; morte subiret, inutilis tamē ad administracionem bellorum, quæ imperio imminebat, redditus est. Quod cum Princes qui Guntherū elegerant conspicerent, nec aliud Imperatorem uiuēte Gunthero eligere possent, Clementisq; inclem tamē ac furorē, & Caroli copias sibi imminere cernerent, Gunthero suaserunt

suaserunt ut imperio se se abdicaret, ac Carolum regem salutaret, ut sic tandem Germania Clementis rabiem demulceret. quorum suasionibus Guntherus parere maluit, quam sacri imperij Germaniaeque vastationem confidere. Hinc agnoscatur populi, quam omnibus bonis detestandam tyrannidem Pontifices Romanini in CHRISTI ecclesia exerceantur. Optimos Imperatores iniusto anathemate fetiūt: eos imperiali maiestate, omnibus bonis, omnibusque liberis, que omnia à Deo ipso accepta perūt, expoliāt: Electores imperij autoritate sua priuāt, aliosque qui uis illi placuerint substituit. Imperatores in uitis omnibus imperij Principib, ac ciuitatib, eligūt: seditionū ac bellorū semina serūt: ut Christianus sanguis ferro exhauriatur, optant, ac moluntur: si ferro id praestare non possint, ut id coniungat letalibus potionibus procuram. Testes huius factoris sum (ut plerosque alios taceant) Fridericus 2. ac Ludouicus Bauarus: Imperium ipsum denique ad eam deduxerunt calamitatē, in qua hodie adhuc iacet. Is enim Carolus quē ipsi in uitis omnibus imperij ordinibus Imperatorē crearunt, ut filium sibi successorē pararet. Electores adeo magnis pollicitationibus ac largitionibus corrupti, ut publica imperij uectigalia illis appetigerarit, quae et hodie retinet: atque ideo Romanū Imperium se attollere non potest. nam tum Electores Carolū iure iurando coegerūt, ne pignora unquam reuocare posset. unde tandem factum est, ut imperio prostrato, Turca ecclesiastis CHRISTI inuaserit, earumque plurimas destruxerit, parumque absit, ne ubique

Tyrannis  
Pontificum  
Romano-  
rum.

50 Acta primi diei.

per totā Europā ferro, ac miserrimo scrutūtū ac M<sup>is</sup>  
humetici dogmatiſ iugo debacchetur. Resipiscēt ne  
aliquando Christiani Principes, ut summū ecclesia  
**C H R I S T I** hostē ac tyrannū agnoscat? Quomo-  
do Solymaniū Othomanū à C H R I S T I ecclesia ar-  
cebūt, si domesticū hunc Turcā non arcent? nūquā  
sanē. Is namq; cū inter Principes Christianos disor-  
diis ac bella ferere ac souere omni studio, pollicitatio-  
nibus, ac largitionibus, prodigionib. uarijsq; dolis cō-  
tendat, in causa est, cū ut ipse semper aliquot Princi-  
pū amicitia seruās, tyranidē suā tanq; diuinū quod-  
dā numen præseruet: tū ut Christiani principes semi-  
per inter se dissidentes, nunq; aduersus Turcā cōueni-  
re posint. Quis igitur, cū tales uideat esse Pōtificis,  
dicere ausus erit, cōtra eos inferorū portas nō praē-  
lere? Sed aliorū quorūdā egregia facta cōspiciamus.

Vrbanus 6. Vrbanus 6. dum Genuā nauī uehitur, quinq; Car-  
dinales, fatis inuolutos in mari demergit, eo q; cum  
ui Pontifex creatus fuisset, eum Cardinales hi fālsum  
Pontificē, sedemq; uacare dixerant, ac unā cum alijs  
quibusdā Cardinalibus Gebenensem Cardinalem in  
pontificē elegerāt. is Clemēs 7. uocatus fuit, licet tan-  
quā Antipapa, à Pontificum Romanorum fautori-  
bus, extra Pontificum numerum reiectus fuerit.

Plat. Ioannes 23 Num forte Ioannē 23. silentio præteribō adeō ne-  
farius, adeō scelestus extitit, ut à Constantiensi conci-  
lio omnū nationū consensu citatus, quadraginta sce-  
lera, et eo amplius contra eum probata fuerint. quo-  
rū aliquot adeō in homine inueterata à concilio exi-  
matu

mata fuere, ut nullo modo emendari possent. ideo contra fidem facta iudicata fuere: cætera uero Christianis omnibus scandalum paritura, nisi corrigeretur. ideo hoc ecclesiæ monstru ex Pontificatu deiectu, in Haldeberg Germanie oppido munitissimo per triennium mancipatus fuit. ubi cum tantu à Germanis Italicae ac Latinæ lingue ignarioris custodiretur, nutu ac signis tammodo, cum summo custodiari risu loquebatur. Quod Ioannis exemplu ceteros Pontifices Romanos cautos reddidit. Ideo nil miru, si cum hi omnia scelera impunè facere uelint, conciliu liberu conuocare, ac illi interesse nolint. si enim Pontificu huius nostræ miserrime tempestatis facta, sicut in libero concilio facere oportet, ad examen reuocarentur: omnes diuinis humanisq; legibus, non modo carceribus, ac cōpedibus, sed laqueo, capite, aquis, igni, ac eculeo plectendi es- sent. Quapropter satis mirari non possum eoru opinionē, qui liberu conciliu aliquando à Pontifice conuocandu sperat, in quo ecclesiæ CHRISTI consu latur, et optimè prospiciatur. Illi præterea paru sape remihi uidentur, qui conciliu superiorib. annis Tridenti per Paulu 3. ac Iuliū 3. Pontifices Romanos conuocati liberu esse ac ueru, pium, sanctu, Christianuq; conciliu fore putat: quos admonitos tantu uolo, ut eos diligenter consideret, quorū in cōcilio huiusmodi interest, ut omnia audiāt, singula examinēt, uniuersaq; definiat: iusurandumq; illud perlegat, quo omnes hī Pontifici Romano deuincti sunt. inde enim non liberu, sed in summā seruitutē redactu, conciliu à Rom. Potti

Conciliu  
liberum ac  
Christia-  
num præ-  
stari non  
posse à Po-  
tifice Rom  
ano, &c  
Cur.  
Ex libro ri-  
tu eccle-  
siasticorū.

congregatum, cognoscent, ubi cung; id congregetur.  
 Ego electus Episcopus ab hac hora in antea fide-  
 lis ero et obediens beato Petro, sanctæq; Romani  
 Apostolicæ ecclesiæ, et nostro Domino. N. Papæ, sui  
 successoribus canonice intrantibus. Non ero in concil-  
 io, aut consensu, uel facto, ut uitam perdant aut mem-  
 brum, seu capiantur, aut in eos uiolenter manus quo-  
 modolibet ingerantur, uel iniurie aliqua inferatur,  
 quouis quæsito colore. Cōsilia uero quod mihi cre-  
 dituri sunt per se, aut nuncios, aut literas, ad eorum  
 damnum me sciente nemini pandam: Papatum Ro-  
 manum et regalia sancti Petri adiutor cis ero adreti-  
 nendum et defendendum contra omnem hominem.  
**Legatum** Apostolicæ sedis in eundo et redeundo ho-  
 norificè tractabo, et in suis necessitatibus adiuuabo.  
 Iura, honores, priuilegia, et autoritatem Romanæ  
 Ecclesiæ, Domini nostri Papæ, et successorum preadi-  
 torum conseruare, defendere, augere, et promoue-  
 re curabo. nec ero in concilio in facto, seu in tractatu  
 in quibus contra Dominum nostrum uel Romanam  
 ecclesiā aliqua sinistra, siue præjudicialia personarū  
 iuris, honoris, status, et potestatis eorū machinentur.  
 Et si talia à quibusdam tractari cognouero uel protu-  
 rari, impediā hoc pro posse, et quantocyus potero:  
 commodè significabo eidem Domino nostro, uel alte-  
 ri per quem ad ipsius noticiam possit peruenire. Re-  
 gulas sanctorum patrum, decreta, ordinationes, sen-  
 tentias, dispositiones, reseruationes, prouisiones, et  
 mandata apostolica totis uiribus obseruabo, et fa-  
 ciam

etiam ab alijs obseruari: Hæreticos, schismaticos, et  
rebelles Domino nostro, uel successoribus prædictis  
pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad sy-  
nodum, ueniam, &c. Vbi hinc honor Dei? ubi celebra-  
tio nominis C H R I S T I? ubi ecclesiæ salus: ubi ue-  
tri pastoris ingenium? ubi Euangeli annuntiatio? ubi  
ouium suarum cura? Quòd si quempiam alium bo-  
num uirum concilio Papistico interesse posse putas,  
qui huic iuramento non obstrictus, ueram C H R I-  
S T I religionem promoueat, ac C H R I S T I ecclæ-  
siam defendat, toto cœlo erras. Audi quæso quid eo-  
rum leges decernant, quos uiros conciliij patres ac iu-  
dices constituant. Aderit igitur in conciliis ad statuē-  
dum Romanus Pontifex tanquam rector et mode-  
rator totius ecclesiæ, pastor gregis Dominici, et om-  
nium episcoporum episcopus, sacer Cardinalium se-  
natus, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abba-  
tes: quibus non immerito ordinum religiosorum ge-  
nerales additi sunt: deniq; omnes prælati, qui secun-  
dum formam iuramenti quod præstant, cum ad digni-  
tates promouentur, ad synodus uenire tenentur. Alij  
uerò differendi, instruendi, consulendue gratia po-  
terunt interesse, non tamen in sessionibus publicis in-  
duti sacris uestibus sedebunt, neq; sententiam dicent.  
Aperies ne adhuc oculos?

Sed de Eugenio quoq; quarto aliquid afferamus. Eugen.4.  
Vladislaus Vladislaum Poloniæ regem compulit, ut Amura-  
thi Turcarum regi fidem quam ei initio secum foede Poloniæ  
re dederat, non seruaret. Cui tanquam patri sanctissimi Rex.  
Amura-

Ex cap. 1.

thes Turca mo atq; beatissimo dum Vladislaus duos & uiginti  
rū rex. annos natus incautè obedire studet, debitas poenæ  
uiolati foederis Amurathi persoluit. nam cū Amura-  
the bellum innumeris copijs secū adductis committit:  
magnaq; suorum clade accepta, tādem et ipse ab Eu-  
genio deceptus ferro occubuit.

Paulus 2. Quid de Paulo 2. referat? Quid sceleratus ab ali-  
quo cuiusuis barbaræ gētis homine ex cogitari potuit?  
Q (ut Pōtificibus unumquodq; scelus cōmittere lice-  
ret) affirmare se ius et fas in scrinio pectoris habere?  
Quid mirū igitur, si (ut Volaterranus inquit) ianuis  
uictiorū omnū reclusis licebat cunctis disciplinā anti-  
quorū pastorum pessundare? Hic nec literis, nec mori-  
bus probatus erat: dies totos aut uoluptati, aut nūmis  
pensitādis, aut ueterū numismatis, siue gemmis, siue  
imaginibus spectādis tradebat: adeoq; sobrius extitit,  
ut obrūcte illū crapula, repente post cœnā interierit.

Alexand. 6. Quid Alexandri 6. inaudita ac obscena et op-  
probriosa facta enarrēt? Is cum dæmonibus fœdere-  
mito, sese illis modis omnibus addixit ac donauit, si  
eorū artibus in Pontificē Romanū crearetur. Quod  
cum dæmones illi polliciti fuissent ac præstitissent, A-  
lexander ita uitam suam sanctè instituere coepit, ut  
nunquam aliquid facere moliretur, nisi prius dæmo-  
nas in consilium aduocasset. Huius Pōtificis habetur  
quædam præclara, ac Pontifice Romano, Petri apo-  
stoli successore, Christiq; uicario digna: habentur e-  
nam illa egregia, ac notatu digna carmina, quæ istius  
sanctissimi uiri laudes enarrant:

Vendit

# Acta primi diei.

55.

Vendit Alexäder cruces, altaria, C H R I S T U M

Emerat ille prius, uendere iure potest.

De uitio in uitium, de flamma transit in ignem:

Roma sub Hispano deperit imperio.

Sextus Tarquinus, Sextus Nero, Sextus et iste,  
Semper sub Sextis perdata Roma fuit.

Quae uero ipsius fuerit in pontificatu castitas, ac sancti-  
monia, et pudicitiae religio, ex illis carminib. cognosci  
potest, q̄ Lucretiae eius filiae tumulo inscripta fuerūt:  
Hoc iacet in tumulo Lucretia nomine, sed re-

Iou. Pone  
Lucretie  
Alexandri

6. Pontifi-  
cis summa  
laus

Gemes Ba  
iazetis  
Turcarum  
regis fra-  
ter.

Thais: Alexandri filia, sponsa, nurus.

Hic est Alexander ille, qui cum Gemen, Baizetis  
Turcarum regis fratrem, aliquandiu Romæ captiuū  
tenuisset, et quotannis quadraginta millia aureorum  
nummūm (sicut et Innocentius s. eius predecessor  
per multos annos accepérat) à Baizete alimento-  
rum fratribus nomine accepisset, tandem oratoribus ad  
Baizetem missis, obsecrat eum ut Gallorum regem,  
qui regnum Neapolitanum inuadere moliebatur, om-  
nino reprimeret: ueritus, ne Gallus Neapolitano re-  
gno, ac Roma occupata, tandem et Graciam ac alia  
ipsius Baizetis regna potentissimo exercitu inua-  
dat. His artibus Alexander tyrannidem suam tutari  
cogitauit, ideo Baizetis imperij rationē habere si-  
mulat: oratoribusq; hac ex causa ad illum missis, in-  
quit Baizetem rebus Gracie opportunè consultur-  
rum, si quotannis aliquot millia aureorum num-  
mūm sibi persolueret, ut una cum Aragonijs, qui  
buscum fœdus inierat, Gallorum impetum ter-

D 4 ramariq;

ra mariq; sustinere posset, ac arcere. Sic enim fore, ut Neapolitanum regnū ac Roma Othomanici imperij munimēta essent. At quæ inter C H R I S T I uicariū, ac Mahumetarū regē cōuentio est habita: Baiazetes Pontificem pecuniae cupidū cognoscens, multa arte illi suasit, ut Gemen fratrē, tanquā alienæ religionis hominem ueneno tollendū curaret (hunc Baiazetes de imperio sollicitus ob ingentes eius uirtutes, si qua forte custodia euaderet, maximè formidabat) id si pre staret Pontifex, ducenta millia aureorum nummūm, Christiq; inconsutile tunicam, integra fide se persoluturum promittebat. Accepit conditionē Pontifex sat

P. Iouius  
hist. lib. 2. etissimus, ac breui, Gemen ueneno interfici mandauit.

Quis hæc non miretur? Quis Alexandri factum non detestetur? C H R I S T V S dum ueste hac exueretur, homini uitā largitus est. Alexander uero ut eandē accepit, homicida factus est. At quis eius finis? Dum p̄ rato coniuicio opulentos aliquot senatores eodē ueni ni genere, quo Gemen occiderat, interfici mandasset, contigit ut incaute ab his qui pocula porrigebat, mutata lagena Alexander ex ipse uenenum hauserit, sicq; una cum senatoribus perierit. Eorum autē Pontificum, qui Alexandro ad hæc usq; tempora suæ esse enarrerent: omnibus enim illa exposita adeò sunt, ut p̄ cri quoq; ac fœmelle clarè uideant, & perhorrescat. horū testes habētur innumera bella, quæ in Hispania, Gallia, Germania, ac Italia summo cū Christianæ religionis dedecore facta sunt. quorū initia ac origines

si spectare

si spectare uelimus, nulla fortè inueniemus, quorum  
 Pontifices hi uel clām cōsilijs ac fraudibus adhibitis,  
 uel aperte eductis copijs autores non extiterint. Quid  
 postremò mihi dicendum supereft, ut huiuscemodi o-  
 rationi finem imponam? id tantummodo, quod cum  
 hi, de quibus sermonem habuimus, tam horrenda sce-  
 lera committere non erubuerint, nec qui post hac in-  
 felix istud pontificium regnum occupaturi sunt, meli-  
 ores futuri expectentur: atrociora enim designare  
 non erubescunt. Nam quemadmodū C H R I S T V S  
 temporis processu, sapientia, & gratia crescebat a-  
 pud Deum & homines, sic Antichristus in dies dete-  
 riora ac maiora scelerata in Deum & eius ecclesiam  
 molietur. hac enim ratione futurum est, ut tandem ab  
 omnibus homo peccati ac filius perditionis agnosca-  
 tur: ut sicut C H R I S T V S ex eius operibus agni-  
 tus est filius Dei, sic Antichristus ex eius sceleribus  
 diaboli filius comprobetur. Sed nunc ad orationem  
 meam, quam primum institueram, reuertor. nam ex  
 his quæ à me de Pontificibus narrata sunt, omnibus  
 coniectari licet, Papam (ut antea dicebam) petram  
 non esse, nec ecclesiæ fundamentum, contra quod inse-  
 rorum portæ non præualeant, cum huiuscemodi ho-  
 mines uideamus repletos nequitijjs, periurijs, homici-  
 dijs, latrocinijs: superbia, ambitione, astuantes: forni-  
 cationibus & adulterijs conspurcato: foedis fragos: fi-  
 de, misericordia, ac iustitia exutos. Quid ad hæc re-  
 spondebitis?

Tum Demonicanus ille, Tui certè nos omnes, in-  
 D f quit,

Papa ecclæ  
 siae Christi  
 petra aut  
 fundamen-  
 tu non est.

quit, miseret in hanc hæresim hæretice incidisti; eo quod sancti Thomæ logicā nō didiceris. is enim præcipit, ne de æquiuocis disputatio habeatur, nisi prius fuerint bene distincta, ac deinde optimè definita. Quapropter hac in causa nobis qui Thomæ doctrinam complexi sumus, præ omnibus alijs credendum est. ab eo enim rectè distinguere, definire, ac disputare didicimus. De Papa igitur respondeo, q[uod] duplicitate considerari debet, uidelicet quatenus homo, & quatenus Papa. Si consideretur Pontifices quatenus homines, dico eos fuisse animalia rationalia mortalia. & iuxta hanc definitionem ea ratione qua illis comedere & bibere congruit, eadem pariter ratione scelerata quæcūq[ue] admittere. quod probatur ex argumento in primo primæ uidelicet in Barbara:

*Omne animal rationale mortale necessariò peccat:  
Omnis Papa est animal rationale mortale:  
Ergo omnis Papa necessariò peccat.*

Minor huius syllogismi patet: maior uero probatur. nam habetur in Psalmo: Omnes declinauerunt simul, imutiles facti sunt: non est qui faciat bonū, nō est usq[ue] ad unum. Sed si consideretur Papa quatenus Papa, dico quod non simpliciter est animal rationale mortale, sed quoddam compositum ex animali rationali mortali, & ex eo quo nil maius excogitari potest, id est Deo. unde fit, ut Papa non sit simplex homo, sed quoddam ens secundæ intentionis compositum ex homine, & Deo, & iuxta hanc rationem dico, quod Papa etiam cōmissa sunt, que ad fidem pertinent,

Papam duplicitate considerare debes, nisi errare nolis.

Duplex Papæ definitio.

Papa ex propria natura peccat.

Papa non est simplex homo.

Psal. 5

# Acta primi diei.

59

lment, & in his peccare non potest, sicut neq; Deus  
ipse peccare potest. Et probatur ex argumento in pri-  
mo secundæ, uidelicet in Cæsare:

Nullus qui peccare posset, ex Deo natus est:

Omnis Papa ex Deo natus est:

Ergo nullus Papa peccare potest.

Maioris ueritas patet ex prima Ioannis, cap. 3. Mi-  
norum autem, quoniam est uniuersalis affirmatiua,  
probo syllogismo in Barbara. in nullo enim alio mo-  
do probari potest. Syllogismus itaq; talis est:

Omnis sanctus ex Deo natus est:

Omnis Papa non solum est sanctus, sed sanctissimus:

Igitur omnis Papa ex Deo natus est.

Maioris ueritas patet, secundæ uerò seu minoris pro-  
batur. Pōtificia enīm bullæ, qb. ea adhibēda est fides Bullis Papæ  
que et euāgelio (imō magis illis credendū est: nā Euā credēdum  
gelij uerba interpretari possum, & unusquisq; in suā uelut Euā  
sentētiā illa trahere potest. Papæ uerò uerba ut sonat,  
intelligenda sum) Papam sanctissimū esse testamur.

Quōd si Papa in rebus fidei peccare posset, nihil un-  
quā scelestius hoc nostro Papatu ex cogitatū fuisset.

Eusebius uerò his auditis respōdit: Ego neq; Tho-  
mæ logicam, nec eius philosophiam euro. iuxta enim  
Pauli præceptum cauere debemus, ne huiuscemodi Colos. 2  
doctrinis decipiamur. Nec pariter in barbarum ali-  
quem quiuis ille fuerit, nec in Cæsarem credo: sed in  
I E S V M C H R I S T V M filium Dei, eiusq;  
doctrinæ, & sanis eius sermonibus acquiesco. Quōd  
autem Papa non solum quatenus homo, sed & qua-  
tenus

Papa in his tenus Papa, in his uidelicet quae ad fidem spectant, errare possit atq; erret, uel ex hoc uno perspicue patere potest. Quoniam etsi Deum ac I E S V M

**C H R I S T V M** uerbis fateatur, facilius tamen negat. Nam cum fidei nomine in sacris literis nihil aliud sit, nisi constans ac firmus uerbo Dei assensus, ex quo credentes diuino spiritu adiuti adipiscuntur, ut Dei tantum misericordiae ac benignitati per C H R I S T V M fidant, quod qui uerbo Dei constanti animo non assentitur, is nec fidem habere, nec in Dei misericordiam fidenti animo sese coniucere poterit. Quod uero Papa nullam uerbo Dei, C H R I S T I, ac eius Apostolorum fidem habeat, inde perspectissimum haberi potest: Quia quoscunq; qui C H R I S T I ac eius Apostolorum priscorumq; pastorum doctrinam docere audent, quantumuis probi, honesti, pacifici, ac optimisint, persecutur: scelestos uero quoscunq;, dummodo tamen hi eius autoritate quam diuinum quoddam numen colant, eiusq; inuentae ac impia dogmata sectentur, amplectitur ac fouet, his largitiones, his dignitates, his honores, his officia publica, his legationes, his episcopatus, his ecclesiarii cura committuntur. Cur haec molitur Papa? quia uerbo Dei non modo non assentitur, sed ei aperto marte aduersatur, concionatoribusq; suis illud funditus evuertere tentat. Proh pudor. Quis huius nostri temporis Pontifices tantillum quidem fidei habere cogite! Romae Pontifex mercede ac precio constitutis officijs, à meretricib. (hae sub Paulo IIII. 45. millia numerate,

# Acta primi diei.

61

date ac in tabellas relatæ fuerunt) singulis mensibus  
sensum ex earum fornicatione exigit. hæ à Papa in  
summo honore habetur, hæ Papæ pedes quandoq;  
exosculantur, hæ Papam familiarissimè alloquuntur,  
hæ cum Papa die noctuq; consuetudinē habent. Qui  
uerò unico C H R I S T O fidunt, eiusq; doctrinam  
amplectuntur, à Papa heretici habetur, à Papa exu-  
lant, à Papa proscribuntur, à Papa carceribus manci-  
pantur, cōpedibusq; astringuntur, triremib. aquis, la-  
queo, securi, igniq; plectuntur. Non igitur uerba illa  
C H R I S T I, Super hanc Petram ædificabo ec-  
clesiam meam, innuunt ipsius C H R I S T I ec-  
clesiam supra petram, id est super Paparum fidem æ-  
dificatam esse: cum Papis, ut ostensum est, nulla sit  
fides, quippe quæ ab inferorum portis radicitus eru-  
ta sit. At dicatis, petram supra quam structa est eccl-  
esiæ, C H R I S T V M esse, in quo princeps huius 1. Pet. 2.  
mundi non inuenit quidquā, qui peccatum non fecit,  
nec inuentus est dolus in ore eius. De quo inquit Pau-  
lus: Fundamentum aliud nemo ponere potest, præter 1. Cor. 3.  
id quod positum est, quod est C H R I S T V S IE-  
S V S. Et de quo apertè dicitur: Petra autem erat  
C H R I S T V S. Cur pariter ecclesiam, quæ su-  
pra petram, C H R I S T V M uidelicet, ædifi-  
cata est, non dicitur esse fidelium multitudinem, quæ  
non hominum doctrinas, aut eorum inuenta, sed  
ipsius tantummodo C H R I S T I uerbo inniti-  
tur, eiusq; doctrinam toto corde amplectitur. De  
hac loquebatur Paulus, cum dicebat: Super ædificati-  
supra

Eph. 2. supra fundamen tum Apostolorum & Prophetarum, in quo C H R I S T V S angularis lapis positus est, super quem omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo & uos coaedificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto. Hæc est illa ecclesia contra quam præualere nos possunt inferorum portæ. Contra quam et si descendat pluia, perflent uenti, ueniant flumina, & irruant in eam, non tamen adeò præualere possunt, ut eam prosternant. Et quare? quia fundata est supra firmam petram. Non igitur super Petrum, nec super hominem, quisquis ille sit, fundata est C H R I S T I ec-

Ecclesia Pa clesia, sed super C H R I S T V M. Papæ autem ecclæ super diabolum est construēta, & Papa diaboli est uicarius. ; clesian omnes qui ex Deo sunt, & eius uerba dicunt, super diabolum constructam afferunt. Diabolus enim ut contra eam præualere possit, Papam sui uicarium constituit. ideo Paulus spiritus sancti illustratione edoc̄tus, inquit: Aduentum hominis pec-

2. Thes. 2. cati, ac filij perditionis, qui in ecclesia adoratur & colitur, & extollitur supra id quod dicitur Deus, futurum esse secundum operationem Sathanæ in iniquitate ac mendacio. Et Ioannes dum Papā ad umbrare uellet, quem dissipatum ecclesiam C H R I-

Apoc. 17. STIuenturum nouerat, inquit: Vidi mulierem cum qua fornicantur reges terræ, & imebriati sunt qui inhabitant terram, de uino prostitutionis eius, cui nomen Babylon magna, mater fornicationum & abominationum, sedem super bestiam plenam nomi-  
nibus blasphemie, que ascendebat de abyssō.

Cum autem Pharisæi, qui Eusebij animæ insidia-  
bantur, audissent Eusebium dicentem Papam non  
CHRISTI, sed diaboli uicarium esse: Scimus equi-  
dem, inquiunt, uos hæreticos ista in nos effutire, ac  
peiora quoq; moliri, ut uos ex seruitutis iugo, quo à  
nobis diu uexati fuistis, liberetis: sed res non ex senten-  
tia absoluetur. Mendacijs enim uestris quis credit?  
Nullus sanè, cum ex sacris literis illorum ueritatem  
non ostendatis, nam hæ summum Pontificē Petri suc-  
cessorem esse testantur. cum enim Petri locum ac epi-  
scopatum is teneat, eiusdem successor, Christiq; uica-  
rius censendus est. At uos Luterani dicetis, Vbi quæso  
sacré literæ Petrū Romæ unquā fuisse testantur? At  
hoc qui uis, qui ipsius Petri epistolæ legat, facile de-  
prehendet. Priorē namq; eius epistolā Romæ scriptā  
fuisse patet, in fine enim illius, dū fratres ad quos scri-  
bebat salutaret, nomine huius nostræ sanctæ ecclesie  
Ro. inquit: Salutat uos ecclesia quæ est in Babylōe col-  
lecta: Babylonis uero nomine Roma intelligitur: nā  
sic magistri nostri locū illū intelligendū esse tradūt.

1. Pet. 3.

Hic Eusebius, Miras, inquit, sanè sacrarū literarū  
interpretationes aliquando attulerunt hi magistri ue-  
stri, nec mirum tamen. Ipsi enim dicunt sacram scri-  
pturam esse cœlum illud de quo in psalmo, Extendas  
cœlum sicut pellem. Ac si diceretur: Talis est sacrarū  
scripturarum ratio, ac earum interpretandarum mo-  
dus, ut ueluti bubulum quoddam corium aut capri-  
num, quocunq; uelis illas flectere ac detorquere pos-  
sis: Et tam facile hoc fieri posse aiunt, quam nasus alii  
quis

quis cereus in hanc aut illam partem manibus infle-  
ctitur, nonne pudet uos ista in Dei maiestatem bla-  
fphema proferre? uos sane hi estis, qui non solum Pauli  
li epistolas, sed etiam ceteras scripturas (ut Petrus  
inquit) cum indocti, & instabiles sitis, ad uestrum  
perditionem detorquetis. Quomodo igitur (ut uestra  
2. Pet. 2. somnia detegam) Petrus Romæ aliquandiu esse po-  
tur.

Petrū Ro-  
mæ non fu-  
isse proba-  
tur. scribens epistolam ad Romanos, salutat quamuis ec-  
clesiæ mulierculam: & Petrum, si Romæ fuisset, &  
quidem episcopus diu sedisset, non salutasset? Scribens

3. Tim. 4. quoq; ad Timotheum, testatur omnes fratres Roma-  
bijsse, & neminem præter Lucam secum esse, om-  
nes uero alias se dereliquisse. Cur igitur si Petrus Ro-  
mæ erat, ne uerbum quidem unum de illo factum  
est à Paulo? nisi forte dicere auderetis, Petrum perse-  
cutione perterritum, una cum reliquis aufugisse. Scri-  
bens præterea Romæ ad Philip. de Timotheo loquës

Philip. 2. ait: Neminem habeo tam unanimem, qui sincera af-  
fectione sollicitus sit pro nobis: omnes enim quæ su-  
sum querunt. Si Petrus Romæ episcopus erat, cui  
sicut officio & quoq; charitate Timotheū non præ-  
cellebat? An'num forte Petrus inter hos connumerar-  
batur à Paulo, qui quæ sua erant, & nō quæ I E S V  
CHRISTI quærebant? Lucas quoq; in Actis Apo-

Act. 28. stolorum ait, multos fratres Paulo cum Romā ius-  
set, obuiā fuisse. Quid igitur tum Petrus agebat Ro-  
mæ? cur & ipse una cū fratribus Paulo, cuius fama

Romæ

Romam iam diu peruererat, obuiam non processit  
 nunquid ipse Paulū, sicut & alij fratres, ignorabat  
 At illum Hierosolymæ ac Antiochiae nouerat. Nun-  
 quid forte Petrus, cui una cū alijs Apostolis C H R I  
 ST V Shumilitatem toties commendarat, ac præce-  
 perat, ne more gentium in ecclesia dominaretur, Ro-  
 me mansit, pontificiā sedem quasi numen quoddam  
 occupans, ut Paulus eius pedes osculatum faceret  
 Ita ne Petrum magistrum suum imitatum fuisse cre-  
 dendum est. Persuasum igitur unicuique esse debet,  
 Petrum dum hæc quæ retuli acta sunt, Romæ non fu-  
 isse. At quispiam dicere forte ausit: Imò Petrus dum  
 ita agerentur, Romanus erat Episcopus: sed cum in-  
 terpolatis annis agerentur, contigit ut interea tempo-  
 ris abesset. At ne hoc quidē uerisimile est. Nam cum  
 Paulus Romæ diu moraretur, Romaq; plures episto-  
 las ecclesijs quocunq; opus erat nitteret, sicut patet Act. 10.  
 de epistolis ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippen-  
 ses, ad Colossenses, ad Philemonem, et secunda ad Ti-  
 motheum, eas saltem certiores fecisset Petrum episo-  
 sum abiisse, nondū rediisse, summoq; desiderio expe-  
 stari. Qui nam fieri poterat, ut de his quæ Petro con-  
 tingebant, ecclesijs, ac fratres ad quos scribebat, non  
 admonereret, cum hoc de quo quis alio fratre qui Romæ  
 fuisse ageret. Scribens enim ad Timotheum, inquit: 2. Tim. 4.  
 Crescens in Galatiam abiit, Titus in Dalmatiam. Et  
 ad Corinthios scribēs dicit: Expecto Timotheū cum 1. Cor. 16.  
 gaudio. Hic erat mos Pauli, qui fratrū siue absentiū  
 siue præsentium non facile obliuisceretur. Hoc quoq;

E mihi

mihi hac in causa dicendū occurrit, q̄ Petrus cum sit,

**To. 21.** galari Domini nostri I E S V C H R I S T I iussu iu-  
deorū apostolus cōstitutus esset (cū à C H R I S T O

**Act. 13.** dictū est illi, Pasce oves meas. sicut & Paulus genuū  
à spiritu sancto segregatus esset) æquū profectio nō e-  
rat ut gregē suū ita desereret, ut per uigintiquinq; an-  
norū spaciū (sicut dicitis) gentiū que Romæ degebāt  
episcopus extiterit: cū ipse præsertim cæteros Episo-

**I. Pet. 5.** pos hortetur, dicēs, Pascite qui in uobis est gregē Dei:

**Act. 20.** & in actis Apostolorū ait, Attēdite uobis & uniuersi-

so gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos.

Quod uero Petrus hoc idē quod alijs mandabat cu-

studierit, ex hoc percipere possumus: quoniā etiā illi

dæ urbes, maritimas potissimum peragrabat (nā Lyd

dæ aliquando fuit, ubi Aeneam paralyticū sanitati re-

stituit, & loppe Tabitham ex mortuis excitauit) ad

gentes tamen nunq; cōcionari uoluit, nisi prius à Deo

cœlitus admonitus esset: ad Cornelium enim centurionē

nō uiisset Cæsaream, nisi per uisum admonitus fuisset,

gratiam Dei etiā ad gentes pertinere, ideo illis euange-

liū annuciandū esse: nec alia ratione ecclesiæ Hiero-

solymitanæ expostulanti, quòd transisset ad gentes, fa-

tisfecit, nisi ostendisset se diuina autoritate, ac diuino

mandato id fecisse: eoq; minus hoc agere debebat,

**Gal. 2.** quò ipse unā cum Iacobo ac Ioanne foedus inierant

cum Paulo & Barnaba & Tito, ut hi inter gentes,

ipſi autē inter circumcisos euangelium annunciarēt,

uultis ne Petruū foedifragum constituere? Quòd au-

tem Petrus minus quod illi à C H R I S T O inuan-

etum

sum fuerat, strenue obire curaret, testantur hoc sa-  
 cre literæ. Nam postq; Paulus ad fidē C H R I S T I Gal. 1.  
 (anno nimirum primo à morte C H R I S T I) con-  
 uersus est, apostoli adhuc erant Hierosolymæ. Inquit  
 enim Paulus: Neq; accessi Hierosolymam ad anteces-  
 sores meos apostolos: sed abij in Arabiam. Post annos  
 quoq; tres, Paulus perlustrata Arabia Hierosolymā  
 accessit, ibi q; adhuc inuenit Petrum: & Iacobum fra-  
 trem Domini (cæteri fortè circuibant urbes & oppi-  
 da, prædicantes fidem C H R I S T I in remissionem  
 peccatorum) Post annos iterum 40. cum Barnaba, ac  
 Tito Paulus Hierosolymam uenit, ubi inuenit Pe-  
 trum, Iacobum, & Ioannem. Quomodo igitur Pe-  
 trus, qui dum à C H R I S T O uocatus fuit, ipfius  
 C H R I S T I testimonio, senio iam confectus erat, po Galat. 2.  
 tuit tot annos, quot ex Pauli uerbis colliguntur, Hie-  
 rosolymæ commorari, & Antiochæ quoq; septem an-  
 nos (ut omnium opinione comprobatum est) præcf-  
 se, ut Romæ quoq; uigintiquinq; annos Papa federice  
 cum præsertim Petrum ipsum trigesimo septimo à  
 morte C H R I S T I anno, qui fuit quartus decimus  
 Imperij Claudij Neronis, martyrio coronatū uelitis.  
 Addamus quoq; Petru Babyloniæ, quæ in Aegypto  
 est, quandoq; fuisse, ibi q; Euangelium annunciasse  
 ubi & priorem suam epistolam scripsisse credendum  
 est. Quare in fine illius salutai fratres nomine ecclæ-  
 siæ, quæ ibierat: et nomine Marci, quem filium su-  
 um uocat. Marcus enim hic Alexandrinæ ecclesiæ  
 fundamentum supra firmam petram struxerat, ibi q;

tum temporis praeerat in ministerio uerbi. Ideo cum Alexandria non longe à Babylonia sita esset, nil mirum, si Petrus ad Iudeos peregrinos scribens, salutat illos Marci nomine, per commode enim poterant non solum crebris epistolis se inuicem in Christo salutare, multa una conferre, sed et aliquando se mutuo inuisere. Non igitur sacras literas ita detorqueatis, ut ex Babylone Romanam constitueret uelitis. Quod si tamen Romanam ideo Babylonē uocari posse dicitis, eo quod fornicationū mater, et demonum habitatio, idolorumq; templum facta sit, et semper C H R I S T I gloria, eiusq; ecclesiae ac euangelio aduersata sit, una uobiscum sentit C H R I S T I ecclesia.

Susurrantes autem quidam inter se, Possunt, inquiunt, sane, huic haeretico dicere: Medice, cur a te ipsum, is namq; cum sacram scripturam hic illuc detorqueat, ut mendacia sua confirmet, populos secum in perditionem trahit: eodemq; nos uitio accusat. ipse enim arguit nos, quia Babylonis nomine Romanam ipsam intelligendam esse dicimus, cum tamen et ipse ouium nomine Iudeos signari testetur, cum C H R I S T V S dixit Petro: Pasce oves meas.

Quos cū Eusebius audisset, cū scripturarū, inquit, interpretationes iuxta fidei et scripturarū ~~avocari~~  
Rom.12. à me adducantur, sicut Paulus adducendas esse dicit nulli possunt ratione reprehēdi: nihil igitur nouū, neque à scriptura alienū uobis affero. Ipsa nāq; plurib. in locis Iudeos nō solū oves, sed multis etiā alijs uocibus, que Dei Christiq; peculum quoddā significant, uocari.

uocari tradit: ut hac ratione promissiones, quæ Hebræorum populo, præ gentibus factæ fuerant, comple tas fuisse ostendat. Quapropter nil mirū, si Deus eum alloquens, quandoq; inquit, Populus meus es tu: quan doq; Vineæ meæ domus Israel est. Primogenitus meus Israel: Oues meæ estis, et ducā uos in pascua uberrima. Et C H R I S T V S de eodē populo loquens, uocat Iudeos filios regni, vineam patris familiæ: eosq; oues patris sui esse testatur, de quib. singulari cura ipse pater curā habebat, inquit enim C H R I S T V S: Non sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Et Paulus eadē ratione uocat eos oliuā bonam: & propter eorū patres, Deo charissimos eosdē esse testatur. Cum igitur C H R I S T V S dixit Petro, Pasce oues meas: liquet Petru circumcisiorū apostolū factū fuisse. Sed ad institutū mēū reuertar. Absurdū quoq; est, Petrum (si tamen de Petro apostolo id referatis) quartodecimo Neronis anno Romæ crucifixū fuisse. nam Claudio cæsar, qui Neronē præcessit, omnes Iudeos Christianæ religionis causa (ut Suetonius testatur) Roma discedere præcepit: inter quos exierunt, Aquila, & Priscilla uxor eius, ut testatur Lucas in Actis apostolorum. Hi sunt quos Paulus ad Romanos scribens ante salutarat, eosq; ecclesiæ Ro. ministros uocarat. Quomodo igitur Petrus, cum esset Iudeus, cui C H R I S T V S præceperat, ut puluere pedū excuso abiret, ac derelinqueret eos qui eorū uerba recipere noluisserent, contra imperatoris edictū Romæ tadiu, nèpe uingini quinq; annos sedere potuit Papa? quo-

Rom.ii.

In uita

Claudij

Cæs.

Act.18.

Rom.16.

## 70 Acta primi diei.

modo inquam à secundo imperij anno ipsius Claudij usq; ad 14. quo imperium Neroni cessit, inuito imperatore cōmorari potuit? & si Imperatoris minas nibili faciens Apostolus, ibi cōmoratus est, cur de hoc ne syllabam quidem in sacris literis habemus? Quod si hic per rimā effugiat, dicentes illum post mortem Claudi tantū Romā uenisse, ibi q; 25. annos tū cōmoratum fuisse, nō certe sub Nerone, sed sub Vespasiano eū p̄sum fuisse dicendū erit. Nam Nero p̄ululū quid temporis tantū ultra tertium decimum annum imperium tenuit. Post Neronem Oihō Sylvius Imperator factus, post tres mēses obiit. Post Othonē Aulus Vitellius cōocto tantū mēses imperium obtinuisset, et ipse mortuus est. Post Vitelliū autē Vespasianus decē annos regnauit. Sed quis Petruī sub hoc benignissimo imperatore occisum fuisse dicet? nemo sanè. sub Vespasiano enim Christiani, ut omnes tradūt historia, in summa pace uixerūt. Præterea si, quemadmodū dicitis, à secundo Claudi anno usq; ad Neronis 14. Petrus Romæ Papa extiterat, cur Paulo Neronis tempore Romam ac-

Act. 28. cedēte, dicūt illi Iudei qui Romæ cōmorabātur: Noē neq; literas accepimus de te, neq; adueniēs aliquis fratrū nunciauit, aut locutus est quid de te malū. Rogamus autē à te audire quae sentis: nā de secta hac notū est nobis, quia ubiq; ei cōtradicuntur. Quid queso Petrus tādiu ibi egerat? cur Iudeis optantib. audire prædicationem de C H R I S T O , noua & non aliás audita ea dicunt, que à Paulo audire optabant: Cur Petrus reconciliationis uerbum illis non annunciarat?

Tum

Tum Demonicanus ille: Petrus illis euāgeliū, inquit,  
 non annūciarat, eo q; à spiritu sancto didicisset nullū  
 inter eos esse crediturū. Cui Eusebius: Igitur spiritus  
 sanctus Petruſ ſaſa docuerat. nā Paulo illis annūciāte  
 quidā crediderūt. Tū Demonicanus pōtificē intuitus,  
 Excusatū, inquit, quæſo sanctissime ac beatissime pa-  
 ter me habeto: nunq; enim neq; Acta apostolorū, neq;  
 aliquid quod in ſacris literis habeatur, perlegere uo-  
 lui. ueritus enim ſemper ſum, ne Luteranus fierē: fi-  
 eut plerisq; hoc euenire hac ex cauſa uidi. ſed malui  
 me intra eos cōtinere terminos, quos mihi posuerunt  
 sanctissimi ac beatissimi patres nostri: ideo à iuuētute  
 mea tantū Decreta ac Decretales, et eiusmodi alia ex  
 acte noſcere curauit, cum ut ampliſſimū hoc noſtri re-  
 gnū ab hæreticis tutū ſeruarē, ne penitus rueret, uelut  
 iā plerisq; in locis ruere uidemus: tū quoq; quoniam hu-  
 iſſecmodi uigiliæ aptiores mihi uidetur, ut bona ac fa-  
 cultates adipisci poſſim, quibusq; cōmodisq; frui. q;  
 Euangeliſtudia: ea nāq; potius ad inopia, q; ad rerū  
 ac cōmodorū abundantia homines deducunt. plerosq;  
 enim ego noui, qui euāgeliſ fidē ſectati ſunt, dū fidem  
 huius noſtræ sanctæ R.O. ecclesiæ ſectabātur, ſummoſ  
 apud nos honores ac diuitias adepti erāt, Romæq; mul-  
 toſ diuersi generiſ homines ac mulieres alebāt. Postea q;  
 uero euāgeliſ opinioneſ illas ſi q; maluerūt, nō ſolū bo-  
 nis omnib; priuati ſunt, ſed omniū animantiū miſerri-  
 mi dici poſſunt. in hæreſes enim prolapsi Beatitudinis  
 tuę indignationē incurrerūt, maiori excōmunicatio-  
 ne mulctati ſunt, ac exules acti, cū feriſ ac bestijs latibu-

Act. 28.

Ia querunt. Sed ualeat. noluerunt benedictionē, clo-  
gata est ab eis: habeant igitur maledictionē. Hic om-  
nes Pharisei ac scribæ dixerunt, Amen.

Eusebius aut̄ huius sermonē nil moratus, Si Petrus,  
inquit, antequam Paulus Romā accederet, & sub Ne-  
rone in uincula coniiceretur, Romae Papa extiterat,  
ac euangeliū annūciarat, cur eius sermonib. nullū ita  
spiritu excitatū legimus, qui confidēti animo, ac sine  
ullo timore C H R I S T V M prædicare auderet? hoc  
tamē uinculorū Pauli ac eius prædications occasio-

Philip. i. ne factū testatur ipse Paulus. Cur hoc? putādus' ne est  
Petrus in antris delituisse? an C H R I S T I euangeliū  
diuulgare erubuisse? Quòd si euāgeliū prædicarat, ac  
plerosq; suis cōcionibus ad C H R I S T I fidē adduxe-  
rat, quorū aliqui ministerio uerbi inseruirent, cur tan-  
tummodo contra Paulū insurrexerunt pseudo apostoli  
illi, qui non sincere C H R I S T V M annunciantes,  
studebant ut Paulo maiore excitarēt calamitatē, uide  
licet ob magnam iniungationē euangeliij, quòd idola  
quæ à Romanis colebantur destruebat, Imperator in-  
dignaretur, ac magis magisq; in Paulum deseuiret?  
quod tamen cōtra Petru potius ueluti contra illius do-  
ctrinæ antesignanū fieri debuerat. sed ut tādem huic  
sermoni finē imponā, illud quoq; addam, ex quo Pe-  
trus nec amē, quam Paulus Romam uenisset, nec dum  
Paulus ibi erat, fuisse noscatur. si enim Petrus Rome-  
num fuisset, Paulo absq; dubio tum necessaria, tū ser-  
monibus suis solamen aliquod ministrasset: quod tamē  
ex ipsius Pauli uerbis factū non fuisse cognoscim⁹.  
Paulus

Paulus enim cum grato esset animo erga quoscunq;  
qui Romæ aliquod in eum contulerūt beneficiū, eo-  
rum omnium in epistolis suis meminit, eorum fidem  
apud alias ecclesias commendat: obsecrat Dominum,  
ut illis misericordiam suam exhibeat. nam gratias a-  
git Priscille & Aquilæ, dicens: Salutate Priscillā & Rom. 16.

Aquilam, adiutores meos in C H R I S T O, qui pro  
anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus ego  
gratias ago unā cum omnibus ecclesijs Asiæ. Philip. 4.  
pensibus commendat Aristarchum, & Marcum &  
Iesum, dicens eos solos sibi solatio fuisse. obsecrat præ-  
terea Dominum, ut misericordiam daret Onesiphori  
domui. & de Onesiphoro inquit: Cum Romā ue-  
nisset, sollicitè me quesivit, et inuenit, saepe me refrige-  
ravit, & calidam meam non erubuit. Cur igitur &  
de Petro aliquid non dixisset huiusmodi nisi forte Pe-  
trum cæteris inhumaniorem erga Paulum extitif-  
se dicatis. Petrum igitur Iudeorum apostolum exti-  
tisse unā cum Paulo afferamus, cumq; officio suo o-  
ptime functum credamus. Quòd uero tandem, Iudeis  
C H R I S T I euangelium omnino auersantibus, spi-  
ritus sancti illustratione doctus, Hierosolymā ac cæ-  
teras Iudeorum regiones deseruerit, diuino id iudi-  
cio factum fuisse dicamus. Nam sicut uerbum Dei Iu-  
deis primum annunciarī oportebat: ita ipsis illud re-  
pellentibus præcepit Dominus, ut transirent ad gen-  
tes: ut sic & aliæ oues, quæ scilicet ex Iudeorum ou-  
li non erant, adducerentur. Alia quoq; ratione Petro  
& fidelibus quibuscumq; qui Hierosolymæ fuerant,

Deus ut inde fugerent, præcepit : ut quemadmodum  
 Loth de Somodorū incēdio, ita & hi omnes pœnarū  
 Hierosolymæ expertes essent. Vbi uero Petrus tandem  
 pro C H R I S T I fide occisus fuerit, cu ex sacris lite  
 ris nihil certi habeā, nihil & què certi afferere audeo.  
 Hieronymus, et Lyranus ille super illa C H R I S T I  
 uerba, Ecce ego multo ad uos prophetas, & sapientes,  
 & scribas, & ex eis occideris & crucifigetis: afferunt  
 illum Hierosolymæ à iudeis crucifixum fuisse. Sed  
 esto, Petrus Romæ euangelium C H R I S T I annun  
 ciavit, Romæ pro fide C H R I S T I crucifixus sit:  
 quid tum? num inferre debetis, igitur Episcopus Ro  
 manus est Papa? est Episcopus episcoporum? est lu  
 cerna ardens in ecclesia C H R I S T I? est luminare  
 maius in regno celiorū? est magister ecclesiarū? solus  
 est uicarius C H R I S T I? est dominus mundi? habet  
 plenitudinem potestatis in cœlo, in terra, & subtus  
 terram? qui hæc omnia non credit, hæreticus est, &  
 comburi debet? nihil horum certe inde sequitur: sed  
 tantum hoc inde colligi potest, uidelicet quod is Petri  
 successor dici posset, qui Romæ C H R I S T I euange  
 lium annunciat, ac pro fide C H R I S T I (si opus  
 esset) collum securi, aut cuiusvis alterius generis tor  
 mento ac morti subijceret. Primum igitur huius ue  
 stri Papæ aliunde queratis oportet, ut illū à C H R I  
 S T O institutū, ac scelestissimo homini datum ostendatis.  
 iam somnia uestra quæ hac in re confinxistis de  
 tecta sunt, iam auaritiam primatum hunc peperisse  
 cognoscitur. Hunc à nullo antiquorum patrum, qui  
     à spiritu

à spiritu sancto edocitus fuerit, comprobatum reperie  
 tis: quin potius apud illos tanquam execratū quod-  
 dam est habitum. Audite eorum uerba: Quicunq;  
 desiderauerit primatum in terra, inueniet confusio-  
 nem in cœlo: nec inter seruos C H R I S T I computa-  
 bitur, qui de primatu tractauerit: nec unusquisque  
 eorum querat quomodo maior appareat, sed quo-  
 modo omnibus inferior uideatur. quoniam non qui  
 maior fuerit in honore, ille iustior est: sed qui fue-  
 rit iustior, ille maior. Quis unquam ab ecclesiæ  
 C H R I S T I primordijs usque ad tempora Ioan-  
 nis episcopi Constantinopolitani, & Gregorij epi-  
 scopi Romani, se se ausus est Papam nominare? Sed  
 Ioannes prior Papa in C H R I S T I ecclesia, Mauri-  
 tijs Imperatoris auxilio, constitutus fuit. Mau-  
 ritius namque cum summa tyrannude quascunque  
 C H R I S T I ecclesiæ in Ioannis seruitutem rededit,  
 eumque omnium earum Patriarcham supremum  
 ac uniuersalem nominauit. Cui et si Gregorius  
 diu restitisset, nouissimè tamen Imperatoris edicto  
 acquiescere coactus fuit. Mortuo uero Mauritio,  
 per Phocā Imperatorem, facinorosum homicidam,  
 in odium Mauritij ac Ioannis, qui partibus Mauri-  
 tij fauerat, primatus Romanam delatus est ad Bonifa-  
 ciūm, Gregorij successorem. Hæc acta fuerunt circa  
 annum Domini millesimum centesimum sexagesi-  
 mū. Bonifacius igitur, quem uos huius nominis 3. ap  
 pellatis, non à C H R I S T O, nec ab aliquo qui  
 fuerit Papa Petri successor extiisset, sed à Phoca Imperatore, Romæ,  
 qui

Dist. 40.  
Multi sa-  
cerd.

Quis pri-  
matum Pa-  
pæ dederit.

Quis prior  
fuerit Papa  
Petri successor extiisset, sed à Phoca Imperatore, Romæ,

qui Mauritium imperatorem, eiusq; uxorem, liberosq; omnes innocētissimos securi pecus sit, Papa pri  
mus Romæ constitutus fuit: quod nomen neq; ullus  
sanctorum, neq; hereticorum sibi assumere unquam  
est ausus. Supercilium igitur deponat, quisquis Ro  
mæ uerè episcopus esse ac dici uelit, & si C H R I  
S T O , qui summopere humilitatem Apostolis suis  
commendauit, parere renuit, is ( et si uerus episcopus  
esse non possit ) concilio saltē Aphricano obtempe  
ret. Illius enim decretum habetur, quod dicit: Primæ  
sedis episcopus, non appelletur princeps sacerdo  
tum, uel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed  
tantum primæ sedis episcopus: uniuersalis autem, nec  
etiam Romanus Pontifex, appelletur. Audias rogo  
sanctissime ac beatissime, audias inquam, prædecesso

Conciliū  
Aphrica  
num.

Distin. 99.  
Primæ se  
dis.

rum tuorum decreta. Pelagi uerba hæc sunt: Nullus  
Nullus. uniuersalitatis uocabulo unquam utatur. quia si u  
nus Patriarcha uniuersalis dicitur, Patriarcharum  
nomē cæteris derogatur: sed absit hoc à fidelibus, hoc  
sibi uelle quempia arripere, unde honorem fratrum  
suorum imminuere ex quantulacunq; parte uidean  
tur. Quapropter charitas uestra neminem unquam  
etiam suis in epistolis uniuersalē nominet, ne sibi de  
bitum substrahat, cum alteri honorem infert indebi  
tum. Audi præterea Gregorij uerba. Hic scribens  
Ecce. Eulogio Patriarchæ Alexandrino, inquit: Ecce in  
præfatione epistolæ, quā ad me ipsum, qui prohibui,  
direxisti superbæ appellationis uerbū, uniuersalem  
me Papam dicens, imprimere curasti. quod peto dul  
cissima

etissima sanctitas tua mihi ultrà non faciat: quia uobis  
subtrahitur, quod alteri plus q̄ ratio postulat, præbe-  
tur. Ego non uerbis quero prosperari, sed moribus:  
nec honorē esse deputo, in quo fratres meos honorē  
suum perdere cognosco. Meus nāq; honor, est uniuersa-  
lis ecclesiæ honor: meus honor, est fratribus meorū soli  
dus uigor. tūc ego honoratus sum, cū singulis qbusq;  
honor debitus nō negatur. Si enim uniuersalē Papam  
me dicitis, negatis uos hoc esse, quod me fatemini uni-  
uersum. sed absit hoc, recedat uerba quæ ueritatē in-  
flat, et charitatē uulnerat. Hæc sunt Gregorij uerba,  
cuius tu locū indignè occupas. Ista consideres uerba,  
ista inspicias. quòd si adhuc in posterum per totū ter-  
rarum orbem tyrānidem hanc exercere uelis, cur ea  
quæ modò retuli ex Decretorum uestrorum libro pe-  
nitut nō tollis, ne tu ac successores tui amplius coram  
omnibus argui possitis? Hinc patet, Gregorium su-  
perbum Papæ nomen tanquam horréndum quoddam  
monstrum detestatum fuisse, quod & antiquiores ec-  
clesiæ Romanæ pastores detestati sunt. Episcopi e-  
nim quicunq; illi fuissent, Romanos episcopos fratres  
tanummodo suis in literis appellabant: quemadmo-  
dum ex Cypriano colligi potest. is enim cum s̄epe ad  
Cornelium Romanum episcopum scriberet, semper  
eum fratrem appellabat. Quòd autem Papæ ( quod  
patrem significat ) nomine unumquemq; ecclesiæ cu-  
iusuis episcopum nominari uelimus, nihil à sacris lite-  
ris alienum erit. nam & Paulus se Corinthiorum pa-  
trem appellauit, dicens in CHRISTO IE SV per <sup>1. Cor. 4.</sup>  
euangelium

euangelium eoz uos genui. qua appellatione omnes  
episcopi antiquitus appellabantur. ideo Hieronymus  
Augustino scribens, s̄epissimè eum Papam uocat. Sed  
si uel Papæ, uel principis sacerdotū, uel Patriarchæ  
uniuersalis, uel omnium ecclesiarum magistri nomi-  
ne, quis se caput ecclesiæ, & uelut C H R I S T U M  
constituat, non una huiuscmodi sunt tyrannica, ac ipsa  
Deus, qui humiles respicit, suprà q̄ dici possit, abo-  
minatur. Paulus quidem se doctorem gentium appel-  
lauit, sed non temerè nomen hoc sibi assumpsit, sed à  
spiritu sancto donatum est. Ite nunc, & primatum  
uestri Papæ à C H R I S T O institutum esse non ui-  
ris, sed uetus dicatis. Homines enim qui rerum ueri-  
tatem amantes legerim Volaterranū, Sabellieū, Pa-  
llum Diaconum, Blondum, Platinā, Naucleū, Chro-  
nicam Vrſpurgensem: inuenient episcopos Romanos  
primatum, ac regnū suum ab imperatoribus, aliqui-  
bus pessimis artibus ac dolis adeptos esse, s̄euissimisq;  
minis, excommunicationibus, uenenis, ac bellis tutatos.

Ezechiel Sed tu Domine Deus omnipotens & misericors exur-  
ge aduersus pastores huiusmodi, & oues tuas de m̄ta-  
ribus eorū require. nam semetip̄os tantummodo pa-  
scunt, oues uero tuas non pascūt, eorū lana operium-  
tur: quod crassum & pingue est, mactant, debile non  
confortant, ægrotum non sanant, confitū non obli-  
gant, propulsum non reducūt, perditū nō querunt, in-  
duritia & sauitia illis dominantur. Misere re igitur  
Domine ouium tuarū: per superficiē uniuersæ terra-  
uagantur, ferarumq; cibus factus est grec tuus, nec  
est

est qui querat aut reducat: queso Domine require eum de manibus pastorū, facq; ne amplius pascat se metipso: & suscita pastores qui oues tuas in pascua uberrima ducat, errantes reducant, confractas ligent, infirmas roborent, ut tandem in aeternis stabulis aubare possint, ac uitam eternam possidere.

Qui uero aderant in concilio, tremebant in Eusebii, & dicebant: Cur hunc isti loquemē adhuc patimur? cur non tollimus eum? citio igitur super alia de quibus accusatus est interrogetur, ut illum quemadmodum legem habemus comburamus? Sedato tumultu, surrexit quidam hypocrita, qui ex Missis, quas Gregorianas uulgas appellare consuevit, pecuniam plurimam corradebat, & dixit: Num tu ex illis, qui purgatorium post hanc uitam nullum esse affserunt, sed mercatoriam potius artem quandam esse, à nobis excegitatam, ut pro mortuis uidelicet orames, uiuorum facultates commodè foremur?

Huic Eusebium dixit: Tantum absit ut purgatoriū negem, ut si aliquem illud negantē audiam, C H R I S T U M ab eo negari contendā. Ipse namq; ut inquit Paulus, purgationē peccatorū nostrorū facit. Si uero uos isto unico omnī hominī purgatorio non cōtentī, aliud cōfinxitis, illud emētiti estis. Vbi enim in scriptis literis aliud præter C H R I S T U M purgatoriū unq; repertū est? C H R I S T U S omniū credentium purgatoriū est, eorū nāq; peccata pertulit in corpore suo super lignū. Ipse ei si peccatiū non fecit, pro eis tamen peccatum factus est, ut ipsi efficerentur iustitia Dei

D E P U R A  
GATORIO

Heb. I.

I. Pet. 2.

2. Cor. 5. Dei in se met ipso: ipse pro eis sanguinē fudit, ut scilicet eos à peccatis suis in sanguine suo ablueret, ut omnis qui in eum crederet, nō periret, sed uitā aeternam  
 Ioan. 3. haberet, nec in illum ueniret iudicium, & condēnationem, sed à morte in uitam transiret. Nec superest ut dicatis, culpam tantum per fidem remitti, poenam uero minime. nam si quod dicitis, uerum esset, doctrina  
 Rom. 5. na Pauli, qua C H R I S T I gratiam peccatum Adami longè excelluisse ostendit, penitus rueret. At fortasse dicetis: Si gratia C H R I S T I tantū, ut inquis, roboris habet, ut peccatorum credentium non solū culpam, sed etiam poenam ipsorum tollat, cur temporariae ærumnas ex mūdo à fidelibus non una tollit? Hoc è factum esse sciatis, ut in ecclesia semper ira Dei aduersus peccata no[n]e quædam ac tesseræ permaneant, ut semper ab eis admoniti, fideles errata sua detestentur, & C H R I S T I beneficium cum gratiarum actione amplectantur. Hoc inquam factū esse dico, ut per has fides, spes, ac inuocatio in fidelibus exercetur. His nanq[ue] ærumnis tanquam cribro aliquo satan expedit ut ecclesiam cribret. per has filii Dei sepe manifestantur. in his uult Deus ut ecclesia sua exerceatur, ne ocio torpescat, sed ut C H R I S T O, cum quo tandem regnatura est, compatiatior: uestrum autem quod excogitasti purgatorium, illud est quo Antichristi regnum abominandum construxisti. inde enim orationes sunt indulgentiae, missæ, septimorum, trigesimalium funebria, anniuersaria, templorum ac altarium uisitationes, innumerabiliaq[ue] huiusmodi inuenientur.

# Acta primi diei.

81

imūeta satanica, quæ regni Antichristiani auaritiam  
souent, quemadmodū illā & pepererunt. His namq;  
nugis C H R I S T I beneficium obscurum redditis, et  
simplicium populorum facultates his figmentis furā  
mini: et diuina prophanis immiscentes, uitam in ocio  
marcescentes, more porcorum degritis: ac pro libidi-  
ne, quæ omnibus uobis est procacissima, quidquid lu-  
bet facitis. Cur populi huiuscmodi hominū genus ue-  
lut ignavum fūcos pecus ab aluearijs ecclesiæ non ar-  
cent, ne amplius ociosam uitam uiuant? cur magi-  
stratum opera horum hominum saluti non consuli-  
tur? cur non coguntur, ut in silentio ac sudore multus Eph. 4:  
sui panem suum manducent, ac habeant unde tribuāt  
patienti necessitatē? Vbi unquam hoc uestrum pur-  
gatorium, cuius causa omnium facultates purgatis,  
reperi potuistis? Dicetis ne Paulum uobis patroci-  
nari, cum de illo loquitur igne quē uniuscuiusq; ar-  
chitecti opus probaturum dicit? At non illud innuit  
Paulus. Quin potius sicut architecti, ædificij, funda-  
menti, lignorum, fœni, stipulæ, auri, argenti ac gem-  
marum nomina ἀλλοὶ οἱριῶσι intelligit: sic quoq; dies  
atq; ignis intelligenda sunt. Quapropter non uestri  
purgatorijs igne accedit: sed quosdam arguit, qui  
in Corinthiorum ecclesia eis euangelium C H R I-  
S T I annunciaiant, quædam tamen Mosis præcepta  
seruanda esse unā cum euangelio dicebant. horum i-  
gitur occasione Paulus quoscunque euangelij mini-  
stros admonet, ut diligenter caueat, ne super C H R I-  
S T V M, quē Paulus ipse unicū ecclesiæ fundamen-

i. Cor. i.

F tum

tum esse, iam amea docuerat, ædificet doctrinas, du-  
mandata quæ fideles ad superstitionem religionem du-  
cere possint: sed CHRISTVM sincerè prædicet,  
doctrinamq; eiusmodi doceant, quæ nihil euangelio  
CHRISTI repugnet. Hoc auri & argeti, gemma-  
rūq; nomine designat: illud uero lignoru, fœni, ac sti-  
pulae demonstrat: dicitq; q; structura huiuscemodi, bo-  
nane an mala extiterit, à die (in Græcis codicib. non  
habetur dies Domini, sed dies tantummodo) qui in igne  
reuelabitur, manifestū fiet. ubi diei atq; ignis uocabu-  
lo clarā inspectionē ac perspicuam probationē intel-  
ligit, qua Deus doctrinaru ueritatem tandem patefa-  
cit. Et sane non incongruas uoces Apostolus accepit.  
Diei namq; atq; ignis propriū est, ut ea que in tene-  
bris latent, manifestēt ac prodant. Tuncq; diem hunc  
seu ignē adesse dicimus, quoties Deus doctrinæ falsi-  
tatem patefacit, ac ueritatē manifestat. Hoc aut̄ Deus  
quandoq; uerbi prædicatione facit. Sic namq; populi  
Israel idololatriam per prophetas, scribarū ac phari-  
sæorū impia inuenta per CHRISTVM detexit:  
sic idola gentium, per apostolorū prædicationē, da-  
monia, & non deos esse ostendit. Sic quoq; & his tem-  
poribus per euangeliū sui inuulgationē, somnia, im-  
pia dogmata, ac idola uestra, Antichisti esse opera de-  
monstrat. Quandoq; uero calamitates ac tribulatio-  
nes adhibens, idē agit. unde legitur in Esaiā futurum  
esse in summa calamitate, ut homo idola sua aurea et  
argenta & in eis talpas ac uespertiliones proieciat.  
Quin & Manasses tunc tamū idololatriā quid ua-  
num ad-

# A C T A p r i m i d i e i .

83

num ac impiū esse cognouit, cum captiuus in carcerem cōiectus est. Quid de Nabuchdonozore dicamē et ipse non nisi flagello Dei percussus, ueritatem Domini, ac Deum cœli cognouit, & illum adorauit. Quandoq; etiam Deus, qui suprà quām dici potest clemens & misericors est, multis qui nunquam dum extra mortis discriminem essent, rectè & sincerè de religione senserunt, in mortis lucta concedit, ut superstitiones quamplurimas atq; abusus, quibus se ante a toto corde mancipauerant, inutiles ac noxios fuisse cognoscant. Hocq; pluribus ex priscis patribus contigit. credo: qui et si per ignorantiam multos abusus, multaq; euangelij doctrinæ non coherentia sectati sunt, nunquam tamen ecclesiæ fundamentum ac salutis anchoram dereliquerunt: sed semper uni C H R I S T O fidentes, eidem omnem iustificationis ac salutis sue causam tribuerunt: ac ita credendum esse populis suis annunciant. Hos igitur tandem igne Domini probatos, ac illustratos, uanitatem eorum quem ante a tanquam sancta sectabantur, agnouisse, ac cum CHRISTO in coelis uiuere credo. Quis queso Basilium, Bernardum, Augustinum, Ambrosiū, Dominicum, atque inumeros alios huiusmodi uiros, eo quod & ipsi abusus aliquot amplexati fuere, tanquam à Deo reprobatos haberet: Vobiscum uero (si tamen in impietate uestra perseveretis) nō sic agendum esse putetis, quemadmodum cum illis actum est. Cum enim eos qui CHRISTI euangeliū uobis annūciant, quiq; uni CHRISTO fidendū esse dicūt,

ad internacionem usq; persequamini, uos fundamen-  
tum lapidemq; angularem omnino reprobasse demon-  
stratis. Locus igitur Pauli uobis purgatoriū aliquod,  
præter unicū C H R I S T V M, qui salutis purgatio-  
nisq; nostræ fundamenū atq; autor est, non ostendit.

Num fortè ut hoc purgatoriū erigatis, ad C H R I

**Matt. 12.** S T V M ipsum confugietis, eo quod dixerit, Qui bla-  
fphemiam dixerit in spiritum sanctum, non remitte-  
tur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro e qua si aliqua  
sint peccata quæ post mortem, in purgatorio uide-  
licet, remittantur. At nec inde purgatorium hoc ue-  
strum cōstituere potestis. Verba enim C H R I S T I  
non innuunt aliquem esse locū, in quo peccata qui-  
bus cum aliquis ē corpore migrat, remittantur: sed om-  
nino remitti posse, tale peccatum negat. Christūq; lo-  
quendi modus est, ac si quis diceret de ægroto aliquo:  
Hic neq; die, neque nocte quiescit. Nihil enīm aliud  
bis uerbis innuitur, nisi quod ægrotus ille nunquam  
quiescit. Quodq; C H R I S T I uerba ita intelligi  
debeant, Marcus apertius quam Matthæus explicat.  
**Marc. 3.** blasphemaueri im spiritum sanctum, non habebit re-  
missionem in æternum.

An num purgatorium hoc ex C H R I S T I uer-

**Matth. 4.** bis extorquere curabitis, uidelicet cum dixit: Dum  
es in uia, esto consentiens aduersario tuo, ne tradat te  
iudici, & iudex ministro, et coniūciaris im carcerem.  
Amen dico tibi, non exhibis inde, donec persolueris no-  
uiissimū quadrante m. Usq;quò, Deus optime, horū  
impudentiam

impudentiam ac sacrilegum feres? Attende, quomo-  
do, ut auaritiam suam nutrient, falsis uerbi tui extor-  
sionibus pios quosq; seducere, ac perditionis laqueis  
irretire conantur. Tu tu mi C H R I S T E , qui pacē  
& charitatem nobis tum uerbis, tum operibus com-  
mendasti, his uerbis nos filios tuos à mutuis litibus &  
contentionibus, quae quandoq; oriū iur, abstinere quæ-  
ris, ut ab illis abstineamus, saltem damnorum ac noxa-  
rum ratione, cum multa, ut tu nobis hic refers, & nos  
re uera ita esse comperimus, huiusmodi litibus ac con-  
tentionibus annexa sint. Hi uero concrepantibus buc-  
cis, maximisq; rugitibus clamant, dicentes: O' popu-  
li nonne uideis quomodo his uerbis C H R I S T V S  
ipse purgatoriū, quod uobis predicauimus, figurari  
scitote ergo Luteranos meritò à nobis tanquam hære-  
ticos excommunicari, ac cōburi. Euangelio enim non  
credunt. Nam C H R I S T V S apertè hic dicit, nos  
in purgatorijs carcerē conijsciendos esse: neq; inde exi-  
tueros, donec uel nouissimū quadrantiē persoluerimus.  
Quod & alibi nobis innuere uoluit, in seruo uideli-  
cet qui in carcerē coniectus fuit à domino, donec to-  
tum debitū persolueret. Aperi Domine oculos eorū,  
ut uideant, ac sermones tuos percipient; & cognoscāt  
quòd C H R I S T V S in seruo hoc in carcerē conie-  
cto, non quenquā demonstrat, qui in purgatoriū ignē  
conijsciendus sit, nisi in hac uita pro peccatis suis Deo  
satisficerit: sed filios suos admonet, ut si Deū sibi beni-  
gnū placatumq; habere uelint, ac peccatorū suorum  
remissionē cōsequi, ipsi quoq; proximo suo remittat,

si quid aduersum illum habent. Ideo parabola his concluditur uerbis: Si ipsi ex corde fratribus suis non remiserint, nec cœlestis pater remittet illis errata ipsorum. Hanc uero esse huius parabolæ sententiam, inde coniucere possumus, quod seruus nō alia ex causa coniectus fuerit, nisi quia cōserui sui noluit miserereri, quē admodū dominus sibi omne debitum iam remiserat.

Quidam tum Eusebij uerba admirabantur, ac dicebant: Quomodo hic literas scit, cū non didicerit?

In fidei negotio tantum uerbo Dei est infinitendum.

Quibus Eusebus: Creditis forte, inquit, nihil quæquam ab aliquo addiscere posse, nisi Decreta uestra, Canones, Clemētinas, extra & intra uagaines, ordinationes, regulas, patrū sanctiones, propriosq; capitatis uestri motus amplectatur, uestrisq; sacræ scripturæ falsas interpretationes sequatur? Si è uestro cerebro uestrisq; figurenis uerè Christianā pietatem, uerumq; Dei cultum populi haurire debent, nec aliunde peruestigare aut accipere possunt, quid sibi igitur uolunt C H R I S T I uerba, Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eū? Quid illa? Scrutaminu scripturas, quia uos putatis in his uitam æternam habere, & illæ sunt quæ testantur de me, et non uultis uenire ad

Ioan. 6. me, ut uitam habeatis. Quid illa? Paracletus spiritus, quem mittet pater in nomine meo, is docebit uos omnia, & suggesteret uobis omnia quæcumq; dixi uobis.

Ioan. 14. Quid Ioannis uerba? Hæc scripta sūt ut credatis, quis IE S V S est filius Dei, et ut credentes uitam habedatis in nomine eius. Cur Pater de C H R I S T O præcipit nobis ac dicit, Hunc audite? Si à nobis, ô Papi-

stæ, uer-

Ita, uerbum & cognitio Dei fluit, cur Paulus di- Rom.10.  
 xit fidem per euangelij auditum haberi? Quomodo  
 Paulus per reuelationem tantum IE S V C H R I Gal.1.  
 STI euangelij cognitionem accepit, nec ab homine,  
 neq; per hominem? Cur uel angelus tanquam anathe-  
 ma habetur, si aliud quam euangeliū IE S V C H R I Colos.2.  
 STI docere ausus sit? Cur Paulus admonet nos, ut tra-  
 ditiones hominū fugiamus, ac religionem angelorū,  
 ne ita inflati sensu carnis nostræ, reijciamus caput,  
 ex quo totum ecclesiæ corpus connexum, & constru-  
 etum crescit in augmentū Dei? Cur & per Prophe- Jerem.13.  
 tam dicit Deus, se daturū legem suam in membris no-  
 stris, ac scripturū eam in cordibus, ita ut non doceat  
 aliquis proximū suum, dicens: Cognosce Dominum?  
 Si uestra tantummodo interest, sacras scripturas in-  
 terpretari, et eas quosvis alios docere, cur Paulus in-  
 quirat per spiritum sanctum donari scientiam, sapien-  
 tiā, fidem, interpretationem? Cur inquit, ut cum in 1. Cor.14.  
 unum tota ecclesia conuererit, unusquisq; sententiam  
 suam dicere possit, dicens: Potestis siquidem omnes  
 prophetare? Somnia igitur uestra in his que C H R I  
 STI fidem ac religionem spectant, amplecti non de-  
 bemus. Sed ueritatē ex sacris literis haurire tan-  
 quam ex puro fonte: nihil que fidelibus credendum  
 exhibere, quod sacrarū scripturarum testimonio non  
 confirmemus: prisci q; patres uestri, quorum uos spu-  
 rij filij facti estis, hoc idem uobis faciendum præcepo  
 runt, dicentes: Scriptura non est trahenda ad eum sen Dist.37.  
 sum, ad quem sibi quisque presumit, sed ex ipsamet

scriptura sensum oportet capere ueritatis. Quo igitur iure, qua fronte eos hæreticos esse afferetis, qui uobis sacras literas subuententibus credere noluntur? quiq; commenta, ac mendacia uestra præter scripturarum sacrarum testimonium conficta nihil facere, explodere q; ausi sunt? Si uos patrum uestrorum doctrinæ amulatores essetis, hos fouere, hos diligere atq; amplecti deberetis. nihil enim aliud hisequitur, quam quod à patribus uestris sequendum esse dictum est.

*Dist. 37. si* Illi enim ex uerbo Dei tantum, & non aliunde, quis.

*Sciētia pietatis est, scire nouum ac uetus testamentū.*

c. legimus, & ibidem: Vera scientia est, per quam C H R I S T U S inuenitur & noscitur. Cur igitur, si quis spuriæ uestras leges spernat, ac patrum uestrorum legitima dogmata sequatur, ut C H R I S T I cognitionē ex sacris literis adipiscatur, cum uelut hæreticum persequimini? Magistri sanè errorum iuxta leges uestras censendi estis. inter eas namque scriptum est:

*24. quest. 3. Quid autē.* Qui sacram scripturam discere contemnunt, magistri erroris existunt, quia ueritatis discipuli non fuerunt. Vos qui hic contra Dominum Deum conueneritis, ac quæ à me dicta sunt, audiuitis, appello nunc, respondete. Si uos potius iustum est audiri, quam Deum ipsum, iudicatote. cur igitur non erubescitis? Audite obsecro, solum C H R I S T U M, qui suo tam

*Exortus est tum multus in concilio tumultus. ple-*  
*rique enim unā in Eusebium clamare cooperantur.*  
*Consumma-*

Consummatum est, inquietes, non amplius effugies,  
ex ore tuo te cœpimus. Tu inquis nullum in eccle-  
sia, præter ipsius C H R I S T I spiritum, audiendū  
esse: traditiones itaq; ac sanctissimæ nostræ le-  
ges audiendæ, & amplectendæ sunt, scripturæq; sa-  
crae interpretationes sequendæ. nā à spiritu C H R I  
S T I doct̄ræ sunt. cum enim in spiritu & in nomine Matt. 19.  
C H R I S T I congregati simus, absq; dubio C H R I  
S T V S in medio nostrū sit oportet, quemadmodū  
pollicitus est. uide igitur te hæreticum & multis er-  
roribus implicatum esse, cum omnia nostra uelut  
abominandam rem quandam derideas, ac detesteris.

Tum Eusebius oculos ad cœlum attollens, Domi-  
ne I E S V C H R I S T E, inquit, qui fideles tuos per  
ignem persecutionum educis, concede mihi seruo tuo  
quod pollicitus es, dicens: Ducemini ante reges &  
Præsides propter nomen meum, nolite cogitare quo-  
modo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa  
hora quid loquamini. pone igitur uerba tua in ore  
meo, ut non timeam à facie aduersariorum tuorum,  
qui te denuò crucifigunt: hoc age, ut iustificeris in ser-  
monibus tuis. Et cōuersus ad illos, Quid Conciliorū Discrimen  
uestrorum autoritatē, inquit, adeò iactatis, ut uelitis inter con-  
horum suffragio nō solum sacras scripturas, sed ea-  
rum falsas interpretationes, idolorum cultum, ac in-  
numera sacrilegia in Dei maiestatem confirmare?  
C H R I S T V M quidem concilijs ac fidelium coeti-  
bus adesse credendum est, si tamen in eius nomine con-  
gregentur. quod sane tunc factum est, cum nihil ad-

Discrimen  
inter con-  
ciila Chri-  
stiana & Pa-  
pistica.

uersus Dei uerbum, uel præter euangelium decernunt,  
ac definiunt, cū nihil de se magnificè iactant, cum ab  
illis procul sunt superbæ illæ uoces, Conciliū, concili  
um: Patres, patres. Cum uerbū tantum Domini audi  
entes, iuxta illud omnia cogitant, omnia dicunt, omnia  
tractant ac determinant, ac tādem dicunt: Verbū Do  
mini factum est. Dominus exercituum per os nostrū  
locutus est. Si concilia uestra his legibus tractaren  
tur, tum ueritatem docerent, tum à falsitate turbari  
non possent: tum essent nauis illa, in quam quoniam

24. 9.1. Nō C H R I S T V S prouidentia sua regnaret, fides su  
turbatur. peraret, perfidia abesset, nihil incommodi, nihil er  
roris, nihil turbationis ingrueret. Sed consilia hæc uic  
stra an in C H R I S T I spiritu congregata, Christid  
naq; dici debeant, cognoscere possumus, si illo modo  
ea probemus, quo Ioannes spiritus probandos esse do

1.10.14. cet. Ioannes itaq; ait: Charissimi, ne cuiuis spiritui cre  
datis, sed probate spiritus an ex Deo sint: quoniam  
multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Per  
hoc cognoscite spiritum Dei. Omnis spiritus qui con  
fiteatur I E S V M C H R I S T V M in car  
nem uenisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui non

Papistæ confiteatur I E S V M C H R I S T V M in car  
nem uenisse, ex Deo non est. Cum igitur uos nou  
quem ha agnoscatis, non laudeatis, non prædicetis I E S V M  
beant spi C H R I S T V M filium Dei, unicum Dei atq; homi  
ritum. num mediatorem, et nullum aliud esse nomen, in quo

homines seruari possint (hoc est confiteri I E S V M  
C H R I S T V M in carnem uenisse) spiritum

Dei

Dei habere non potestis, ideo nec in C H R I-  
S T I nomine conuenire unquam poteritis. Altera p̄-  
terea nota, uos ex Deo non esse, cognosci potest,  
quia uidelicet uerba eius non modò non auditis, sed  
ipsa acerrimè persequimini. Nam si ex Deo esse-  
tis, ueluti mitissimæ oves eius uocem audiretis, & Io.8.  
non alienorum. Quid ergo dicemus? Concilia pro-  
fessò uestra non in Deo, sed in satanæ spiritu con-  
gregata. Nam sicut spiritus Dei C H R I S T U M,  
qui gloriam ab hominibus non accipit, sed ex Deo, Io.5.  
clarificat ac extollit: ita spiritus satanæ, qui pro-  
priam gloriam querit, quæ sua sunt, semper clario-  
ra reddere conatur. Quod autem satanæs hoc per  
uos in concilijs uestris agat, conspicuum esse potest.  
Quid enim aliud in concilijs agitur, nisi eas statue-  
re leges, quæ uobis quæstum augeant, ac auaritiam  
foueant? quæ uobis gloriam ac nomen parent? qui-  
busq; tyrannis uestra in populum Dei defendatur?  
Quæ cum ita se habeant, nil mirum si circumferami-  
ni omni uento doctrinæ, & in malitia ac nequitia  
circumueniatis, ac fallatis eos qui in uestra uer-  
baliurare coguntur. Pereant igitur concilia uestra,  
quæ etsi errare non posse contendatis, sapienti-  
mo tamen errasse deprehenduntur. Cum enim sibi  
inuicem aduersa docuerint, aliqua errasse dicendum  
est. Videmus namque, Neocefariense concilium,  
Carthaginense secundum, & Moguntinum, uxo-  
res sacerdotibus uetusse: Nicænum uero con-  
traria definitse: nam uxores sacerdotibus permisit.

Con-

Concilia  
quandoq;  
errasse ne-  
cessit est.

Constantinopolitanum quoq; sextum cavit, ne uoue  
retur cælibatus: et ut à communione coenæ Dominicæ  
pelleretur, qui se ab uxoribus propter ordines sacros  
separarent. Quæ igitur ex his errasse dicemus? Brd  
carense præterea conciliū anathematizauit eos qui  
abstinent ab esu carnis. Toletanum 13. & quæ illos ex  
communicauit, qui esum auium & carnium prohi-  
bent. Romanum uero aliquibus diebus carnem ne e-  
deremus uetuit. Vtrum igitur horum ueluti falso  
damnabimus illud sanè, quod contra uerbum Dei lo-  
cutum est, quod & Gangrense concilium, à patribus  
uestris celebratum, agendum esse docuit. Anathema-  
tizat enim illos, qui non manentes in lege Domini,  
quotidie nouas constitutiones ecclesiæ præscribunt:  
quod sanè in conciliorum uestrorum leges fieri de-  
bet, nam ut in Decretis uestris habetur, constitutiones

Dist. 10.  
Non licet.

que contra apostolos & euangelia, aliasq; sacras scri-  
pturas factæ sunt, illicite habentur: ideo ex Dci ecclæ-  
sia reiici debet. Quod cum ante aliquot annos noui-  
sem, ad Dominū Deū meū confugi, ex toto corde illū  
per IESVM CHRISTVM obsecrans, ut cuius  
uerbum lucerna esset pedibus meis. Gratias itaq; ago  
Deo, qui suo spiritu illuxit in corde meo: quapropter  
cum CHRISTI charitatē, qui tradidit semetipsum  
pro me, agnouissem, purgatorium uestrum nihil ali-  
ud esse cognoui, præter mercatoriam quandā artem,  
quæ ut auaritiā uestrā aleret, ex cogitata fuit. Quo-  
modo igitur miramini, dicentes, Qui fieri pateret,  
hic ista noscat, cum tamen nō didicerit? Ab eo, ut uno  
uerto

uerbo dicam, edoctus sum, qui surdis auditum, et mus  
tis sermonem restituit. Proferte, si quid adhuc habe-  
tis, quo purgatorium uestrum construatis.

Tum unus, cuius malitia ciuius oculos excæcarat, de-  
xit: Quid respondes, ô somniator, ad id quod in li-  
bro Machabæorum legitur, de Iuda uidelicet qui du-  
odecim nullia drachmas argenti Hierosolymam misce-  
rat, ut ex eis oblatio fieret pro peccatis mortuorum  
ibi enim habentur hæc uerba: Sancta ergo & salubris  
est cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis sol-  
uantur.

Cui Eusebius: Audias quid spiritus Domini in me  
loquatur. Primo, cum liberis inter apocryphos nu-  
meretur, incertumq; sit, quo autore scriptus fuerit,  
nulla illi hoc in negotio habenda est fides, cum præ-  
scriptum id docere uideatur, quod innumeris aliarum  
scripturarum locis aduersetur. Secundo, cum is qui li-  
brum hunc edidit, historiam tantum bellorum, quæ  
populus Israel aduersus impios reges, sub Machabæ-  
is ducibus habuit, texere profiteatur, quæ illi, obse-  
cro, fides habenda, si ab historia ad pertractanda do-  
gma se conuertat? Nulla quoniam qui historica scri-  
bit, à dogmatibus pertractandis abstinere debet. Ter-  
tiò, dicatis mihi uelim, an omnia sacrorum bibliorum  
uolumina à spiritu sancto profecta sim, ac perinde ue-  
ra certaq; cœstimari, ac ueluti sancta ab omnibus acci-  
pi debeant. quod absq; dubio (nisi forte quis Mani-  
chæi sententiam sapiat) nullus negare audebit. Quæ  
igitur ratione autorem huius libri rectè hac in causa  
scripsisse

scripsisse arbitrabimur, cum in eiusdem libri fine, si  
bi ignoscendū petat, si quid minus dignè scripsit? Ex  
his igitur patet, quemadmodū neq; ex Machabaeis  
libro purgatoriū uestrū erigere potestis. An forte ad  
patres confugientes, monstrū hoc construetis? Atquē  
Augustinus inquit: Post hanc uitā duo tantummodo  
inueniri loca. eius uerba haec sunt: Primū fides catho-  
licorum diuina autoritate regnū credit esse cœlorū  
unde non baptizatus excipitur secundū, gehennam;

Hypogn. ubi omnis apostata, uel à C H R I S T I fide alienus,  
lib. 5. supplicia experiatut: tertium penitus ignoramus, immo  
nec esse in scripturis sanctis inuenimus. Num Am-

brosium uestri purgatorijs defensorē habebitis? At ille

De bono ait: Qui in hoc mundo remissionē peccatorum non  
mor. c. 2. acceperit, illic locus non erit. ideo sanctus David dice-  
bat ad Dominū: Remitte mihi, ut refrigereret prius  
quā abeam, & amplius non ero. Num Cyprianū hac

Con. De- in causa patronū deligeris? Audite quid dicat: Quan-  
met. do istinc excessum fuerit, nullus iā locus penitentiae  
est, nullus satisfactionis affectus: hic uita aut amicii-  
tur, aut tenetur: hic saluti eternæ cultu Dei & fru-  
ctu fidei prouidetur. An forte Chrysostomū, ut uobis  
suppetias ferat, uocabitis? Hæc sunt eius uerba: Do-

De Laz. nec hic fuerimus, spes habemus preclaras: simul ac  
hom. 2. uero discesserimus illac, non est postea in nobis situs  
penitere, neque commissa diluere. Quod si nulli isto  
rum fidem adhibere uultis, Decreta saltem uestra am-

3. q. 2. in plecti hac in re deberetis. Ipsa namq; dicunt: In pre-  
præsentि. senti seculo quādiu sumus, siue orationibus, siue confe-  
lijs

## Acta primi diei.

67

līs inuicē possumus nos adiuuare: cū aut ante tribunal C H R I S T I uenerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe rogare poterūt pro quoquā, sed unusquisq; enus suū portabit. At quid longiuscula ducitur oratio? nō eo quidē animo, q̄ putem debere super uos illuminationē euāgelij gloriæ C H R I S T I sp̄lēdescere. Comperit enim ferè habeo, Dominū dedisse uobis aures, ut nō audiatis: & oculos, ut nō uideatis: & crassum reddidisse cor uestrū, ut non intelligatis, ne forte convertamini, et sanet uos. Sed liberè annūcio uobis testi moniū I E S V C H R I S T I, ne forte si eū ego nem̄ gem corā hominib. & ipse neget me corā patre suo.

Quibus auditis, unanimiter Eusebium contumelīs petere cōperunt, dicentes: Dæmonium habes, & in peccatis natus es.

At Eusebius, In iniquitatib. inquit, cōceptus sum: nam in peccatis concepit me mater mea. Dæmonium aut non habeo, quia honorifico Dominū Deū meum. Vos aut ex patre diabolo estis, propterea gloriam uobis queritis, sicut & ipse propriam gloriam semper querit. & sicut ipse homicida est ab initio, sic & uos queritis me occidere, quia uera locutus sum uobis, arguens opera uestra, quoniam mala sunt. Cur hæc dissimulare debeam? Væ canibus mutis, qui dum fures ac latrones in ouile C H R I S T I nō per ostiū, sed aliunde ingredi cernunt, latrare non audent.

At illi magis indignabantur, clamantes: Ergo nos fures ac latrones sumus?

Eusebius, C H R I S T I, inquit, testimonio huius-

huiuscmodi uos esse patet: cū in ipsius C H R I S T I ecclesiam non per ipsum C H R I S T V M, qui ostium est, sed aliunde irruperitis. nō enim C H R I S T I fidem, bonitatem, ac misericordiam, meritaq; amplexi estis. at potius omnia quæ C H R I S T I sunt tanquam anathemata, atq; hæreses habentes, hominum iustitiam, hominum merita, hominum inuenta, hominum idola, ac dæmonū fidē amplectenda esse docetis. quodq; homines diuina tātum bonitate per C H R I S T V M consequuntur, id uos non Dei, sed humanis operibus acceptum fertis, hisq; uitam æternam polluti-

Esa.64. cemini: quæ tamen Deus ipse immunda esse dicit tanquam pannum menstruatæ. illa iudicio Dei oppositi, dicentes: Domine quid erit nobis? memento quoniam dignus est operarius mercede sua. Ieiunauimus his in sabbato, dæmonia eiecimus, multas uirtutes facimus: redde igitur nobis secundum opera nostra. At illi cetur uobis: Discedite à me operarij iniquitatis.

DE ME-  
RITO.

Matth.19. qui opera nostra uitam æternam acquirere non posse dicunt, quod tamen sacrae scripture aduersatur. Dicit enim C H R I S T V S: Si uis ad uitam ingredi, seruamandata. & rursus: Gaudete, & exultate, quia merces uestra copiosa est in coelis.

Tunc seruus Domini: Certò sciat, inquit, omnis populus, quoniā si in operibus nostris spes nostra sit, est, omnes merito æternæ mortis rei sumus. C H R I S T I enim mandatū est: Si uis ad uitam ingredi, seruamandata. Quis autem illa unquam seruauit, uel ser-

uans,

Nat, uel seruaturus est, nisi unus I E S V S C H R I  
 ST V S? Hic quoniam peccatum non fecit, nec in- 1.Pet.2.  
 uentus est dolus in ore eius, nec princeps huius mun  
 di in eo quicquam inuenit, ideo solus præ omnibus  
 hominibus sanctus, innocēs, ac impollutus meritò ex-  
 celsior coelis factus fuit. hoc unius I E S V C H R I-  
 STI tantum est ī rūptiōne, nam cæteri omnes in Adam  
 peccauerunt, & erant gratia Dei. & si dixerint,  
 Peccatum non habemus, ipsi semetipso decipiunt, ac 1.Joh.1.  
 ueritas in eis esse non potest, eo quod nullus potest di-  
 cere, Mundus sum à peccato, purum est cor meum.  
 omnes enim nos natura uasa perditionis ac filij ira-  
 sumus. Quid ergo agendum? scripturas sacras scrute-  
 mur, & ex illis omnium nostrum misericordiam agnosca-  
 mus. legem Domini quæ spiritualis est, intueamur, cogite-  
 mus & amemus, ut nihil contra Domini uoluntatē  
 manū à sceleribus inhibeamus, sed ut quoq; affectus Rom.7.  
 nostros quoscunq; ita spirituales efficiamus, ut tantū  
 ea quæ spiritus sunt operemur, loquimur, cogite-  
 mus & amemus, ut nihil contra Domini uoluntatē  
 concupiscamus. Audiamus mandatū quod clarè per-  
 spicieq; nobis præcipit, ut diligamus Deum ex toto  
 corde, ex tota anima, ex omni mente, & ex omnib.  
 uiribus nostris, & proximum nostrū uelut nosmet-  
 ipsos. diligenter consideremus mandatum hoc nō ea  
 lege nobis dari, ut tantum quod possumus faciamus:  
 sed potius, ut maledictioni nos obnoxios esse intelli- Deut.27.  
 gamus, si nō permanserimus in omnibus his quæ scri-  
 pta sunt in libro legis. Postquam uoluntatē Domini sic

explorauerimus, agnoscamus pariter illam aeternam  
 Augusti ac sempiternam esse, quod Augustinus aperte testatus  
 nus. est, dicens, Lex Dei est aeterna, quam consulunt pie-  
 mentes. Quod et CHRISTVS innucere uolu-  
 it, cum dixit, uerba sua in aeternum manere. Agnosc-  
 mus itaque nullum esse temporis momentum, in quo lex a  
 nobis exacte custodienda non sit: ne forte putemus Deum  
 non ea severitate nobis praecipere sui ac proximino-  
 stri charitatem, qua et patribus nostris precepere.  
 Itaque scuerum Domini praeceptum cum nos hoc modo ut  
 gere uiderimus, accingamus nos ut ipsum custodi-  
 mus, sacrasque literas contemplemur: ut inde agnosc-  
 mus, an ipsi parere possumus, ut ipsius Dei maledi-  
 ctionem fugiamus. Scripturae enim sacræ, quæ nobis  
 adsint uires, ostendet. Quid igitur clamat scriptura?  
**Rom. 7.** Lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, uenundatus  
 sub peccato. neque quod uolo bonum, hoc ago: sed quod  
 odi malum, illud facio. Mente seruio legi Dei, carne autem  
**Rom. 8.** legi peccati. Ea quæ legis sunt, per carnem nostram infir-  
 ma reduntur. Quod natum est ex carne, caro est. Infir-  
 mitatem igitur uirium nostrarum hinc agnoscamus, humili-  
 emurque sub manu ac benignitate Domini. neque ad ope-  
 ra nostra ita confugiamus, ut eorum ratione, ac merito  
 uitam aeternam nobis deberi arbitremur: audiamusque  
**Heb. 7.** Paulum, qui optas nos ab operum nostrarum fiducia ac ut  
**Rom. 5.** clamia auellere, ne cum Pharisæo pereamus, inquit: Ni-  
 hil ad perfectum adduxit lex. Ex operibus legis non iusti-  
 ficabitur omnis caro coram Deo. Excidisti a CHRISTO,

# Acta primi diei.

99

STO, ac uacui estis gratia, qui in lege iustificari uul Gal. 3.  
tis. lex nō tollit, sed ostendit: abundare facit, nō immi Rom. 5.  
nuit peccatū. per præceptū peccatū reuiuiscit. lex nō Rom. 4.  
operatur iustitiam, sed iram: non ministrat spiritū, sed 2. Cor. 3.  
mortē. Propter transgressionē posita est lex, ut nos sit Gal. 3.  
pedagogus ad CHRISTVM. Quomodo igitur  
saluti nostrae cōsulemus? Rursus ad scripturas reuer-  
tamur, neq; legem tanquā ministrā mortis, ac peccati Quomodo  
damnemus: sed sanctam, bonam, ac iustum confitea- lege quis  
mūr. eaq; legitimē utamur. quod quē admodū face- uti debeat.  
re debeamus, à Paulo docemur: uidelicet ut sub hac tā  
quam sub pædagogia quadam maneamus: ut tādem  
ira Dei, satanæq; tyrranide, ac morte æterna nobis  
per legem patet factis, per terreamur: eiusq; bonitatē ac  
misericordiā implorantes, ad eū cōfigramus. At di-  
cet quis: Quomodo uero hoc mihi agendum est? nū ce-  
reis accensis totas noctes insomnes ducā, ac tēpla in-  
uisam: nū aqua lustrali me abluā: nū orationē Domi-  
nicā, ac salutationē angelicā arithmeticaratione Deo  
ac beatæ Mariæ subducā: num cœlitū beatorū spiritus  
rogabo, ut mei causa Deū adeant, illiq; me cōcilient  
nū monasterio alicui me mācipabo, ibiq; mādata ac  
doctrinas hominū se quar? Nū Iacobi corpus in Hispani-  
a, Lauretanā uirginē in Italia inuisam: nū Romā  
pergam, ut ibi indulgentiam peccatorum enumerata  
pecunia accipiam: num sacrificulo alicui scelera me:  
enumerē, & absolutionem uili precio emā: nū facel-  
lum aliquod in honorem beatæ Virginis, aut alicuius  
sanctorū, construam: num dimidium honorū meorum

Nouū Pau monasterio alicui legato dem: num globulū aliquem  
li 3. Papæ ligneum, à Papaq; consecratū, collo appensum feram:  
Inuentū, ut num singulis diebus aliquot Missas audiam? quid ha:  
matronæ cùdā gra- rum me docet Paulus, quod faciens, peccatorum me:  
tificaretur, orum remissionē, ac uitam æternam adipiscar? Nihil  
horum sanè neq; Paulus, neq; aliquis apostolorū, sa:  
ctorum ue unquā docuit. Quid igitur? ut cōfugamus

Gal.3. ad C H R I S T V M , qui à Deo patre pro nobis fe:  
ctus est maledictum, ut à maledictione legis eripere  
mur: utq; illius sanguine abluti, iusti redderemur a:

2.Cor.5. rām Deo, ut nihil damnationis esset nobis, qui in  
C H R I S T O I E S V eſſemus: ut ipſe C H R I T V S

appareret pro nobis corā Deo, nobis factus sapientia,  
iustitia, sanctificatio ac redemptio. Quomodo utrā

I E S V M C H R I S T V M amplectemur? quomo-  
do eum nos induemus? Fide: si uidelicet uerē statua-  
mus ac credamus, ea uerē à Deo nobis per C H R I-

S T V M donari, que in scripturis sanctis nobis dona:  
ta annunciantur. Istaq; ut uerē credamus, non nisi

ex ipſiusmet Dei dono consequi possumus. Quare o:  
rationi nobis insistendum est, atq; ex toto corde ora:  
dam, ut ipſe Deus auferat à nobis cor lapideum, &

reponat cor carneum: ac sancti sui spiritus illustrati:  
one nos ita edoceat, ut alijs preceptoribus opus nō fit

qui dicant, Cognosce Dominū. quod si obtineamus,  
tunc certò sciemus nos corā Deo iustos ac sanctos

Efa.53. esse Elos esse: quia tū sciemus C H R I S T V M per-

1.Pet.2. cuiusū propter iniquitates, ac scelera nostra, ut ea om-

2.Cor.5. nia nobis condonaret: ut non amplius illa, in quibus

mori-

mortui eramus nos accusarent coram Deo: scimus, Heb.10.  
 inquit, C H R I S T V M nos omnes in sanguine suo  
 sanctificasse, patriq; recōciliasse, ut ci in filios adopta Rom.8.  
 ti, eius quoq; & hæredes, atq; ipsius C H R I S T I  
 cohæredes efficeremur. Cognoscemus C H R I - Colos.2.  
 S T V M, decretū, chirographumq; quod nobis ad-  
 versabatur, de medio penitus sustulisse, illudq; cruci  
 affixisse: ita ut per ipsum habeamus adiūtū cum fidu- Eph.2.3.  
 cia ad Deum, eumq; optimum patrem appellemus:  
 per C H R I S T V M donatū fuisse nobis spiritū san- Eph.1.  
 ctum, ut esset pignus hæreditatis nostræ: per C H R I  
 S T V M nos electos fuisse ante mundi constitutionē: Colos.1.  
 per C H R I S T V M nos potestate tenebrarā trans-  
 latos fuisse in ipsius C H R I S T I regnum. Perspi-  
 cuum tum habebimus, C H R I S T V M nostrū esse  
 tum ducē, tum præceptorem, ut in ipsum tanquam in  
 autorē fidei afficiētes, non deficiamus in tribulatio- Heb.12.  
 nibus. In nobis met ipsis experientia compriemus,  
 C H R I S T V M esse nostram lucem, uiam, uitam,  
 caputq; supremū, ita ut à plenitudine gratiæ eius o-  
 mnia bona uelut in corpus ac membra in nos deflue- Rom.8.  
 rentiamus. Hac igitur fide, ut uno uerbo omnia di-  
 cam, agnoscemus, nos C H R I S T I fratres, Dei fili- 10.17.  
 or, cum utrisq; unum, ac diuinæ naturæ confortes fa-  
 cto esse. Hinc sit ut iustificati per fidem, pacem ha-  
 beamus ad Deum per Dominū nostrum I E S U M Rom.5.  
 C H R I S T V M, & gloriemur in tribulationibus.  
 Hinc spes illa fiduciaq; in Deum in nobis nascitur,  
 qua cum Paulo dicimus: Quis nos separabit à chari-

tate C H R I S T I tribulatio? angustia? fames? nuditatis?

Rom.8. persecutio? gladius? Certi sumus, q; neq; mors, neq; uitia, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; instatia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in C H R I S T O I E S V D

Rom.13. mino nostro. Hinc uidentes diē appropinquasse, abi

Eph.5. cimus opera noctis quæ iā præcessit, et induimus nos arma lucis: & sicut aliquando fuimus tenebre, ita nunc

Gal.5. illuminati, tanquam filij lucis ambulamus, in charitate, gaudio, pace, patientia, bonitate, mansuetudine,

Gal.2. modestia, commentia, castitate. Cur hoc? quia charitas C H R I S T I urget nos, ut contemplantes benignitatem ac misericordiam Dei quæ effusæ sunt in nos, abnegemus impietas & seculi desideria, ac sobrietatem, iustitiam, & pie uiuamus, expectantes aduentum nostri

Tit.2. magni Dei. Quapropter ut dignè illi obuiā ire possumus, innouemus interiorem nostrū hominem, de die

Eph.4. in diem in spiritu sanctitatis: crucifigamusq; carnem

Gal.5. nostrā cum uitijs & concupiscentijs. Qui enim fieri posset, ut gratiam ac misericordiam Dei, quam nobis

Rom.6. exhibuit, abiçientes, rursus in his uitam habere possemus, in quibus mortui eramus?

Ex his concionatorum uestrorum mendacium rectegitur. Populis enim dicunt: Cauti estote, ne patiani ni uos à legibus nostræ sanctæ Romanæ ecclesiæ abducant, ad Luteranorum doctrinam. ipsi namque suos docent, ut nihil boni operetur, dicentes: C H R I S T U S ipse uobis regnum cœlorum acquisiuit, ideo non o-

opus est, ut ipsi uobis idem aquirere ullis uestris operibus tentetis. Quorum mendacio ut respōdeam, dicant mihi uelim, quae nam opera ipsi bona esse intellegant, quae nos fugiēda doceamus: num illa, quae uos hypocritæ absq; ullo uerbi Dei testimonio excogitatis, & excogitatis: hæc sanè eiusmodi sunt, qualia Paulo antè enumeraui, de quibus neq; Paulus, neque aliquis ex sacris scriptoribus unquā meminit, si de his (quemadmodum credo) ipsi intelligat, quid mirum, si ea à fidelibus fugienda esse dicimus? ea enim sunt, de quibus dicitur à Domino: Frustra colunt me, do- Matth.15.  
 centes doctrinas & mandata hominum: ea sunt, quorum gratia homines transgrediuntur mandata Colos.1.  
 Dei: ea sunt, à quib. precipit Paulus ut abstineamus, cum secundum C H R I S T V M populo præscripta non sint: ea sunt, quibus homines incumbentes, mun- Matth.23.  
 dant quod deforis est, ita ut videātur hominibus spe-  
 ciosi, cum tamen eorum causa grauiora legis relin-  
 quant, iudicium, iustitiam, misericordiam & fi-  
 dem: pleniq; sine rapina & immundicia, hypocri-  
 si ac iniquitate: ideo huiusmodi opera ex C H R I-  
 S T I ecclesia omnino reijcienda sunt. Quia eis  
 speciem pictatis habere uideantur, eiusdem ta-  
 men uirtutem abnegant, ac destruunt. Si uero bo-  
 norum operum nomine illa intelligant, quae no-  
 bis sacris in literis à Deo præcipiuntur, quæ om-  
 nia in charitatem Dei ac proximi, tanquam in ca-  
 pita, reducuntur: tantum abest ut ea è fidelium cœtu  
 propellere sermonibus nostris sataganus, ut potius

*fidem illum habere negemus, qui eiusmodi operum contemptor factus, existimaret se uitā habere posse*

*Eph. 2 in illis in quibus antea mortuus iacuerat, & ex quibus Deus illum uiuificans in CHRISTO excitauit,*

*ut non amplius desideria carnis perficeret, sed ut in*

*Rom. 6 nouitatis spiritu ambularet: & hoc non ab homini-*

*bus edocetur, sed ab ipso CHRISTO, qui postquam*

*surrexit à mortuis, non amplius moritur. Docentur*

*igitur, non quemadmodum nos calumniamini, ut ho-*

*mines oiosi ac desides uiuant, nihilq; boni operētur:*

*sed hortamur illos, ut quamvis carnales sint, ac pecca-*

*tum & legem habeant, quæ legi meritis eorum repa-*

*gnent, non tamen sinant ut peccatum in ipsis regnet,*

*ita ut concupiscentijs eius obediant: sed exhibeant*

*membra sua non amplius arma iniquitatis peccato-*

*ut seruiant immundicie, ac iniquitati: sed arma iusti-*

*2. Pet. 1. tiae Deo, ut pareant iustitiae, ac sanctitati. Admone-*

*mus eos, & obsecramus per Dominum IESVM,*

*ut per opera bona satagant uocationem ac elec-*

*nem suam testari, & præseferre. Contumaces uero*

*in præcepta Domini, coercemus, ac cum Paulo di-*

*cimus: Nescitis quia iniqui, neque fornicarij, neque*

*idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque*

*masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq;*

*ebriosi, neque maledici, neque homicidae, neque con-*

*tumeliosi, neque detractores, neque imuentores ma-*

*lorum, neque parentibus imobedientes, neque im-*

*mites, neque uenefici, regnum Dei possidebunt. De-*

*bonis igitur operibus docemus, ut populi omnino*

tis incumbant, ut tanquam filij honorent patrem suum, ut bonitati ac misericordiae Dei, honorem, ac obedientiam saltem rependant, ne ingratitudinis nomine arguantur. Segnes enim filij arguuntur a patre dicente: Si ego pater, ubi est amor meus? Si ego Dominus, Malach. 1.  
 ubi est timor meus? Docemus præterea, ut bona opera secentur, ut ecclesiæ ædificationi inseruant. Sic Matth. 5.  
 enim futurum est, ut eorum lux luceat coram hominibus, & illorum bona opera conspiciant, & glorifiet patrem suum qui in cœlis est. Prædicamus tamen opera non ea ratione fieri debere, ut putemus nos eis posse colorum regnum, uitamq; æternam adipisci. Cum enim, ut dixi, non possimus omnia ea custodire, que nobis ut custodiemus, sub maledictionis diuinæ poena mandata fuere, iure meriti uitam æternam acquirere ac promereri non possumus: sed eam diuinæ bonitatis misericordia in C H R I S T O nobis exhibita communicat, ac gratis donat. quod testatur Paulus, dicens: Quod impossibile erat legi, quia infirma Rom. 8.  
 batur per corpus, Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in corpore, ut iustificatio legis perficeretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulamus. Num igitur fidelium opera Deo displicere dicemus, & si non ea sint bonitate qua ut sive præcepta fuerunt? Absit. quin potius illa summa pere Deo placere credimus: nō quidem, ut diximus, operum ipsorum ratione, sed ipsius C H R I S T I, quem per fidem amplexati sumus, merito. non enim

in ipso tamē capite I E S V C H R I S T O sibi pater  
cōplacuit, sed et in his quos ipse eidē dedit, ut creden-  
tes membra corporis eius efficerētur. Sicut namq; qui  
ab homine pendent, nihil in se boni habere possunt,  
cum figmentum cordis humani malum sit ab adole-

Gen.8. scēntia sua : sic qui à Deo ipso benedicto pendent, ab  
eo fonte bonitatis bona quæq; haurire possunt : imo  
aliunde impossibile est aliquid boni oriri. nam, ut in-

Iac.1. quit Iacobus, omne datum optimum, et omne donum  
perfēctum, ex coelo uenit, à patre lumen. ea ig-  
tur ratione qua nos Deo grati ac chari sumus, eadem  
quoque & opera nostra illi placent . Deo itaque &  
nos, & opera nostra per C H R I S T V M , quem si-  
de indui sumus, placebunt. omnia enim que nobis à  
Deo donari contigit, non nisi per C H R I S T V M  
donantur. Quod Paulus breuibus expressit, dicens:

Quomodo Deus non omnia cum filio nobis dona-  
uit? Et Ioannes hoc idem nos docet, dicens: Verbum  
quod caro factum est, plenum esse gratiæ ac ueri-  
tatis, & de plenitudine eius nos omnes accepisse. Nil  
igitur mirum, si C H R I S T V S & ipse hoc i-

Ioan.6. dem docere uoluit . Cum enim dixit, Ego sum par-  
nis uitæ, quid aliud subintulit, nisi se fouere atque a-  
lere, uitamque æternam præbere his qui illum man-

ducarent? Cum dixit, Ego sum ostium, quid per  
hoc nos edocuit? illum optima pascua ac uitam æter-  
nam inuenturum, qui per ipsum intraret . Cum di-

Ioan.14. xit, Ego sum uia, quid nobis innucere uoluit? illum  
ad cœlos iturum, qui ipsum secutus esset . Cum dixit,

Ego

Ego sum lux mundi, de quo nos admonuit? illum lu-  
men uitæ tandem habiturum, qui ipsum sequeretur.  
Cum dixit, Ego sum uitis uera, & uos palmites: Ioan.15.  
Quid ex his infert? nos nullum fructum haudqua-  
quam facere posse, nisi in ipso per fidem stabiles per-  
seueremus. Cum dixit se esse medicum, nonne ab Luc.5.  
illo edocemur, nos tantum per ipsum animarum no-  
strarum salutem consequi posse? Cum postremo à  
Ioanne dicatur, Agnus Dei, qui tollit peccata mun-  
di, nonne nobis innuitur nullum præter ipsum esse  
posse, per quem peccatorum nostrorum remissio-  
nem adipisci possumus, ac sanctorum sortem conse-  
qui? Cum igitur quidquid boni est, per C H R I-  
S T V M tantummodo accipiamus à Deo patre:  
Quomodo cuiusvis alius gratia esse poterit, ut ope-  
ranistra Deo ipsi placeant? Quare illa iactemus,  
non quasi à uiribus nostris orta sint: maledicta est  
enim terra nostra, ita ut tamum spinas ac tribulos  
ferat, nec quidquam pulchri, quidquam suavis, quid-  
quā boniferre possit: sed quatenus creati in C H R I Eph.2.  
S T O I E S V per fidē, ambulauimus, in operibus  
bonis, in quibus ut ambularemus, in ipsis electi fui-  
mus ante mundi constitutionem: ut sic essemus san-  
cti & immaculati in conspectu Dei in charitate. Eph.3.  
Quis, obsecro, huius nostri Dei bonitatem ine-  
rrabilem non admiretur? ipse nos eligit, ut sancti si-  
mus, ac ut sine macula uiuamus in præsenti seculo ne-  
quam: ipse se ultrò uerbis obstringit, ac operibus no-  
stris non parum immundiciae habentibus, ut bona  
sint

sint præstat, illisq; uitam æternā quasi mercedē largi-  
tur. Ipse omnia in omnibus operatur. Quis enim nos

Matth. 20. ociosos in foro stātes inuenit? Paterfamilias. Quis nos  
increpat, dicens: Quid hic statis tota die ociosi? Pa-  
terfamilias. Quis nobis præcepit, ut in eius uineā in-  
tremus? Paterfamilias. Quis nobis dicit, Quod iustū  
fuerit, dabo uobis? Paterfamilias. Quis uineæ procu-  
ratori iubet ut reddatur nobis merces? Paterfamilias.  
Quis eos coarguit, qui laborem nostrum ueluti tanta  
mercede indignum calumniantur? Paterfamilias. ac  
deniq; idem palam testatur, se nobis qui parum labo-  
ris in eius uinea impeditimus, denarium dare, quo ui-  
ta æterna signatur: non quia illum meruerimus, sed  
quoniam cum bonus sit, in hoc bonitatem suam erga  
nos ostendere uoluerit. Hinc perspicere igitur clare  
possimus, uos toto errare cœlo, qui opera nostra ui-  
tam æternam mereri (ut dicitis) de condigno putatis,  
quia C H R I S T V M illam appellasse mercedem in-  
uenitis. dicere autem debemus, mercedem ideo appel-  
latam, non quia operibus ipsis merito debeatur: sed  
quoniam fidei piorum, qui per charitatem operan-  
tur, ab ipso C H R I S T O promissa est. ipse enim no-  
num foedus nobiscum inire uolens, dixit: Qui credi-  
derit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Ideo et Pat-

Marc. 16. 2. Tim. 4. lus dixit, repositam sibi fuisse in cœlo coronam iu-  
sticie, et iustum iudicem illam sibi daturum esse, eo  
quod fidem C H R I S T I seruans, certamen, ac cur-  
sum compleuerat, que sibi demadata fuerant ut per-  
ficeret. Cum autem C H R I S T V S dixit adolescenti  
illi,

illi, si uis ad uitā ingredi, serua mādata: nequaquam Matth. 19.  
 meritum legis nobis omnibus inculcat, ut illi fidamus:  
 sed adolescētē illum, qui multis possessionibus di-  
 ues erat, reprimere uoluit. is namq; literam tantum-  
 modo legis scrutatus se eam seruare putabat, eo quod  
 nemūnem occiderat, nullū furtum admiserat, non fal-  
 sum testimonium dixerat: ideo cum iustum se se arbi-  
 traretur, C H R I S T V S illi aperte ostēdere uoluit,  
 quod non dilexerat Deum ex toto corde, & tota ani-  
 ma, ex omni mente, & ex omnibus uiribus suis: neq;  
 proximum suum sicut seipsum: quod tamē illi custo-  
 diendū fore lex præcipiebat, si ex legis iustitia uitam  
 eternam adipisci optabat. C H R I S T V S itaq; præ-  
 cepta legis ei obtrudēs, illius hypocrisī ac auaritiā  
 detexit. Quā primū enim audiuit C H R I S T V M  
 dicentem, Vade uēde omnia que possides, & da pau- Matth. 19.  
 peribus, & habebis thesaurum in cœlo: abijs tristitia  
 affectus. Quo facto ostēdit se mendacē extitisse, cum  
 prius dixerat C H R I S T O, se omnia præcepta le-  
 gis à iuuentute sua custodisse. Qui enim esse poterat,  
 ut hic proximū suū sicut seipsum diligenteret, qui dum  
 audiret omnia sua pauperibus danda esse, moerore  
 affectus discessit. Domini ergo largitatē ac benefi-  
 cētiā in operibus nostris consideremus, neq; illis Iob. 9.  
 ullo modo fidamus. Nam si eorum merito iustificare  
 nos uoluerimus, os nostrum condemnabit nos: & au-  
 diemus Dominum nos deridentem, ac dicentem: Nar-  
 ra si quid habes, ut iustificeris. Vnusquisque itaque  
 nostrū prosterat animā suā coram Deo, ac cor-  
 de contrito

de cōtrito ac humiliato illi dicat: Deus propitius es  
mihi peccatori, & respice tamū in facie CHRISTI  
tui: et nomini tuo tamū, & bonitati tuae da gloriam.  
Quod utinā faceretis et uos: cōuerteretur enim Domi-  
nus super iniuriam uestra, et non moreremini ampli-  
us domus Babel, sed exaltaret uos in die uisitationis.

Qui uero astabant Antichristo, illū alloqueban-  
tur, dicentes: Sanctissime pater, audiat queso sancti-  
tas tua, quo astu Luterani isti per cuniculos urbem ac  
regnum tuum oppugnat. his namq; nugis Dei glori-  
am querere, ac CHRISTI sanguinem magnificere  
uidentur, ut homines ad pietatem ueram trahere iudi-  
centur: cum tamen indulgentias tuas diruant, ac fun-

D E I N - ditus euertant. Quoties enim Beatitudo tua indul-  
D U L G E N - gentiam aliquam in remissionem peccatorum elargi-  
T I S . tur, non nisi confisus meritis apostolorum Petri &  
Pauli, hoc agis. Si uero nemo (quod isti aiunt) ne tan-

tillum quidem mereri potest, ubi aderit tunc thesau-  
rus ille sanctissimae matris ecclesiae, ex quo sanctiora  
merita elicis, indulgentiasq; autortate tua promulgat,  
quas qui contriti ac confessi amplectuntur, manusq;  
adiutrices porrigit, plenariam à culpa & à pena  
remissionem peccatorum consequuntur? Quid sancti-  
tati tuae uidetur? At ille dixit: Ideo non temere dixi  
uobis, uerendum esse, ne, si hæreticum istum liberum  
dimittamus, insurgant in nos populi, & tollant à no-  
bis gentem, & ita desoletur regnum nostrum.

Quæ audiens Eusebius, respondit: Tu dixisti.  
Quamprimum enim euagelij lux aliquibus effulget,  
statim

statim hypocrisis ac imposturæ tuae detegūtur, et Do  
 minus I E S V S C H R I S T V S cui aduersaris, de-  
 struit te spiritu oris sui: & hac ratione futurum esse 2. Thes. 2.  
 spero, ut tandem illustratione aduentus sui imperfectus  
 rus sit te, ut non amplius seducas uniuersum orbē in si-  
 gnis ac prodigijs mendacibus secundum operatio-  
 nem sathanæ. Vbi has tuas inuenire potuisti indulgē-  
 tias: num in scriptura sacra minimè: per fidem enim  
 I E S V C H R I S T I peccatorum remissionem con-  
 sequi ab ea docemur. nā quæcunq; in ea scripta sunt,  
 docent nos I E S V M esse filium Dei, ut in eum cre-  
 dentes uitam habeamus in nomine eius. Quia propter  
 & Paulus dicit, Euangelium uirtutē Dei esse, qua cre-  
 dētes in ipsum seruantur. cū igitur per fidē peccato-  
 rum remissio, ac uita æterna hominibus communice-  
 tur, quomodo tu hæc eadem quibusdam tuis clauibus  
 distribuere potes: num forte tanta est tua autoritas  
 ac uis, ut ea de manibus Dei eripere potueris? An for-  
 té ex sanctorū meritis, ut antea dicebant quidā ex his  
 mancipijs tuis, indulgētias hauris: quis hoc affirmet?  
 Nemo sanè. Quotquot enim poterat homo uiribus  
 suis merita habere, perierunt in Adamo: cum in ipso  
 unusquisq; peccarit. Dicant mihi uelim humanorum  
 meritorum negotiatores, an sancti perfectam legis ob-  
 servationem persoluere sub maledictionis poena tene-  
 rentur, quemadmodum & nos, quod cum fateri co-  
 gentur, dicant mox, an debitum istud persoluerint:  
 quod si quenquam illud persoluisse dicant, mendacijs  
 criminis statim à sacris literis argueretur, quemadmo-  
 dum

Ioan. 20  
Rom. L.

dum superius longa oratione demonstratum est. Cum  
igitur sancti absolutam legis rationem opere non attingerint, sub maledictione eos esse dicendum foret, nisi  
eis Deus per fidē I E S Y C H R I S T I peccata donasset. Addas quod et si exactè legis præcepta seruasset, tamū abesset, ut quid promereri potuissent, ut  
potius se seruos inutiles esse dicere debuissent: sicut  
illis à C H R I S T O , quemadmodum & nobis man-  
datum est. At dicetis: Nunquid parum tibi uidetur

**Luc.17.** Eusebi, diuos pro C H R I S T I fide crudeliter necatos? Magnum sanè mihi uidetur, atq; in hoc donorum Dei largit: tē non possum non admirari. nam ut Paulus inquit, illis ex Dei benevolētia donatum est, non solum ut in eum credant, sed etiam ut pro illo patiantur: maximaq; gratias ob donum huiuscmodi, Deo agere perpetuō debent, ac summo pere gaudere, quod Deus ipse ita illis in tribulationibus astiterit, ut non modo non defecerint, dum usq; ad sanguinem dimicarunt: sed longitudine dierum eos repleuerit, illisq; saltuare suum ostenderit. Sed an hæc promeriti sunt: nequaquam hæc cogitemus: quin potius, eos dicamus Deo multo magis debere, quippe quos maioribus beneficijs donatos præceteris uideamus. Si igitur sancti hi nec sanguinis proprij effusione sibi met merita acquirent, potuerunt, quomodo illos dicemus regnum celorum alijs acquisuisse: summo nempe pudore suffici di deberetis, dum hæc dicitis, præsertim cum Paulus aperte dicat: Non sunt condigne passiones huius tem- poris,

poris, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sed est, ut aliquid in pietati ac ignorantiæ sacrarum literarum, quibus laboratis concedam, diu iþorum morte aliquid præmij meruerint: nū fortè Deus illos præmio fraudauit? nonne illis largitus est quod occlus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Non igitur dicatis hominem quenquam potuisse, cum sibi, tum plerisq; alijs uitam æternam acquirere, eorumq; merita plurimæ adhuc extare, eaq; omnia in ærario quodam ob-signata esse, quod aperire nullus præter uestrum Papam possit. Num ad patrum uestrorum autoritatem confugietis? at dicatis et probetis nobis oportet, quomodo Gregorius primus indulgentias has populo, qui statuis certis diebus in templo oraret, concedere potuerit: quomodoq; Boni facius octauus libileum annum non absq; ratione ex cogitarit. Si has merces ex sacris literis in Dei ecclesi am detulerunt, ostendite ex quibus locis: populisq; ostendite hæc non somnia hominū impiorū, sed Dei oracula atq; instituta esse. Si uero hæc aduersus scripturæ testimonia pugnare, Christi q; beneficium, ac Dei misericordiam tenebris opplere, ac caligine, deprehenduntur: nec audienda sunt, sed ex Dei ecclesia pernitus pellenda: accedendum & consentendum avertit scripturæ sanctæ, quæ nescit falli, nec fallere. Sed hominum est labi, hallucinari, decipi, ac decipere, ut dixit Augustinus. Agite dum o populi, exper-

Greg. I. &  
Bonifacius  
8. præcipui  
indulgen-  
tiatum au-  
tores.

August. de  
pec. mer.  
lib. I. c. 22.

gscimini aliquando, & auaritiā Papistarum cognoscete. Accedite tamum cum fiducia ad thronū gratie

H Dei,

Dei, & opportunè misericordiam consequemini. Audeite filium Dei, qui non ad homines, quicunque illi sint, uos mittit: sed ad semetipsum uocat, ut laborantes ac fatigatos peccatorum mole leuet: ut sitientes ab eo accipiatis aquam eternam uitam prestantem. Quò accurrere optatis? Quem adire, ut scelerum uestrorum ueniam accipiatis? Hic I E S V S A-damo, Abrahamo, Isaaco, & Iacobo, ac populo Israel à Deo promissus fuit, ut per hunc salui fierent. Hunc I E S V M Deus in arca Noæ, in serpente illo aeneo, in agno illo paschali, in pecudibus que Deo mactabantur super altare, in sanctuario quod Dei gloriam continebat, adumbrare uoluit. Hunc I E S V M lex, psalmi, ac prophetæ saluatorem mundi, ac peccatorum lauacrum futurum esse testificati sunt. Hunc I E S V M Ioannes dixit agnum esse Dei, qui tollit peccata mundi. Ad hunc I E S V M Ioannes discipulos suos mittit, ut illum agnoscant. Ad hunc I E S V M pastores, magi, angeli, stellæ, Simeon, Annaq; accurrunt. Ad hunc denique leprosi, paralytici, demonibus uexati, cæci, claudi, reguli, centuriones, Cananæi, Samaritani, peccatrices, forneratores latronesq; certatim accurrūt, ac undequaque confluunt, ut ab eo salutem consequantur. Unde igitur tanta animorum uestrorum soliditas, ut eum reiiciatis, quem omnes ab originemundi quæsierunt, & amplexati sunt: ut ei fidere non audeatis, qui manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gentibus, cui fides habita

est in mundo, quiq; assumptus est in gloria? Cur Pa-  
pam petitis? Nunquid Papa pro uobis crucifixus  
est? nunquid in nomine Papæ baptizati estis? Sapi-  
te aliquando: & eum agnoscite, qui traditus est Rom.5:  
propter delicta uestra, & propter iustificationem  
uestram resurrexit, ut Deum tandem ac uitam æter-  
nam habeatis: quæ proculdubio habebitis, si C H R I-  
S T V M per fidem amplexati fueritis. nam hic est ue-  
rus Deus, ac uita æterna.

1.Tim.3:

1.Ioan.5:

Tum quidam de circumstantibus audientes eum  
liberè et cum fiducia loqui ea que sunt de regno Dei,  
percusserunt illum colaphis, dicentes: Sic loqueris  
teoram Pontifice?

Quibus ille: Si ueritatem dico uobis, inquit, qua-  
re non creditis mihi? Ego sanè testimonium per-  
hibeo ueritati, nam I E S V M filium Dei, qui ueri-  
tas est, annuncio uobis: sed quia nō estis ex ouibus e-  
ius, propterea non creditis, nam si ex ouibus eius esse  
uocem eius audiretis: quia uoces eius, uocem illius  
audiunt, ac sequuntur eum. Sed uel uobis hypocri-  
tie, qui occiditis & comburitis eos qui ad uos misse-  
sunt, ut annuncient uobis testimonium C H R I S T I.  
Quid uobis faciet Dominus? profectò malos male per-  
det: & præcipiet ut gladius incipiat à uobis: quare  
resipiscite potius: pœnitentia et credite euangelio, et  
propitius erit uobis Dominus.

Quemadmodum autem Iannes & Mambres re-  
stiterunt Moysi, ita iij restiterunt Eusebio, quia homi-  
nes corrupti mente & reprobi circa fidē erant, dixe-  
runtq;

Deus impossibilia non praecepit. runiq; Tu haereticus es, & nos doceamus quis te docuit ea quæ paulo ante dixisti, hominem uidelicet legenduare non posse? Nonne Deum ipsum crudelē extorem ac Dominum constituis? ut pote quem impossibilia nobis præcepisse doceas? Quid respondes?

Eusebius statim illorum misertus, Videte, inquit, si est caligo sicut caligo mentis uestræ: clamare quidem

Sap.5. potestis unā cum his qui in inferno habitant: Errauimus à via ueritatis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Dicite quæso quid sibi uolunt uerba illæ?

Eccles.15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, adiecitq; mandata ac præcepta. Ante hominem uita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spacium peccandi: non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium ac impiorum. Quid sibi uolunt uerba Ecclesiastæ?

Hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, ipse autem innumeris miscuerit se quæstionibus. Hæc omnia nempe scripta sunt, ut ex eis tum bonum, quod à Deo in creatione accepimus cognoscamus: cum malum & miseriam, quæ nos peccato nostro nobis comparauimus, conspicere ac lugere possimus. Hinc enim perspicuum nobis est, nos talem à Deo accepisse naturæ uitæ, quæ diuinæ legi, quæ eius menti indita erat, obtemperare posset, si uoluisset. Hinc patiter docetur homo, se proprio uitio peccatóque a deo debilem ac imbecillum factum, ut non amplius uoluntati diuina legi, obsequi posse, etiamsi uolit.

Quid

Quid dico obsequi? Sed ne quidem (ut uerius dicam) intelligere: quod ex Davidis uoce agnosci potest. is enim clamabat ad Deum: Da mihi intellectum, ut discam mandata tua. Dirige gressus meos in semitas tuas. Et Paulus: Ego carnalis sum, ue-  
nundatus sub peccato. non enim quod uolo bonum, sed quod odi malum, illud ago. Non habitat in carne mea bonum. Quod operor, non intelligo. Lex quae repugnat legi mentis meae, captiuū me dicit in legem peccati et mortis. Si uero homo uitio suo legem Dei non amplius scruare potest, hoc Deo ipsi uitio uertendum non est, sed homini: quia cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, ac similis factus est ipsis. Quod et Paulus testatur dicens, iustificationem legis propter infirmitatem car- Rom. 8 nis perfici non posse. Quid uerius, quid sanctius ex cogitare quis potest? quid sacris literis magis consonu exprimere? Non tamē ab homine tollitur facultas illa, qua in externis operibus se exercet. nullus enim dicit, hominē adeò debile factum, ut liberè, ac sua tantum sponte, nec sedere, nec ambulare, nec loqui, nec facere, nec brachium caputque mouere. actiones namque huiuscmodi, cum ab animali hominis facultate, que voluntarijs motibus ac sensibus præsidet, producatur, ita ut per nervos primum, mox per musculos, actiones huiuscmodi liberè progignat, qui harum actionum faciendarum facultatem libertatemq; negaret, humanam prorsus naturam destrueret. Sed cum sacra litera, hominem debilem, ac seruum præ-

dicant, tunc ab illo eam auferum potestatem ac libertatem, qua legi Dei non modò externis operibus (huc enim fortè & hypocritæ quidam præstant) sed & internis affectibus, quos ipsa spiritualis lex requirit, satisfacere posse. nam hanc facultatem ex ui corruptæ naturæ habere non poterit unquam homo: sed illam, ut passim testantur omnes sacræ literæ, adipsicetur gratis per fidem I E S U C H R I S T I. nam cum fides, si tamē uera sit, ociosa & mortua, uelut ea quæ dæmonum ac impiorum est, esse non posse, spirituales fructus gignit, tum externos, tum internos. quia cum spiritu Dei tum agatur homo, non nisi spiritus illia cogitat, spiritualia loquitur, & spiritualia operatur: ita ut hinc agnoscamus C H R I S T I uerborū ueritatem, cum dixit: Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

At illi cum nihil haberent quod respondere posse, mouentes capita deridere illum cœperunt, ac dicebant: En quomodo hic miser comburi optet, ac querat. Sed dum plurimis conuicijs Eusebium pterenter, instruuntur mense, afferruntur epule, uniuersa domus sonis ac musicis uocibus personabat. Tum præfectus militum Eusebium arripuit, eumq; uinctum in carcavem adduci iubet, usq; in crastinum. Pontifex autem & ministri eius discubentes, epuliati sunt splendide & opipare hilarem in modum: ac tandem epulis unoq; pleni, somno se dederunt. Eusebius uero in ieiuno & lacrymis deprecabatur Dominum,

## ACTA SECUNDI DIEI.



AN E factò unà cum Pontifice conuenium scribæ & Pharisæi, & seruū Domini cōfestim adduci iubent. is semimortuus ferè adductus est, & ante illos constitutus. Quidam DE LIBER-  
ERO ARBI-  
TRIO.  
 uero Callistus Placentinus, Canonicus regularis, Postolicus, ut Papistæ cum uocabant, & in Italia crudelis inquisitor totius Christianæ doctrinæ, quam ipsi Luteranam uocant, dixit ad Eusebium: Mi-  
 ror te tam impudentem esse, ut ista dicere ac doce-  
 re audias quæ heri dixisti, hominemque ad inferos  
 usque ita deprimere, ut legem Dei seruare non pos-  
 sit: cum tamen ex sacris literis constet, hominem li-  
 berum habere arbitrium, tum ut legem Dei seruare,  
 tum ut fidem ipsam proprijs uiribus adipisci queat.  
 Ideo scriptum est, & mandatum, ut penitentiam Marc. 1.  
 agamus, & credamus. & innumeris in locis pre-  
 cipitur nobis, ut custodiamus mandata Domini Dei  
 nostri. Ideo C H R I S T V S principi synago- Luc. 8.  
 ge dixit, Tantummodo crede: & plerisque alijs hoc  
 idem dixit. Ut quid ergo C H R I S T V S ista  
 quasi præcepiendo diceret, nisi homo liberum habe-  
 ret arbitrium, quo ex sui natura posset credere? Hoc  
 quoque Augustinus testatur aperte, dicens: Natu-  
 re hominis est, credere. Vide igitur quemadmodum  
 Augustinus naturæ hominis uim ac libertatem talē es-

se dicit, qua sponte sua C H R I S T I fidem am-  
plecti potest.

Eusebius uero hunc intuitus, dixit: Plura mihi te-  
cum agenda essent. nam, si te bene noui, tu is es qui  
multa in occulto agis, quae coram omnibus hic enarrar-  
e erubesco: inter cetera uero tu semper conturbasti  
gentem sectae tuae, seminans in ea discordias. quapro-  
pter cum abominabilis sis Deo, uade retro satana;  
Et pudore suffusus, exiuit foras.

Tunc conuersus Eusebius ad ceteros, inquit: Primit  
uobis de libero arbitrio sermonem faciam: postea quo-  
que ad illa quae miser ille impudenter locutus est, re-  
spondebo. De libero igitur arbitrio sic in Dei eccl-  
esia docendum est, ut potius seruum quam liberum no-  
cetur. nullum namq; bonum in nostrae naturae uiri-  
bus, sed tantum in Dei manibus situm est. Quod ue-  
arbitriū ad rō si uos aliquam libertatem homini inesse dicatis, de  
malum tan ea tantum id reuera dicere potestis, qua malum com-  
mittitis, quam uobis inesse nullus non affirmat: sed Et  
lapides quoque, qui Romæ sunt præsertim, si loqui  
possent, idem assererent. Sed quis hac ex causa uos li-  
beros, et non potius seruos appellebit? nam cum pe-  
ccatum faciatis, eius et serui estis, satane que mi-  
sera mancipia: quapropter hoc uestrum liberum ar-  
bitrium cum peccato seruiat, quid aliud unquā pre-  
stabit, præter ipsius peccati uoluntatem et iussa? Sed  
his quoq; maiora dicam, quod scilicet nec in pecca-  
tis uestris faciendis, omnino liberi sitis. omnibus enim  
liquet, Deum optimum petulantia ac rabiē uestram  
coercere,

a. Pet. 2.

vicerere, ne in pios quoq; quemadmodum optatis,  
 defeciat. iam enim si omnia mala pro libito uobis de  
 signare licuisset, nullū nominis C H R I S T I uestigium,  
 nullum euangelij uerbū, nullum uere pietatis ac ho-  
 nestatis monumentum, nullus castitatis ac sanctimo-  
 nis pudor in C H R I S T I ecclesia cerneretur: sed  
 Deus semper nouit impias manus à ceruicibus pio-  
 rum arcere, ac gloriam suam de manibus scelestorum  
 crux. scrutemur sacras literas, & plerunq; Deum  
 hæc egisse compremimus. quod quæso liberum arbitrii  
 filij Iacob in Joseph fratrem suum habuerunt?  
 Inquit Joseph ad fratres suos: Vos cogitatis de me ma- Gen.45.  
 lum, sed Deus uertit illud in bonum. Quod Esau in  
 Iacob? Esau quererebat Iacob, ut illū occideret: sed cum Gen.33.  
 inuenisset, amplexatus est eum. Quod hi qui turrim Gen.11.  
 ad celum usq; excelsam construere ceperunt? confu-  
 sa sunt omnino labia eorum, ut sibi nomen magnum  
 pararent in uniuersa terra. Quod Balaan in maledi Num. 22.  
 cendo populo Dei? Mutum animal corripuit prophe-  
 te insipientiam. Quod Absalom in occidendo Da- 2. Reg. 12. 15  
 vide patre suo? Achitophel ac Absalom suspedio  
 perire. Quod Aman in Mardochæum? suspensus Est. 7.  
 est Aman in cruce quam Mardochæo parauerat.  
 Quod sacerdotes Baal in Heliām, ut illum ocide- 1. Reg. 18.  
 rent? Prophetæ Baal quadringenti & quinquaginta  
 ducti sunt ad torrentem Cison, & occisi sunt. Quod  
 liberum inquam arbitrium habuit Paulus, dum per-  
 sequeretur C H R I S T V M, ac eius ecclesiam:  
 circumfusit cum lux de coelo, & ipse dixit: Domi-

- Act.12. ne, quid me uis facere? Si igitur homo ne in sceleribus  
 quidem suis tanta potitur libertate, ut quidquid uel-  
 lit facere, possit: multo minus eandem habebit ut bo-  
 num operetur. elatos itaque animos demittamus om-  
 nes, ac nostram imbecillitatem ex sacris literis co-  
 z. Cor.3. gnoscamus. haec nanque nos admonent dicentes, Non  
 sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex  
 nobis: sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. De-  
 Philip.2. us operatur in nobis uelle & operari pro bona uo-  
 luntate. Vbi igitur ista preclara nostra libertas? Li-  
 Io.8. beri quidem erimus ad bonum tum cognoscendum,  
 Io.15. tum sequendum, si tamen filius Dei nos liberauerit.  
 nam sine ipso nihil possumus facere. impotentiæ ue-  
 rò huius causa non in Deum, ut dixi, sed in peccatum  
 transferenda est. illud enim nos sibi subditos esse co-  
 git, nisi a peccato liberati per C H R I S T U M  
 iustitiæ serui euadamus. Quod autem ( ut inquisitor  
 Finis p̄ceptorum ille & apostaticus prædictor dixit ) Deus, ipse  
 Dei. C H R I S T U S nobis præcipiat, non solum ut ope-  
 remur, sed ut pariter credamus: non tamen statim in-  
 ferendum est, id in potestate nostra situm esse: sed co-  
 gitandum nobis est, cum haec mandata audimus, eas  
 esse legis uoces, que nobis quid agendum sit, ostendant,  
 ut debitum cognoscētes, & uirium nostrarum  
 debilitatem, ad Deum configramus: ut ipse nobis eis  
 ministret uires, quibus credamus ac operemur, quae  
 natura nostra nobis ministrare nequaquam potest.  
 Mandatis igitur suis Deus non liberum arbitrium  
 nobis adesse innuit: sed nos ad se uocat, ut auxilia-  
 res

res manus & ipse nobis præstet, quibus in nobis operetur, quod nos manibus nostris operari nequimus. Cur ergo, inquit, Deus ut credamus & poenitentiam agamus, nobis imperat? ut scientes quod utrumq; à Deo dono accipitur, dicamus ei, Domine adiuua incredulitatem meam. Aufer à me cor lapidum, & da mihi cor carneum. Cur præcipit, Cohibe linguam tuam à malo? & Labia tua ne loquantur dolum? ut nos oremus eum, dicentes: Pon custodiam ori meo, & ostium circumstantia labiis meis, ut non declinet cor meum in uerba malitie. Cur præcipit, Non concupisces? ut dicamus Deo, Concupiscentiam auerte à me. Cur dicitur, ut mites & humiles corde simus? ut oremus dicentes, Extollentiam oculorum ne des mihi. Cur inquit Deus, Conuertimini ad me filij hominum? ut ab eo petamus dicentes: Conuerte me Deus, & conuertar: conuerte nos Deus salutaris noster. Quare præcipitur, ut castè uiuamus? ut ad eum accedentes, dicamus, Ventris appetentia, & concubitus ne apprehendat me. Quare dicitur, Audit, & intelligite mandata domini Dei uestrī? ut nos ad eum dicamus, Da nobis intellectum ut discamus mandata tua. Quare præcipitur, ut ueraces simus? ut eum obsecremus, ac dicamus, Ne auferas de ore meo uerbum ueritatis. Quare præcipitur, ut pugnemus aduersus satanā? ut ipsum Deū uocemus, dicentes: Exurge in adiutorium mihi. In omnibus igitur

Psal. 33.

Psal. 140.

Exod. 20.

Matth. II.

Eccles. 23.

Esa. 21.

Hier. 31.

Psal. 88.

Eccles. 23.

Deut. 4.

Psal. 113.

1. Pet. 5.

tur quæ nobis præcipiuntur, ad Deum configiamus,  
**Esa. 61.** dicentes: Domine cum sciamus, quoniam non solum  
 via homini à te præparatur, sed et eius gressus à te  
 diriguntur: et quoniam tu facis ut in iustificationib.  
 is ambulet, et iudicia tua exquirat: ideo à te petimus,

**Augusti-** ut iubeas quod uis, et facias quod iubes. Quomodo  
 nus. igitur possumus liberū hominis arbitriū statuere, et  
 si in sacris literis inueniamus Deū multa homini præ-  
 cepisse? Quod autem Augustinus dixerit, Natura est  
 hominis, credere: non eò dixit, ut impius ille putat, ut  
 liberum confirmaret arbitrium: sed ibi Augustinus  
 discriminē ponit inter hominis et brutorum naturā,  
 ideo dicit, non bruti alicuius animalis natura ē esse, ut  
 credat, cum nullam in se habeat rationem: sed tantum  
 modo humanæ naturæ. hæc enim sicut beatitudinē est  
 capax, sic quoq; et fidei, sine qua beatitudo ipsa  
 haberet nullo modo potest. Quomodo quæso Augusti-  
 nus dogma tam impium illis in uerbis cogitare possit,  
 sicut tamen ab apostatico prædicatore accusatur?  
 Quid aliud Augustinus contra Pelagij mendacia mil-  
 lies inculcat, nisi nullam esse in homine liberi arbitrii uim? Audite Augustini sententiam de libero arbitrio,  
 disp. 2. breibus ac claris uerbis descriptam: Liberum  
 arbitrium uoluntatis in illo homine fuisse dico qui  
 primus formatus est. ille sic factus est, ut nihil omnino  
 uoluntati suæ resisteret, si uellet præcepta Dei serua-  
 re. postquam autem libera uoluntate ipse peccauit,  
 nos in necessitatē præcipitati sumus, qui ab eius stirpe

Cont. For-  
 tunatum

disp. 2.

pe descendimus. & rursus: Natura humana etsi in Ep. 106. ad illa integritate in qua cōdita erat permaneret, nullo Paul.  
 tamen modo se ipsam, creatore suo non adiuuante, ser-  
 uaret. cum igitur sine gratia Dei salutem non posset  
 custodire quam accepit, quomodo sine gratia Dei po-  
 test reparare quam perdidit? & rursus: Libero ar- Ench. c. 29.  
 bitrio male utens homo, & se perdidit, & ipsum. si-  
 eut qui se occidit, utique uiuendo occidit, sed se oc-  
 cideo non uiuit, nec se ipsum potest resuscitare, cum  
 occiderit: ita cum libero peccaretur arbitrio, icto-  
 re peccato amissum est liberum arbitrium. Vbi in-  
 nuit, quod amissum libero arbitrio, fieri non potest ut  
 homo illo adiutus, uitam possit amplius sibi compa-  
 rare. & rursus: Dicere posses, Hoc potest uoluntas De uerb.  
 mea, hoc potest liberum arbitrium meum: que uo- ap. ser. 13.  
 luntas? quod liberum arbitrium? nisi ille regat, ca- Cōtra Vit.  
 dis: nisi ille regat, iaces. & rursus: Liberum arbi- Pelag.  
 trium ad diligendum Deum primi peccati graui-  
 tate perdidimus. Audiatis quoque Gregorium,  
 qui de libero arbitrio ac uiribus humanis loquens,  
 dicit: Sancti quidquid sibi mali imesse cognoscunt, de  
 mortali propagine sentiunt meritum: quidquid uero  
 boni inspiciunt, gratiae Dei cognoscunt donum, eiq;  
 de accepto munere debitores sunt: qui & praeuen-  
 endo dedit eis bonum uelle, quod noluerunt: & sub-  
 sequendo concessit bonum posse, quod uolunt. An-  
 diatis quoque Ambrosium. Hic hominem non nisi De uocati-  
 malum posse dicit, si eius naturam spectes, inquit e-  
 him: Licet in se homini malum nolle, tamen nisi do-  
 natum

tum non habet bonum uelle : illud contraxit natura  
 per culpam, hoc recipit natura per gratiam. Audit  
 De lib. arb. tis adhuc Bernardum ipsum, qui clarissime inquit:  
 & gratia. Nemo putet ideo dictum liberum arbitrium, eo quod  
 æqua inter bonum & malum potestate, aut faculta-  
 te uersetur, cum cadere quidem per se posset, non au-  
 tem resurgere, nisi per Domini spiritum. Quis ergo  
 aduersus sacras literas, totq[ue] patrum testimoniorum, in-  
 perbum illud liberum arbitrium, quod tamen pra-  
 ter nomen nihil habet, aduersus gratiam Dei extol-  
 lere ausit? Quod si quis id facere molliatur, una cum  
 Pelagio ac Cœlestio heresi damnetur, ac inter pi-  
 orum numerum nomen non habeat. Hæc sunt que  
 spiritus Domini in me de libero arbitrio locutus est.

Dæmonianus cum hæc audisset, Et nos om-  
 nia, inquit, hæc iam pridem sciebamus, tum à sacris  
 literis, tum à patribus dicta fuisse : sed quoniam san-  
 ctam Romanā ecclesiam, quæ omnium est magistrum  
 audire contemnis, ideo nihil eorum quæ in medium  
 protulisti intelligis, sed hereticus es, & uelut hereti-  
 cus comburēris: ad alia tamen quæ interrogāda sunt,  
 progediamur, ut auditis audiendis, & consideratis  
 considerandis, tollamus malum de medio nostri, sicut  
 l. Cor. 5. Paulus nobis faciendum esse præcepit : sic enim fu-  
 cientes, iustificabimus nos coram populo. causam e-  
 nim summo iure ac pietate in nomine Domini no-  
 stri I E S V C H R I S T I absoluisse uideli-  
 mur : & unā quoque omnes alios summo timore ac  
 tremore afficiemus, ita ut non amplius unusquisque  
 uelut

ueluti per multos annos factum est, audeat hærefes istas, cum maximo huius sanctæ sedis damno, docere, ac passim inuulgare. Si enim te cæterorum doctorem combufferimus, id sanè discipulis tuis eueniet, quod & C H R I S T I apostolis. sicut namque apostoli uidentes C H R I S T V M in mortis discrimen adductum, omnes fugerunt: sic & discipuli tui exhibunt à finibus nostris. scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves. His uerbis commota est tota scribarum ac Pharisæorum multitudo, & clamabant omnes, dicentes: Tollatur igitur, & comburatur.

Ad hæc uero Eusebius: Si male, inquit, locutus sum, testimonium perhibete de malo: si autem bene, cur in sanguine meo manus uestræ commisce-re uultis?

At illi dixerunt: Si hæreticus non es, pœna mortis te non damnaremus.

Ille autem: Sic & Pilatum, inquit, Iudei alloquuntur, dum C H R I S T V M ei crucifigendum traducerent.

Ergo & nos, inquiunt, Iudei sumus, qui Christum crucifigere uelimus?

Vtinam, respondit Eusebius, iniquitas uestra iniuitate ludæorū longè grauior non esset. Iudei namque C H R I S T V M, quem hominem uidebant secundum carnem, crucifixerunt. Vos uero eundē sedentem in ecclesiis ad dexteram patris persequimini. eiusdem animam, spiritum, ecclesiam, bonaq; omnia ecclesiæ

eccl<sup>esi</sup>a ipsi collata funditus euertere nitimini. vbi  
Iud<sup>e</sup>os reperimus eos unquam igni deuouisse, qui

**C H R I S T I** nomen annunciamrere? C<sup>et</sup>ius ille quo-

**Io.9.** niam à **C H R I S T O** illuminatus, eiusdem nomen  
celebrabat, ex illorum tantum synagoga*c*iebus fuit.  
uos uero Hyrcanis iugib<sup>s</sup> eti. in crudeliores homi-  
nes cum si. is, cunctis hominibus humanitatem. Ego  
tiam, benevolentiamq; exhibere deberris: at conni-  
omnia facitis. nam non excommunicatione. sed igit  
non è synagoga tantum uestra, sed ex hac uia appellati,  
quotquot **C H R I S T I** nomen hiscere audet. Cum

**Galat.6.** Paulum non auditis? is namq; spiritualibus, quorum  
nomine gloriamini, praecepit, dicens: Si praeoccip-  
tus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales  
estis, huiusmodi instruite in lenitatis spiritu. Si in-  
quia **C H R I S T V M** confiteor, quia uni **C H R I-  
S T O** tantum fido, hæreticum iudicatis, post unam

**Tit.3.** atq; alteram correptionem deuitate, ut Paulus uobis  
m<sup>ad</sup>at. si hac ex causa me aliquid in uos peccasse con-  
setis, cur in me fraterna correptionem, quemadmodum  
**C H R I S T V S** uobis præcepit, nullam exercentes,  
queritis saeuissima ignis poena me excruciatu perdi-  
re? si **C H R I S T I** institutu sequeremini, forte dicte-  
ret quis, uos potestate uestra nō ad destructionem, sed  
ad ædificationem eccl<sup>esi</sup>a uti: sed cū à **C H R I S T I**  
m<sup>ad</sup>ato toto erretis cœlo, quid mirū, si pseudoaposto-  
li, iniquitatis operarij, satanæ angeli, transfiguran-  
tes se in angelos lucis, in ministros iustitiae ab omni-  
bus p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>is uocamini: uobis tamē reddet Deus secundum  
opera

opera uestra. Vbi unquam dictum est ecclesiæ? Occidite pseudoprophetas, occidite pseudoapostolos: at CHRISTVS tantummodo dixit: Cauete à pseu-  
doprophetis: cauete à fermento phariseorū, quod est  
hypocrisis. Vbi uera CHRISTI ecclesia quæqua-  
liquando persecuta est? ubi ueri ecclesiæ CHRISTI  
pastores, ouïū suarū sanguine manus suas con-  
spurcariunt? nullibi hoc factum fuisse inuenietis. ad Ecclesia  
ueram namque CHRISTI ecclesiam mandatum re debet.  
est, non ut aliquem persequatur, non ut aliquem oc-  
cidat, sed ut ferat crucem suam: capuiq; suum, qui  
CHRITSV S est, sequatur: & tanquam multitu-  
do ouium in medium luporum missa est.

At dicetis, Luteranorū hæresim omnino excin-  
dere uolumus. Sed si uos falsam religionem eos ex-  
citasse, uos uero Christianā tenere ac defendere di-  
citis, non armis ac crucibus, & igne uobis pugnani-  
dum est, sed telis diuinorum oraculorū. Sic CHRISTVS  
contra satanam non alio telo pugnauit: sic  
Phariseos per ea quæ in lege, prophetis, ac psalmis  
scripta erant, conuincebat: sic CHRISTVS apo-  
stolis suis pugnandum esse contra hæreticos iussit. ideo  
aperuit illis sensum, ut intelligeret scripturas. & du-  
illos mittit, ut falsos deorum cultus destruendos, non  
eis ut occideret aut comburerent mādauit: sed, in-  
quit, & prædicare euangelium omni creature: testes  
mibi eritis in Iudea, in Samaria, & usq; ad ultimum  
terrae. Sic Petrus, sic Stephanus, sic Paulus, tantum  
per scripturas ostendebant, quoniā ille qui dicebatur

I E S V S, quem ipsi crucifixerant, erat ille C H R I S T U S filiusq; Dei. Si qua igitur uestræ religionis ueritas in sacris literis habetur, armate uos, refellite hæc nostra si potestis, cōgredimini palam coram eccllesia. Singula quæq; discutite, ratione & hortamētis agite, conuocate nos ad concionem, fontem ac originem religionis uestræ ex sacro Dei uerbo ostendite, quæ merces in cultu, quæ pœna in contemptu maneat: uos docentes parati sumus audire: tacētibus autē nihil credimus, sicut nec sœuientibus credimus: nos imitemini, caussæ rationē exponite: nō illicimus aliquem, ut nobis obijcitis: docemus autem, probamus, ac ostēdimus. nemo à nobis retinetur inuitus, inutilis est enim Deo qui deuotione ac fide caret, & tamen religio nostra quotidie inualescit. unde hoc? Quis res ipsa ac ueritas loquitur. Cur igitur non loquimini? Cur in nos sœuitis? Cur hac crudelitate fungiti uos nobis consulere, nosq; ad bonam mentem uelle reuocare? O' mira & cæca dementia: in nobis putatur mala mens esse, qui fidem seruare conamur: in carnicibus autē bona. Quomodo in nobis mala mens est, qui contra ius humanitatis, contra fas omne laceramur? Et non potius in ijs qui sœuiunt in corporibus innocētum, quod nec sœuissimi latrones, nec iratissimi hostes, nec immanissimi barbari aliquando fecerunt. Non opus est uia & iniuria, quia religio cogi non potest: non uerberibus, sed uerbis res agenda est, ut sit uoluntas. Defendēda est religio, nō occidendo, sed moriendo: non sœuitia, sed patientia: non sceleri, sed fidei,

sed fide: quia hæc honorū, illa malorum sunt. Quod  
 si sanguine, si tormentis, si malo religionē quis defen-  
 dere uelit, iam nō defendetur, sed polluetur atq; ui-  
 labitur. Recta igitur ratio est, ut C H R I S T I reli-  
 gionē patientia & morte defendamus: sic enim fides  
 cōseruatur, & ipsi Deo grata est, & religioni addit  
 autoritatē. Nam si is qui in terrestri militia regi suo  
 fidē seruat in aliquo egrorio facinore, si postea uixe  
 rit, acceptior est et charior: si perierit, summā gloriā  
 consequitur, q̄ pro duce suo mortē occubuerit: quāto  
 magis imperatori omniū Deo fides seruāda est, q̄ non  
 tantū uiuēibus, sed etiā mortuis præmiū potest fidei  
 ac uirtutis æternū persoluere? Bonorum igitur est, ut Bonorum  
 profide ac religione patiātur ac moriātur: malorum est, profide  
 uero, ut hos persequantur, ui ac tormentis excrucient, mori: malo  
 miserrimisq; ac sœuissimis mortis generibus occidunt: rum autē,  
 illos C H R I S T I ecclesia amplectitur, in qua uiget  
 pietas, & mansuetudo, ac charitas: hos uero Satane  
 synagoga, tanq̄ misera mācipia detinet, ubi nec pietas  
 cū carnificina, nec ueritas cū ui, nec iustitia cū crude-  
 litate cōiungi potest. Lōgē diuersa sunt hæc: & tamē  
 si q̄ populorū cæcitatē exploret, horū omnū nomi-  
 na irāslata ac immutata sunt. Nā carnificinæ, pieta-  
 tis nomē impositū est, mendacio ueritatis, crudelitati  
 iustitiae, odio charitatis, ita ut mali boni, fontes inno-  
 cētes, impij pij, homicide charitatis amatores, & Sa-  
 tanas deus cēsatur. At tu Dñe qui scrutaris renes &  
 corda filiorū hominū, exaudi preces seruorū tuorū,  
 abscōdita tenebrarū reueles, & uim eorū coērceas q̄

## 132 Acta secundi diei.

insidianter sanctis tuis, ut extinguant nomen glorie  
tuæ: respice Domine in me, & uide uincula mea, ne  
derelinquas me: sed præsta ut non deficiam in con-  
fessione nominis tui, ac C H R I S T I sancti tui.

Et cōuersus Eusebius ad illos qui sanguinem eius  
stiebam, Crudeliores, inquit, estis in me quam patru-  
uestrorum leges ferant. Scriptum est enim: Ecclesia

33. q. 2. in-  
ter hæc. non habet nisi spiritualem gladium, quia nō occidit,

23. q. 1. par. sed uiuificat. & alibi dixerunt: Materialis gladius  
1. legitur. prælatis in exemplum patientiæ inhibetur: spiritu-

Ephe. 6. lis uero, qui est uerbum Dei, exerceri præcipitur.  
33. q. 2. in- Item: Ecclesia criminatos non materiali, sed spiri-  
terfecto - tuali gladio feriri iubet: quomodo igitur uos mato-  
res. rum uestrorum traditiones seruatiss?

DE OBE- Agite, inquit Papa, ad alia progredimini, &  
DIENTIAE tentetis eum de excommunicationis censura, de uo-  
uoto. tis, de cultu sanctorum ac eorum adoratione, & alijs  
eiusmodi: ut quod facturi sumus, citò absoluamus.  
& dicamus ei: Sicut credidisti, sic fiat tibi.

Demonianus igitur ille inquit: Quid sentis de  
uotis monasticis? ac prius de obedientiis?

Huic dixit: si huius uestrri regni architecti no-  
uissent, quanta diuinæ legis sit perfectio, & quem-  
admodum Deus ab homine eiusdē legis obedientiam  
cum internam, tum externam, ut dixi, & utramque  
perfectam exigat: si inquam humanarum quoq; ui-  
rium imbecillitatem sensissent, ac ecclesie salutem  
optassent, reique ueritatem docuissent, nullus un-  
quam suis humeris maiora imposuisse onera: at di-  
xissent:

xisset: Lex quidem sancta, et mandatum sanctum,  
 & iustum, & bonum: homo uero (quisquis ille  
 sit) ei obedire non potest, cum nullus inueniatur qui  
 Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente,  
 & ex omnibus uiribus suis diligat, et proximum  
 suum sicut se ipsum. Qui fiet igitur, ut praeter Do-  
 mini mandata, hominum quoque quamplurima mi-  
 hi obseruanda statuam, ac prescribam? Si paruum  
 lapidem ferre non possum, quomodo ingentem saxi  
 molem feram?

Tum hypocrita ille asinino colore indutus, no-  
 doſoq; fine cinctus, dixit: Per optimū sanè est, ut ho-  
 mo abneget ſemetipſum, et ſe alterius uolutati ſub-  
 iicit, eiq; in omnibus obtēperet. Scriptum eft enim,  
 quod Deus obedientiam p̄eſacrificijs probet. p̄eſac- 1. Reg. 18.  
 terea Deus ipſe eos arguit qui nulli obedire patiunt-  
 tur, et increpat eos, dicens: Veh qui sapientes eſtis Efa. 5.  
 in oculis ueſtris. Et Paulus ad Romanos ſcribēs, in- Rom. 12.  
 bet ut non ſint prudentes apud ſemetipſos. Et Petrus 1. Pet. 2.  
 inquit: Subiecti eſtote omni humanæ creature pro-  
 pter Deum.

Cui respondit ſeruus Domini: Per pulchra p̄e-  
 claraq; inquit, eſt obedientia: ſed ea duntaxat qua  
 homo primū Deo ipſi pareat, deinde his quibus Deus  
 nobis parendum eſſe præcipit: ac multa, ut alacri a-  
 nimō pareamus, pollicetur. hi ſunt p̄eſe ceteris pare-  
 tes noſtri, et magistratus: his enim ex Domini mā-  
 dato obedire debemus. Si uero aliquis ſeſe ab hac o-  
 bidentia eximat, ac ſubducat, ut fictam quandam

& ab hominibus excogitatum obedientiam amplectatur, huiuscmodi sane obedientia nonne sacrilegium ac crimen lese maiestatis dicenda est? Id turpificat, dum quis homini cuiusdam intra coenobia sese subiicit, sacramentoque se, vel uoto (ut dicunt) obstringitur, se in omnibus illi obtemperaturum. Hinc fit, ut parentum ac magistratum obedientiam, quae illi a Deo precipiebatur, prorsus rejiciat. In hac igitur emenditam ac sacrilegam obedientiam, sectarum auctores hypocritæ simplices adolescentulos adolescentulasque pertrahunt, ut obedientiam quam Deo, parentibus, ac magistris suis debeant, sibi presentem: ac si huiusmodi hypocritica obedientia quam excogitarunt, obedientiae, qua quis Deo parere tenetur, longe preteriret. Addam quoque, quod ut impietatem suam prodant, ad perfectionis statum hunc condescendisse dicunt, qui huiusmodi obedientiam complexus fuerit: ceteros uero, et si irreprehensibiles essent, ex imperfectorum numero esse dicunt: hosque seculares vocant, quasi etatulum que secularia ac terrena sunt, sectantur: illum uero spiritualem praedicant, ac si spiritum tantum ambularet. Contra hos qui sine uerbi testimonio tale scelus excogitarunt, loquitur Deus omnipotens dicens: Non addetis ad uerbum quod loquor uobis, nec auferetis ex eo. Quod præcipio uobis, hoc etatulum facite: nec addatur quidquam, nec minuitur. Horum sacramentum conuincitur, eo quod super Dei confirmationem testamentum aucti sunt aliquid superordinare. Horum nequitia a CHRISTO exprimitur, cum inquit:

Deut 4.12.

Galat. 3.

inquit: Veh uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui Matth. 23.  
 circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum prosely-  
 tum, & cum factus fuerit, faciatis eum filium gehen-  
 ne duplo quam uos. Horū inuenta à C H R I S T O Matth. 15.  
 uana dicuntur. Populus hic labijs me honorat, inquit,  
 cor autem eorum lögè est à me: sine causa colunt me,  
 docentes doctrinas ac mandata hominum. Quare  
 transgredimini mādata Dei propter traditiones ue-  
 stras? Nam Deus dixit, Honora patrem tuum, & ma-  
 trē tuā: & Qui maledixerit patri uel matri, morte  
 moriatur. Vos autem dicitis: Munus quodcunq; ex  
 me est, uobis proderit. Quid dicam uobis ô hypocri-  
 te, nōnne scribis & Pharisæis illius tempestatis sce-  
 lestiores estis? Illi Dei mandatum transgredieban-  
 tur, quia filios populi docebant ut unusquisque co-  
 rum patri uel matri quid furaretur, sibiq; in templo  
 (ac si Deo offerrent) largirentur: eosdemq; admone-  
 bant, ut si à patribus foriē reprehenderentur, respon-  
 derent: Pater mi bono esto animo, quod enim templo  
 per me oblatum est, tibi proderit. At uos simplices  
 puerulos per dulces sermones ac benedictiones &  
 pollicitationes seducitis, ita ut non quid minimum pa-  
 tri forentur ac uobis offerant: sed ut omnino derelin-  
 quant patrem ac matrem, se metipsoſq; uobis tan-  
 quam captiuos dedant, & uobis in omnibus pareant.  
 Eosq; docetis, ut patri ac matri eos increpanibus di-  
 can: Estote bono animo: sic enim futurum est ut ega-  
 in coenobio degens, in silentio, in ieconijs, in oratio-  
 nibus, in uigilijs, ac obedientia, non solum mihi, sed

Et uobis uitam æternā adipiscar. ô hypocrite, non  
 ne mundatis quod desvoris est, intus autem pleni estis  
 avaritia, et iniquitate? Hanc præterea obedientiam  
 in populorum gratiam, quibusdam ex cogitatis mi-  
 rabilibus, euehit, dicentes: Videte, ô populi, quem  
 admodum hæc nostra obediētia Deo mirum in mo-  
 dum placeat. Abbas quidam (ut in libris nostris in-  
 uenimus) quidam præcepit monacho, ut lignū quo-  
 dam omnino aridum defigeret in terram, illudq; per  
 annum singulis diebus irrigaret. Quod dum mona-  
 chus simplici animo fecisset, lignum illud pulcherri-  
 ma suauissimāq; protulit poma. Quæ cum accepis-  
 set Abbas, obedientiam hāc summopere Deo gratam  
 esse ostēdit. nam poma monachis omnibus exponēs,  
 inquit: En fructus sanctæ obediētiae. Præterea Abbas  
 quidam dum monachum quendam uocaret, contigit  
 ut monachus scribens in cubiculo suo, statim audita  
 Abbatis uoce surgeret, et ad eum mox festinans ac-  
 curreret. dum uero monachus ad cubiculum reuer-  
 titur, dimidium literæ O aureum esse inuenit. Quod  
 dum sciuissest Abbas, monachis literam ostendit di-  
 cens, O sanctissima omnium uirtutum simplex obe-  
 dientia. quidquid obediētiae causa negligitur, id à  
 Deo ex auro restituitur. His igitur somnijs miselli  
 adolescentuli decepti, dum à uobis conficta menda-  
 tia uerbo et mandatis Dei præponunt, Deo ipsi con-  
 tumaces fiunt, atque in eius legem iniurijs. Ostendite  
 quānam lege aliquid contra Dei uerbum constituere  
 poteritis: hoc nō solum à sacris literis, ut supra dixi,  
 uobis

Nobis prohibetur, sed & à decretis uestris. dicunt Dist. 10. Nō  
enun: Non licet Imperatori, nec cuiquam pietatem licet.  
custodienti, aliquid contra diuina mandata præsume  
re: nec quidquam quod euangelicis, uel propheticis,  
uel apostolieis regulis obuiet, agere. Ibidem quoque  
uidete: Mala autem consuetudo. Item, Veritate mani Dist. 28.  
festata. Item, Si consuetudinē fortassis. Item, Qui con-  
tempta ueritate. Item, Frustrā inquit quidam. Item,  
Cōsuetudo. Item, Si solus. Ex omnibus his locis obe-  
dientiam uestram, impium esse scelus cognoscitur,  
cum sacris literis omnino aduersetur. Fugati igitur  
ea quotquot C H R I S T O inseruire malunt, quam  
satane, ac impie eius religioni. ne cogitent uestes aut  
rasos uertices hominem sanctiorem reddere: quoniā  
non loca uel ordines (ut scribitur) creatori nostro Dist. 40.  
nos proximos faciunt: sed aut merita bona coniun- Non loca.  
gunt, aut mala disiungunt. & quaelibet occulta loca  
sine gratia Dei animam saluare non possunt, quod a- Dist. 40.  
liquando quoq; conspeximus in erratis electorum. Quaelibet.  
Nam Loth in ipsa peruersa ciuitate fuit iustus, in  
monie uero peccauit. quid paradiſo iucundius? quid  
coelo securius? tamen homo ex paradiſo, & angelus  
de coelo peccando cecidit. Quid de Paulo, Antonio,  
Hilarione, ac Hieronymo dicam? num illos dānem  
nequaquam. non tamen ob id nostrae tempestatis mo-  
nachiglorientur, quasi tam præstantes in sanctitate  
uiros imitati sint. Longè enim diuersa est nostroru[m] Antiquorū  
monachorum ratio uictus, ab illa quā sancti illi am-  
plexati fuere. illi namq; ut C H R I S T I beneficia ratio.  
monachorum uiuēdi

expeditius ac commodius contemplarentur, non ali-  
 quid quod cōtra sacras literas haberetur instituerū.  
 petierunt namq; deserta: precibus, ieiunijs, uigilijs, li-  
 terarumq; studijs sacrarū uacabant: ac manibus se  
 exercendo, exemplū bene uiuēdi posteris reliquerū.  
 non tamen ab hominū cōetu ac frequentia adeo abſi-  
 nebant, ut se adeuntes resalutare & affari nō audie-  
 rēt: quin potius quotquot eos cōueniebat, in C H R I  
 S T I doctrina erudiebāt, nihilq; aliud præter C H R I  
 S T V M crucifixū illis annunciatibant. quod de A N-  
 tonio præcipue legimus. non solū enim his qui cathe-  
 uatim ex Christianorū numero accedebāt, nihil aliud  
 præter C H R I S T V M prædicabat: sed & contra  
 gentiū ac infidelium sapientes acerrimas habuit dif-  
 tationes. hi nāq; cum à populis audissent, accesserunt  
 ad illum, & pluribus rationibus cum illo contra eius  
 doctrinam agere coepерunt. ipse uero tantummodo  
 C H R I S T V M illis annūcians, ostēdit illū sapien-  
 tiā Dei esse, qua mundi sapientia confusa fuerat.  
 Vt inā hēc nostra hypocritarū tempora plures habu-  
 rent Paulos, Antonios, Hilariones, & huiusmodi. sic  
 enim futurū sperarē, ut nostrorū monachorū impie  
 doctrinæ, ac uana inuenta per eos detegerētur. quo  
 tamē ipsi superstitionū suarū autores prædicat. bona  
 quidē semina in Domini agro iaciebāt illi: p nostrā  
 autē monachos, satanas lolii infeliciissimū dissemin-  
 auit. illi dicebāt, Ieiuniū orationi inferuiunt: nos  
 monachi dicunt, Præscribātur quidā dies quibus po-  
 puli ieiunent. iam lolii disseminatū est. Dicebāt illi:  
 Abstinere

Abstinere quādoq; à carnib. et his quæ corpus admodum sagnant, cōfert, ut quis libidinē coerceat. Nostri monachi dicūt: H. beatur delectus dierū, in quib. carnis uesci nō liceat. iā supersticio nata est. Illi dicūt: Ad deserti loca, si spiritus Dei nos impellat, secedamus, ut studijs liberius uacare possumus, ac carnis nostræ mortificationi, ut tū doctrina, tū uitæ sacerdotalia C H R I S T I ecclesiæ usui esse possumus. Nostri monachi dicūt: Cœnobia ædificemus, ea solitudinis loco habeamus: in his uoto astringamus nos, traditiones patrū sub poena peccati mortalis sectemur. iā sacrilegia, iam conscientiarū carnificinae cōstructa sunt. Illi dicebāt: Memoriæ martyrum in honore habeantur, in ecclesiæ recitetur, eorūq; constantiā imitemur. Monachi nostri dicūt: Martyrum ossa colātur, eorū nomina inuocētur, illorū statuæ adorētur. Iam idolatria in C H R I S T I ecclesiā per monachos nostros irrepsit. Illi dicebāt: Alicuius sancti eremitæ Christiana doctrina, Christianisq; moribus probato adiungamus nos, et ei tanquam filij pareamus, ut effrenē iuuemutē nostrā cum Domini timore ac tremore transfigamus. Monachi nostri dicunt: Adolescentulos nobis adsciscamus, eosq; uoto ac iure iurando astringamus, ut nobis in omnibus sub poena nō solum peccati mortalis, sed et carceris obtēperent. iā à C H R I S T I doctrina alie-  
nū, à priscis patribus longè dissentiens dogma statutū est. Nō igitur monachorū priscorū uelo fabulas ueras tegatis: nec hypocriticā uestrā obedientiā ab illis præscriptā uobis fuisse dicatis. Quòd uero ad autoritates sacræ scripturæ attinet, quas hypocrita ille

adduxit, tantum abest ut illam præcipiant, aut probent, ut aut prorsus illi repugnant, aut longè ab illa diuersum doceant. Cum enim Deus dixit, Obedientiam malo quam sacrificium: non de obedientia quia homo homini paret, loquitur, sed de ea qua homo Deo ipso sub poena maledictionis ac reprobationis diuinæ parere tenetur. nō enim Sauli eo in loco mutatur Deus, neq; eum à facie sua, et ex regno ejicit, alicui homini non paruerit: sed dicitur, Quandoquidem tu abiecisti uerbum Domini, abiecit et ipse te, ne sis amplius rex. Sic quoq; et Deus abiecit nos à confessu suo, propterea q; eius obedientia abiecitus, ut mandatis hominum obediretis. Cum uero Petrus inquit, Subditi estote omni humanæ creaturae non nobis his uerbis suadet, ut derelinquentes patrem ac matrem, Abbatis alicuius obedientiae subdanus nos: at potius docet, ut magistratibus nostris debitam obedientiam præstemus, et hoc propter Deum: quoniam à Deo nobis dati sunt, ut illis obtemperemus.

1. Pet. 2. Hæc sunt Petri uerba: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Quando autem Deus illis minatur qui sapientes ac prudentes sunt in oculis suis, sic quoq; dum Paulus hortatur ut non simus prudentes apud nosmetipos, exponenda sanè non sunt hæc uerba ac si dicarent, Veh uobis qui doctrinis ac mandatis hominum obedire dediti minori: at per ea docemur, ne, contemptis Dei præceptis, iudicio nostro persuasi nos prudētes esse, in omnibus nobis

nobis placere uelimus, omniaq; ex arbitrio nostro,  
non ex Dei uerbo, uelle iudicare, ac disponere. Hæc  
itaq; tum Dei, tum Pauli uerba, omnium eorum te-  
meritatem arguunt, qui iudicium suum tanquā Deus  
quendam ac numen adorantes, sibi fas esse putant, ut  
quidquid à se uel iudicatum, uel probatum uel decretū  
fuerit, ab omnibus alijs tanquam uerum, sanctum, ac  
più habeatur. ideo cum neq; ex scripturis sacris, neq;  
aliunde, hanc uerstræ obedientiæ pestem comprobare  
possitis, illam ad Antichristi, non CHRISTI, re-  
gnum spectare dicamus.

Tum surrexit Carnalis quidā, Cardinalis dicere DE PAV=  
uolui, qui per fas & nefas centum millia aureos fin- PERTATIS  
gulis annis ex pauperum CHRISTI bonis furaba uoto.  
tur, ac si eos paterno hæreditarioq; iure possideret:  
Et si uera aliquando, inquit, fuerint ea quæ retulisti  
de pristina monachorum disciplina, & aliquandiu  
monasteria, seu coenobia, nihil aliud fuerint nisi col-  
legia literarum, ac scholæ iuuemat, ut habemus in  
Decretis nostris: uisum est tamē spiritui sancto & no 12. q. 1. Ne-  
bis, alias generis disciplinā in CHRISTI ecclesiā cessari.  
inuehere: quæ cum ab omnibus fidelibus unanimiter  
accepta fuerit, non posset sine maximo tumultu am-  
plius subduci. Sed tamē omnibus malis quæ ex hac cō-  
suetudine contingere possunt, optimè consultum est.  
nam innumeræ artes à spiritu sancto structæ sunt, ut  
homines facillimè delictorū suorū ueniam conseque-  
rentur. sed hæc omittamus. parum enim refert, si uel  
aniquam uel hodiernā ecclesiæ disciplinam secte-  
murus,

mur, dummodo nihil contra conscientiam faciamus.  
intentionem igitur bonam in omnibus habeamus: et  
sic nunquam errabimus. C H R I S T V S enim dicit:  
Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuū lū-  
cidum erit. sed postquam de uoto obedientiae locutus  
es, profer etiā quid de paupertate monastica sentias.  
ego namq; (ut uerum fatear) per multos annos in re-  
ligione quæ sancti Francisci dicitur, uixi: in quam  
primò ingressus, iuxta regulam Francisci uoto me  
obstrinxī, ac iurauī me nunquam usq; ad mortē pe-  
cuniam tacturum, neq; aliud proprium habiturū, sed  
in summa paupertate omnibus diebus uicturū. Con-  
tigit autem ut die noctuq; nihil aliud excogitarim,  
præter id quod sanctæ Romanae ecclesiæ, ac summæ  
Pontificis autoritati utile futurū cognoscere. Quid  
propter Deus qui nunq; eos deserit, qui eius regnum  
ac eius iustitiam querunt, adiecit mihi tandem plurima  
bona, ita ut uerum esse fatear quod dixit David: Nō  
uidi iustum derelictū, nec semen eius querēs panem.  
**Quid igitur de paupertatis uoto uos Luterani sentitis?**

Hic Eusebius: Cum omnia, inquit, ex sacris literis  
hauriamus, et hac quoq; de re, iuxta earum mentem  
tractemus: in primis igitur sciatis uelim, neq; Deus  
ipsum consuluisse, neq; C H R I S T V M præceptum  
aliquid dedisse, ut opes deseramus, paupertatiq; nos  
uoto adstringamus, ut quas gratuita bonitate à Deo  
ipso facultates accepimus, ita relinquamus, ut perpe-  
tuo carcere intra parietes quosdam pauperes ac men-  
dici usq; ad mortem uiuamus. Quim potius et domi-  
nia O.

Nid est facultatū proprietatē Deus comprobat, cum  
plerosq; in sacris literis inueniamus, qui etsi ditissimū  
fuerūt, ueluti Abraā, Isaac, & Iacob, Ioseph, Dauid,  
Iob, summæ tamen bonitatis uiri fuerūt: ac quātōpere  
Deo grati extiterint, ipsa Dei testimonia demonstrat.  
oportet tamē diuitias recte possidere. quod ut facias,  
bona sit conscientia necesse est, ut scilicet scias hanc  
facultatē, opumq; quarūcunq; distributionem à Deo  
ipso factā fuisse, ut hilari quoq; animo et tu pauperi-  
bus aliquid eroges. Modus uero quo id erogare de-  
beas, à Paulo docetur dicente, Nō ut alijs sit remissio, 2. Cor. 8.  
tibi autē angustia. Idē à Solomone innuitur, cū dicit,  
Bibe aquā è tuis fontibus, fontes tui foras deriuētur, et Prou. 5.  
riui effluant in plateas: attamen dominus esto horum  
solus, nō alieni tecū, benedicentur enim sic fontes tui.  
Quod si ex diuitijs ac opulētia te ad inopiā ac pau-  
pertatē Deus uocaret, eam alacri animo feras: scias q;  
hāc Domini Dei nostri esse uoluntatē, ut quēadmodū  
alijs crūnis, sic & paupertati subijci amur. ut tanquā  
maiestatis eius nūcia, moneat nos de peccato, ad gemi-  
tus nos cōpellant, & sic ad ipsius Dei misericordiam  
tandē accurrere nos faciat. Ex diuitijs paup & inops  
faclus es? dicas cū Iob, Dominus dedit, dominus abstulit, Iob 1.  
ut Domino placuit, sic faclū es: sit nomen Domi-  
ni benedictū. agnoscas paupertatē tuā esse crucē, quā  
tollere ac post C H R I S T V M ferre debes: ideo in  
spe, patientia, ac fide eāferas: nihilq; ob eā cōtra Dei  
mandata cogites, nec committas. nec eius causa te à  
Deo nō diligi, nō curari suspiceris: quin temetipsum  
horteris, dices: Cū iudicium à domo Dei incipiat, & is

1. Pet. 4. tantum filius agnoscatur, quem pater corripit: *spurcū*  
 Heb. 12. uerò & non legitimi, qui correptionis participes nō  
 sunt: qui igitur fiet, ut paupertatem hanc benignam  
 patris mei manum esse non cognoscam? Deserenda  
 enim à te essent opes, si uocationi tuae obfisterent, *scilicet*  
 luti exempli gratia, si cogereris aut opes, aut uerae  
**CHRISTI** doctrinam relinquere: tunc enim, cum  
**CHRISTO** nomen dederis, atq; in baptismo po-  
 licitus sis, te nulli præter quam ipsi militaturū, opes  
 deserere deberes. quibuscūq; enim rebus antepone  
 euangelium debemus, & potius dicere patri & mā-  
 tri, Nescio uos, quam euangelium derelinquere, à  
**CHRISTI** que confessione deficere: & tunc si  
 Dominus spes nostra: nosq; in eius promissionibus  
 firmos reddamus, certoq; sciamus nos centuplū at-  
 cepturos: tempus autē quo hoc accepturi simus, Deo  
 ne præscribamus. ipse enim noui: bona filijs suis op-  
 portunè dare. siue enim hac in uita hoc faciat, siue  
 in alia thesauros gloriæ ac maiestatis suæ nobis ape-  
 riat, uerax erit in sermonibus suis. Quando igitur ex  
 opulentia ad pauperem uitam agendum à Deo uoc-  
 mur, per optimam sanctissimamq; erit paupertas: securi-  
 autem ethnica, & publicana impietas. ut quid ergo  
 auarissimi quidam homines, uerbum Dei nihil fru-  
 cientes, hypocrisim quādam somniarunt, quam pau-  
 pertatē uocarunt? quam, ut inter monachos utigeret,  
 speciosis titulis exornarunt, huic peccatorū remissio-  
 nem tribuerunt, hanc pro cultu Dei docuerunt, hanc  
 cœlum ipsum acquirere depraedicarunt, cum tamē  
 nūdū

nihil aliud sit quam paupertatis larua, ac impostura.  
 Quis queso impudentius diuitias corradit, uiduarum  
 domos comedit, q̄ monachi & sacerdotes? Audiant,  
 queso p̄ij egregiam monachorum paupertatem. Si  
 ecclesiam (lapideā dico, nam Christianā, quae est mul-  
 titudo fidelium, destruunt) ædificant, nolunt eam con De cons.  
 secrare, nisi prius fuerit illi ab aliquo diuite, quemad eccl. Quod  
 modum puellæ alicui, dos assignata: dicuntq; quòd sicut.  
 qui heredem instituit ecclesiam, uel monasterium, De probat  
 nunquam sine herede moritur: prædicant, illis necesse sentia.  
 se esse habere bona temporalia. quia sicut anima sine i. q. 3. si  
 corpore non uiuit corporaliter, sic & ecclesia sine quis.  
 temporalibus in nullo proficit: afferunt decimas sibi De dec. c.  
 ex iure diuino dandas, easq; de lana, fœno, molendi peruenit.  
 nis, piscarijs, deductis omnibus expensis: has de omni De dec. c.  
 bus licetē acquisitis dandas esse dicunt: easdemq; reti missa.  
 nerit non debere, & si clerici exigentes mali essent. De dec. c.  
 quo in loco habetur, quòd decimæ sunt signa uniuers tua nobis.  
 Ialis dominij (nota hic eorum tyrannidem) & tri-  
 buta egentium animalium (obseruahypocrisim) &  
 quòd laici his ex causis per censuram ecclesiasticam  
 compellendi sunt ut eas soluant: detur uero aliquis De dec. c.  
 qui eas detineat, priuant illum sepultura (ut ipsi di- prohibe-  
 cunt) ecclesiastica. En quibus artibus pauperculi isti mus.  
 in ocio degunt, aliorumq; tum sudorem bibunt, tum  
 panem manducant. At quid uicissim tribuitur à mo-  
 nachis his qui eos ita in ocio fouent, ac nutriunt?  
 ingrati sane nec ipsi esse uolunt. nam eis aquam lu-  
 stralem conficiunt, quæ se in ecclesiam ingredientes

Quid mo-  
 nachi po-  
 pulis præ-  
 stent.

abluere possint proprijs quoq; manibus illos quan-  
 doq; abluunt, uelut in baptismo : nec hoc aqua tan-  
 tummodo ( sicut præcepit C H R I S T V S ) sed a  
 postolis liberaliores sunt. oleum namq; sal & spuma  
 & quædā alia addunt. oleo eos ungunt, nec uiuentis  
 tantum, sed moribudos quoq; eorū peccata audiunt,  
 illos absoluunt, thuris thymiamatisq; fumū exhibe-  
 si que apud illos sunt ossa mortuorum, ea quandoq;  
 illis ostendunt : pro eorum peccatis se ieiunare, fle-  
 re, orare, semetipos quoq; flagellare dicunt. campa-  
 narum ictib. eos ad solennes pōpas uocant: ibi q; tun-  
 cantibus, tum diuersorum instrumentorum sonis eos  
 oblectant. parentum ac consanguineorum ipsorum  
 animas ex purgatorio ad cœlorū regnū euocant, fisi-  
 nam subigunt, pastā conficiunt, coquunt, multisq; labo-  
 rib. ex pane C H R I S T V M creant, eumq; illis ad  
 randū offerunt. quorū omnū et si nihil neq; à C H R I-  
 ST O, neq; ab apostolis præceptū sit: tanti tamē sūni  
 momeni, ut si quis ea contemnat, statim in heresim  
 prolabatur. O egregiā igitur monachorū pauperia-  
 tem, quæ tot diuinitis artibus cōseruatur. quis eius la-  
 des enarrare posset? Audite quæso cœli quæ loquor,  
 audiat terra uerba mea: sanctissima hec paupertas illa  
 est, qua monachi Patauinū ciuem Bartholomæū Heil-  
 am ita proprijs expoliarunt bonis, ut in extremam de-  
 sperationem furoremq; actus, in triū sibi charissimā  
 rū filiarū iugula gladiū stringere non dubitarit: sibiq;  
 tandem uiolētas, sanguineq; adhuc fœdatas manus imp-  
 ciens, infelicem animam exhalarit. Hæc Patauij ad  
 fuit

sunt anno 1552. Incipient ne tandem sapere populi agnoscēt ne aliquando impurissimas has harpyias epellent ne aliquando illas ex speluncis? Ht sunt qui ueluti tine & omniū bona corrodunt, ueluti ærugo demoliuntur, ac tanquā latrones pessimis post homines natos fraudibus deprædatur. quæ tamen omnia eleemosynæ nomine accipiūt, ut ex uerbo Domini, qui eleemosynā summopere commendat et præcipit, suas nequitias tueantur. nam si corū auaritiam reprehendis, statim obtrudunt tibi uerba C H R I S T I, Date eleemosynam, & omnia mūda erūt uobis. Si inquis, C H R I S T U S præcepit, ut egenis ac pauperibus & debilibus eleemosynam exhiberemus: dicunt, Qui nobis egentiores, ac miseriores? Si dicas, Attamen multa prædia, innumeros pagos, abundantissimos redditus habetis: respondent, Monasterium quidem diues est, nos aut monachi pauperes sumus. ac si parietes ipsi comedarent, & in summa rerum luxurie uersaretur. Si ulterius loquaris, ad iurgia statim accurrit, ac dicunt, Luteranuses, hæreticus es. Si Paulus excommuniicando illos iudicat, qui tantum curiose agentes, nihil operabantur, cur non magis impinguatis ac intrassatis monachis infligenda esset excommunicatio? hi non solum ociosi uiuunt, nihil operantes manibus suis (quod tamen antiqui monachi, ac C H R I S T I apostoli faciebant) sed ocij causa nullum est. Si seculeris genus quod isti non audeant designare. Si mendacia, somnia, superstitiones queras, horū fonte ex monachorum coenobijs promanasse inuenias. Si

idololatrias, bella, furtæ, proditiones, periuria, ueneficia, homicidia, his omnibus refertas monachorum manus reperies. Quis bombardas, diabolicum tormentum inuenta suum generis, quo innumera millia hominum occiduntur, humanum à monachis.

Bombarda nobio degens, à dæmone edoctus, hoc Venetis in Uliâ primò detulit. quo Genuenses, qui ad Clodiâ fossam prope Venetas obsidebantur, primi tanquam flaminis tacti sunt. ô perniciosissimum igitur hominum genus. Hinc ne monachorum nomine uocabuntur, ac non potius latrones ac prædones dicentur? Legitur enim

Lib. 8. c. I. de antiquis monachis in historia Tripartita, quod monachi qui manibus suis non operabantur, uolentis latronibus habebantur æquales. Et de Serapione ibidem legitur, quod monachos sic educabat, ut ex proprijs sudoribus necessaria compararet, & alij ministraret egentibus. Tunc ecclesia habebat uero monachos & Christianos: nunc habet dæmonas, qui laruati monachi uidentur. Hos ne apostolorum & prophetarum successores in Dei ecclesia dicemus?

Luc. 10. CHRISTVS apostolos suos uoluit ut ab omnibus auaricia prorsus essent alieni, ideo misit eos sine sacculo ac sine pera. Hi autem ut sacculos & peras suæ impleant, preces suas, ieiunia, merita, cruces, sonitus campanarum, cantus, sonos, cadaverum sonitus, cingula, uestes, sacramenta, triticumque Christum uendunt. Omnia demum propter pecuniam ab eis facta & falsata sunt. ab his tantummodo manus abstinent, ne furentur quæ contingere nequeunt. Ut quis

Quæ uen-  
dant mo-  
nachi.

igitur hoc tam abominandæ paupertatis uotum emit-  
tunt homines ? absque uoto tenēris ex Dei præcepto  
parte bonorum tuorū uerè egenis erogare. Sic namque  
Deus, Frange esurienti, inquit, panē tuū, & egenum Esa. 58.  
uagumque induc in domū tuam: cum uideris nudū, o-  
peri eum, & carnē tuā ne despixeris. iam nullo opus  
est uoto, ut ab eo ueluti stimulo quodā punctus, scias  
te bona tua pauperib. denegare non posse. nam Domī  
ni præceptum urget. quod si magis uoti que præcepti  
ratione mouearis, ut aliquid pauperibus impendas,  
non ne uides te pluris facere uotū ab homine ex cogita-  
tum, que Dei mandatum? Si rem Deo gratissimā facere  
cupis, CHRISTVM esurientem pascas, CHRIST-  
STM nudū uestias, CHRISTVM captiuū redi-  
mas, CHRISTVM errantem hospitio recipias,  
CHRISTO sitienti potū præbeas. In pauperes si Matth. 25.

ista exhibueris, certò scias te CHRISTO exhibu-  
isse. facultates igitur teneas, & CHRISTO tibi  
obuiā uenienti, etiā si omnes opes fuerint effundēdæ,  
alacriter impendas, & habebis thesaurum in cœlo.

Hic clamauerunt omnes, ac dixerunt Eusebio:

Digere uinum, quo mades.

Hic dixit: Neque uinum, neque aliud quod inebriare  
possit, bibi, sed zelo zelatus sum pro Domino Deo  
meo. nam principes ecclesiæ eius, infideles sunt, socij  
furum, diligunt munera, retributionesque; sequuntur.

At quid de huius sanctissimi ac beatissimi pauper-  
tate dicā? quibus uerbis mendacia uestra detegā, quibus  
ut uestræ ecclesiæ diuitias atque imperia iungeretis, ea

150 Acta secundi diei.  
omnia à Constantino, primo Christianorū Imperatore, postq; scilicet baptizatus fuit, Sylvester Romano Pontifici donata fuisse fingitis, cuius donationis causa Pontifices Romanos Sylvestro pro tempore succedentes, ueros ac legitimos totius Occidentis dominos ac Imperatores esse constitutos defenditis: in uestigio fauorem adducitis Decreta, quæ aperte testantur Constantinū beato Sylvestro non solū Romā, uerum etiam Siciliæ regnum, Italiam totam, Galliam, Hispaniam, Germaniam, Angliam, totiusq; Occidentis ditionē donasse: ideoq; Imperatorem tunc ex Occidentalibus partibus Byzantiū cōcessisse, ibi q; Orientaliū tantū imperio contentū obijisse. Quæ omnia et si à doctissimo viro Laurētio Valli, Romano ciue nobilissimo, à uobis conficta mōstrata sint: à me tamē (ut rei ueritatem agnos elucescat) q; breuius poterit, et uere colligi ab his q; Rom. Imperij acta scripserunt, explicabitur: eaq; tractummodo enarrabo, quæ rei ueritatē explicare multi uidetur. Dicamus itaq; primò, Constantinū non Romæ (ut dicitis) baptizatū fuisse à Sylvestro Pontifice Rom. sed Nicomediæ, ab alio quodā, cuius rei testē no-

Eccles. hist. bis Eusebiū affero, q̄ inquit: Cū Cōstantinus e[st] 1.3.c. 31. comedie, morbo corripitur: ibi; q̄ sciret q̄ incertus esset hominū uita, donū suscepit sacri baptismati. id enim facere ad illud usq[ue] tēpus distulerat, quia in loti dñe fluvio cōsecuturū sperauerat. Cū igitur dicitur, Cōstantinus à Sylvestro Pōtifice Romano Romæ baptizatus est, mēdaces uos esse cōuincimini. Quādā uero uixit, imperiū tā Occidēmis q̄ Oriētis semper cōtinuit: quod ipse quoq[ue] Eusebius testatur. Cōstantinus

Deo & hominib. charus, inqt, Ro. Imperiū cūm re- Eccl. hist.  
 ligione pura, tū etiā uirtute animi ac moderatione su lib. 9. c. 10.  
 pra omnes qui prius fuerant procurabat. Atqui num lib. 9. c. 9.  
 forte moriens legato aut testamēto dedit Pōtifici, quæ Trip. lib. 1.  
 ante a se daturū pollicitu fuerat? nec hoc quidē factū  
 est, nā moriens tres filios quos habebat, Constantīnū  
 uidelicet, Constantium, ac Constantem, totius īm- Eccl. hist.  
 perij hæredes testamento instituit. nam Constātinus,  
 totius Occidētis Cæsar cōstitutus est. cur hoc, si omnia lib. 10. c. 11.  
 ista Pōtifici Roma. donata fuerat? Constantino aut à Trip. lib. 4.  
 militib. prope Aquileiā imperfecto, Cōstāns eius frater Eccl. li. 2.  
 occidentalib partib. imperat. Cōstante uero & ipso cap. 15.  
 per fraudē à Magnētio tyrāno imperfecto, Constan-  
 tius qui in Oriente imperiū obtinebat, audiens occi-  
 sum fratre, imperiūq; à Magnētio occupatū, in Oci-  
 dētis partes uenit: ac extincto tyrāno, īperiū Italie Eccl. li. 5.  
 ac totius Occidētis recuperauit. Quomodo igitur cap. 10.  
 Constantinus Syluestro Occidentalib partiū ditionē  
 donauit? q; si donata quidē fuerat, sed ab eius filiis in  
 iustē occupabatur, cur Romanū Pōtificis querelā nul-  
 libi extat? cur Eusebius, et pleriq; alijs qui imperatorū  
 gesta scripserunt, nihil de huiusmodi querelis scribūt?  
 Cōstantius Occidētis imperio recuperato, in Orientē  
 redire coactus est, ibi q; morari: quoniā Persæ maximis  
 copijs eius imperiū uexabat. ideo Orientē curā de-  
 mādauit Iuliano, quē et tandem, cum moreretur, totius  
 imperij successore cōstituit. Iulianus Rom. Imperator Oros. li. 7.  
 factus, Helena uxore (hæc Cōstantini magnifilia, ac  
 Constantij Imp. soror extiterat) mortua, eius corpus

Romā, ubi imperij sui Occidētalis suprema erat se-  
des, deferri uoluit. et quomodo hoc cū fecisse uerisimi-  
le est, si Julianus nullā Romae habuisset iurisdictionē?

Respondit quidā: Romā uxoris corpus deferri no-  
luit, ut eius funeri adesset Felix z. Pōtīfx, eiq; omniū  
peccatorum suorū indulgentiā plenariā largiretur.

CHRISTI autem seruus: Hoc sanè uerum esse  
nō potest, inquit. nam Julianus apostata factus, Chri-

Ruf.lib.1. stianos persequebatur: qui ut Orientalib. partib. con-  
c.36. suleret, contra Persas profectus, in acie sagitta percus-  
sus cecidit. quo mortuo, Iuuianus à militib. Romanis

Oros.l.7. Imperator totius imperij eligitur. Noctu uero mor-  
tuo Iuuiano, Valētinianus, qui antea ob fidē CHRI-  
STI ex militia à Julianō pulsus fuerat, ad imperij cul-  
men electus est. hic dū Oriētis partes deserere nō pos-  
set, & tamē audiret, Alemannos, Sarmatas, Saxones,  
ac Gothos, Rhetias, Gallias, Pānonias, Britanniāq;  
acriter infestare, ac omnes Occidētis partes bellis un-  
diq; agitatas in maximo discrimine uersari, eis cōsu-  
lere uoluit. ideo quāvis L. Equitius Illyricū, Seueria-  
nus Pānonias, Mamertinus Italā ac Gallias Valē-  
niani ipsius decreto tuerentur, Valentē fratrē impe-  
rij consortē instituit: hocq; in Oriente relicto, ipse in  
Italā uenit, ut imperium suū tueretur. Mortuo utrō

Ruf.z.c.12. Valētino, Valēs eius frater tres annos tantū impe-  
rium obtinuit. Mortuo Valente Hadrianopoli, Grā-  
tianus Valentis nepos (nā Valentiniani Imperatoris  
filius erat) imperiū regēdū suscepit: hūc Valētinianus  
pater dū Europæ præcesset, Augustū declarauerat. Is

igitur

igitur Gratianus adeò Occidēnis imperium feliciter  
obtinuit, ut quidquid periculi à Germanis, Gotthis,  
Hūnis & Alanis Romano imperio immineret, his o-  
mnibus fūsis depelleret. Hic cum totū imperiū solus  
administrare non posset, Valentiniānum fratrem par-  
ticipē ac imperij consortem facit. Cur Damasus, pri- Orosius 7.  
mus Pontifex Romanus, Occidēnis imperium regen c.34.  
dum non suscepit, siquidem Papæ fuerat à Constanti-  
no donatum? Dum Gratianus mortuus esset, Valenti-  
nianus, qui & junior uocatus fuit, totum imperium  
obtinebat, & imperij eius principio in Italia fuit.  
in Germania quoq; ac Gallia bellorum caussa uersa-  
batur. deinde Constantinopolim uenit, ubi Theodo-  
sius imperium regebat, qui à Gratiano Cæsar & Au-  
gustus uocatus fuerat. Postea uterq; cum Arcadio &  
Honorio, Theodosij filijs, Romam uenit; ubi & cum  
pulcherrimo triumpho à populo Romano excepti,  
dies aliquot morati sunt. Dum autem hic esset Impe-  
rator, mores urbis Romæ deprauatos (bellorum enim  
causa factum fuerat, ut per aliquot annos Imperator  
Romæ morari non posset) nouis legibus reformauit,  
& pistrinam qua meretrices prostabant, demolitus  
est: ac quo suppicio deinceps punirentur adulteræ,  
sanciuit. Si Papa à Constantino tam præstanti ac libe-  
rali dono, ut dicitis, donatus fuerat, cur Syricius, qui  
tum Romanae ecclesie episcopus erat, passus est ut  
Imperator, qui omnibus iuribus cesserat, quæ olim  
tum Romæ, tum in toto Occidente habuerat, nouas  
leges sanciret, quib; deprauati mores corrigerentur?

Cur tantam Imperatoris audaciam nō arguebat? Di-  
 catis igitur priscos illos Romanæ ecclesiæ episcopos,  
 cum summa animi humilitate C H R I S T I gregem  
 tum uerbo, tum sanctitatis exemplo pauisse: eaq; tan-  
 tum curasse, quæ ad ecclesiæ edificationem ac C H R I-  
 S T I gloriam spectare uidebant? Conferant, queso,  
 hic populi illius temporis conditiones cum nostris in  
 felicissimis temporibus. Tum Imperator qui diu abfie-  
 rat, Romam ingressus, sanctissimis legibus populum  
 regendum decernit: nullus ibi Papa, qui pedes Impe-  
 ratori osculandos porrigat, habetur: nullus Papæ la-  
 xus, nulli aulici, nulli equi, nullū aurum, nullū argen-  
 tum, nullæ gemmæ Papam ornant. Qui Imperatoris  
 triumphū describunt, nullā Papæ mentionē faciunt.  
 Hodie uero quæ pompæ, quæ maiestas, quis fastus,  
 quæ superbia, quæ tyrannidis species in Pontificibus  
 Romanis appareant, neminem latet: præsertim dum  
 Imperator Pontifexq; ipse unā conueniunt. Quid  
 uerbis opus est? Imperator ipse maior Pontifici nul-  
 la in re uidetur, sed potius eius utilissimus seruus ab  
 omnibus iudicatur. Si Roma & Occidentis impe-  
 rium donationis iure Syricio Romano episcopo de-  
 bebat, cur tum apud Imperatorem non est conque-  
 stus, eo quod illa occupabantur quæ sanctæ Roma-  
 næ ecclesiæ à Constantino donata fuerant? Sed ulte-  
 riū progrediamur, ut re uera cognoscamus, unde ad  
 Papam tot oppida, tot urbes, tot ditiones aduenient.  
 Persoluto itaq; triumpho, Theodosius unā cum filio  
 Honorio Constantinopolim reperiit. Valentinianus

uerò Imperator Roma discedens, in Gallias petit, ac Oros.lib. 7  
tandem Vienne noctu ex insidijs appetitus, miserè c.35.  
ab Arbogasto strangulatus fuit. Post quem Theodo- Sabell,  
sius unā cum Arcadio ac Honorio filijs totum obti-  
nuere imperiū: Arcadius quidē Orientis, Honorius

uerò Occidētis. nam Theodosius Mediolani consenuit, Eut.13.

ibidem in uera C H R I S T I fide obiit. Honorius qui  
Occidentis imperiū à patre testamento accepit, Gal-  
lia et Hispanias, tum penè à Vandalis ac Suevis per-  
ditas, Alario Gotthorū regi ad inhabitandum dona  
uit. Atqui satis mirari non possum, quomodo Hono- Oros.lib. 7  
rius tam liberale donū facere potuit, si iam Papæ an- c.40.  
te à Constantino hæc omnia donata fuerant. Tandem Blond.  
Honorius Romæ moritur. post quem Valentianus,  
Honorij nepos, ex Placidia Imp. sorore natus, im-  
perium administrat. erat autem tum Valentianus  
Constantinopolicum Theodosio consobrino suo: is  
Arcadio patri, qui iam mortuus erat, successerat. hic  
igitur cum Honoriū patruū suum Romæ mortuum  
audisset, Valentianū cum Placidia eius matre Ro- Valentinia  
mam misit: ubi Occidentis imperium cum omnium fa- nus Hono  
uore, ac totius Italæ acclamatione assedit, Augu- rij Imp. ne  
stus Imperator est appellatus: ac mox Ioannem tyran- pos.  
num, qui antequam ipse Romanum uenisset, imperium

inuaserat, feliciter extinxit: Imperatorq; præ ceteris  
sui imperij urbibus Rauennæ uixit, ubi & à senato-  
tore quodā Romano, qui Maximus dicebatur, inter-  
ficius fuit, quo imperfecto, cum nullū reliquisset filiū,  
qui ci in Romano imperio sucederet, neq; etiam ex  
consobrino

consobrino Theodosio aliquis filius esset superstes, s<sup>o</sup>  
etum est ut per ea tempora Romæ mulii tyrannici  
citaretur, ac de imperio dimicaret: et sic mortuo Valen-

tiniiano, mortuum est una Occidentale imperium,

Sabell. Augustorumq; nomen. Tyranni uero qui Romæ ex-  
Eutrop. citati sunt, hi fuerunt: Maximus, qui et Valentinius.  
Procop. num occiderat: Auitus, Maiorianus, Seuerianus, An-  
themius, Seruandus, Ricimer, Olybrius, Lycerius,  
Augustulus, Orestes, Odoacer. Quis hic non miretur,  
si Romano episcopo Constantinus omnia donata,  
qua ad Occidentale imperium pertinebant, cur extitit  
et Imperatore, nullis imperij hæredibus post se reli-

Sabell. Etis, nullus inuentus est Romanus episcopus (fuerunt  
enim quadraginta septē) qui per trecentorū et tri-  
ginta annorum spacium illud quod sibi ex iure debe-  
batur, obtainere tentarit: nec pro hoc obtainendo dimi-  
carit: qui autem per ea tempora fuerunt, hi sunt: Ce-  
lestinus, Sixtus, Leo 1. Hilarius, Simplicius, Felix 2.  
Gelasius 2. Anastasius, Symmachus, Hormisdas, Ioan-  
nes 1. Felix 4. Bonifacius 2. Ioannes 2. Agapitus, Syl-  
uerius, Vigilius, Pelagius, Ioannes 3. Benedictus 1. Pe-  
lagius 2. Gregorius 1. Sabinianus, Bonifacius 3. Boni-  
facius 4. Theodatus, Bonifacius 5. Honorius, Seueri-  
nus, Ioannes 4. Theodorus, Martinus, Eugenius 1. Viel-  
lianus, Adeodatus, Donus, Agatho, Leo 2. Benedi-  
ctus 2. Ioannes 5. Sergius, Ioannes 6. Ioannes 7. Sofi-  
mus, Constantinus 1. Gregorius 2. Gregorius 3. Regula

runt igitur Romæ tyranni illi quos ante a dixi: et di-

Sabell. uersi diuersas occupabant Occidentis partes. Theo-  
doricus

dorius Ostrogotihorū rex à Zenone, Orientalium Proc. lib. 1  
 Partium Imperatore adiutus, Italiam occupauit, Ro-  
 mæq; triginta annos imperiū obtinuit. Episcopi Ro- Blon.  
 mani tum erant, Felix 3. & Gelasius 2. Post Theodo-  
 ricum Bellisarius à Iustiniano, Orientis Imperatore, Procop. 3.  
 rebus Italicis præficitur, ut eam à Gotthorum incur-  
 sionibus atq; incendijs tueretur. quod cum Bellisa-  
 riū paucō annorum spacio summa felicitate confe-  
 cisset, ab Imperatore Constantinopolim reuocatus  
 est. Quamprimum Bellisarius Italiam deseruit, To- Leon. Ar.  
 tiles Gotthorum rex eam ferro ac flamma aggredi - lib. 3.  
 tuer, Roman cœpit, ac penè totam diruit. Contra To- Procop. 1. 3  
 tilam Narses, Iustiniani Imperatoris cubicularius, ab Blon. lib. 6  
 Imperatore cum maximo exercitu missus contra Got-  
 thos, felici potitus est uictoria. Ac Gotthorum rege Blon. lib. 3.  
 occiso, omnia quæ ab ipsis occupata fuerant, recupera Procop. 1.  
 uit. Mox expulsis Gothis, Langobardi cum rege Al-  
 boino Italiā inuadunt, & eius maximam partem  
 occupant, ac per ducentorum & quadraginta anno-  
 rum spaciū illam tenuerunt. Quo tempore Orien-  
 tis Imperatores, ad quos etiam Occidentis imperium  
 pertinebat, Exarchos suos in Italiam mittere cœpe- Exarcha-  
 runt, ut Langobardos coercent: omniaq; quotquot tus officiū  
 imperij erant fidelissimè administrarent. Exarchi Im instituitur.  
 peratoris uicarij erant, horumq; sedes Rauennæ p̄rē-  
 sertim fuit. His quoque data erat authoritas ab Impe-  
 ratoribus, ut Pontifices Romanos, qui eligerentur,  
 confirmarent. Iustinusq; eius nominis secundus Impe-  
 rator, exarchatus officium instituit. quod & ab alijs impe-

imperatoribus postea obseruatu fuit per annos 1043  
 & Exarchus, qui prior ex omnib. missis fuerat, Longinus uocabatur. hic etsi Rauennæ morabatur, ita ut nunquam ferè Romā adiret, illam tamē per Ducem, qui Consulis dignitatem referebat, semper gubernauit. post Longinum alij Exarchi missi fuerunt. nam

Sabell.

Smaragdus, postea Patritius Romanus à Maurilio missi fuerūt. mox alij post hos, sicut Imperatori uidebatur. At quis enarrare posset que portenta episcopi Romani, quorum ambitio ac imperandi libido iam creuerat, moliri coeperint per huiusmodi totius Italiæ turbulentissima ac desperata tempora. Hi (sic ut

Pontifices  
Rom. Ma-  
humetis  
emuli.

Mahumetis emuli, sic eius artibus edociti) totius Occidentis, sed Italiæ præsertim, imperium affectare ceperunt. ideo huiuscmodi tempora in quibus agnoscabant Imperatorem ex Oriente discedere non posse, propter atrocia ac continua Persarum bella, sibi percommodum esse arbitrati sunt, ut uota sua perficerent, ac tandem imperium occuparent. ideo non alter hi ex tot Italiæ dissidijs, quam Mahumetes ex Ariane heresios sectione, nacti sunt occasionem, ut de liquid molirentur. Quamobrem modò hunc, modò illum principem (unicuique maria ac montes polliciti) in sui auxilium contra imperatorum exarchos ac regulos, qui in dies surgebat in Italia, euocare co-

Plat. Sabel.

perunt. unde Gregorius 3. Carolum Martellum, virum magni in Gallia nominis, contra Luitprandum Langobardorum regem in Italiam ducere tentauit. Zacharias 1. arte Gregorij, quasperauerat se imperium

rium totius Italiæ obtenturum, admodum probata,  
 regem Galliæ & ipse in Italiam uocare decreuit: sed  
 cum regem ipsum, cui Childerico nomen erat, bello  
 atque armis ineptum cerneret, & fortè uotis suis non  
 consentientem, tot usus est artibus ac dolis, ut Childe-  
 dericus detonso capillo monachus fieret: tuncq; Pi-  
 Blon. l. 10.  
 pinus, Caroli Martelli filius, Pontificis consilio ac  
 hortamentis à Gallorum proceribus rex declaratur.  
 Contigit autem ut Zacharias ab ipso Deo sic delude-  
 tur, quemadmodum et ipse Chiladericum deluserat.  
 ipse namque iniuste, ac non sine magno scelere, legi-  
 timum Francorum regem regno spoliauerat, ac spu-  
 rium regem creauerat: sed Deus iuste Zachariam ui-  
 ta spoliauit, ut sceleris sui poenas fueret. Mortuo Za-  
 charia, Stephanus secundus Papa eligitur. hic mox  
 Pipino ex Gallia euocato, contra Langobardos, qui  
 Rauennæ exarchatum obsidebant, tot cum Pipino  
 usus est dolis, ut ab ipso sibi donari impetrauerit ex-  
 archatum, & omnia quæ ad urbem ipsam specula-  
 bant, & quidquid Padum & Apenninum interia-  
 cet à Placentinis usque ad stagna Venetorum: &  
 quidquid intra Isaurum flumen, Apenninum, &  
 Adriaticum sinum continetur. A' regibus igitur  
 Gallorum, & non à Constatino hæc acceperunt,  
 Hinc pontificū farta, hinc opes & tyrannis initium  
 habuerunt. Magistratus enim exarchatus, qui Impe-  
 ratorum semper exiterat, à Iustini secundi Impe-  
 ratoris tempore usque ad Stephanum secundum Pon-  
 tificem Romanum, fraudibus ac ui, multorum que  
 cum

Plat.

Blon. lib. x.

Aen. Syl.

Quæ Pon-  
 tifices Ro-  
 à regibus  
 Gallorum  
 acceperūt.

cum sanguine, ab ipso Imperatore, qui tum Constanti-  
 Blon. nus 4. erat, per Pipinum auferitur, Pontifici; do-  
 Plat. natur: ubi nullus extat Imperatoris consensus. nam Pi-  
 pino in Italiam descendenti, Gregorius Imperatoris  
 Protosecretarius obuiam fit, & Imperatoris nomine  
 illi denunciat, ne exarchatu Rauennatem tum quide-  
 à Langobardis oppressum, ad Imperatorē ipsum per-  
 tinente, uel Pontifici, uel alicui tradat. Qui Pipinus su-  
 perbè respondit: Ad hoc in Italiā ueni, ut Pontifici  
 ac Romanis rem gratā faciā: eorumq; cōmodis quo-  
 ad fieri potest, consulam. Quibus ex uerbis cuius con-  
 iectari licet, Papam non alia ex causa Pipinū in Ita-  
 liā uocasse, nisi ut suis cōmodis prospiceret, & ea tam-  
 dē quæ cupierat obtaineret. Hadrianus 1. mortuis Ste-  
 phano 2. Gregorio 4. Paulo 1. Constantino 2. Stephā-  
 phano 3. Pontifex creatur. Hic solo exarchatu con-  
 tentus nō fuit. Nam cum Desiderius Langobardorū  
 rex, qui exarchatus causa Pontifices Romanos uex-  
 rat, pacē ei obtulisset, illam reiecit: & maiore sangui-  
 nis effusionem optans, quād antea facta fuerat, Caro  
 Plat. lum Magnū, Pipini filium, in Italiā contra Deside-  
 Naucl. rium euocauit. qui ueniēs, Desiderium penitus uicit:  
 Aen. Syl. & sic Langobardis pulsis, Anconitanos, Auximati,  
 Sabell. Firmanos, ac Spoletanos, Langobardosq; aliquot,  
 qui eas incolebāt regiones, Hadriano Pontifici dona-  
 uit, ac subiecit. Ut autem Pontificum tyrannis du-  
 turnior esset, uoluit Hadrianus aliquot habere patro-  
 nos potentissimos, qui bona ab Imperatoribus ini-  
 stè ablata aduersus eosdem Imperatores tuerentur.  
 uerebāt

uerebatur enim Pontifex, ne forte temporum successione imperator armis à se repeteret, quæ ipse armis ac fraudibus occuparat. Ideo Carolum Romanum ad-  
duxit, ubi utriq; ante diui Petri altare stantes, mutuò iurarunt, Romanos ac Francos perpetuam inter se amicitiam scrutaturos: & communes eorum hostes fore, qui alteram ipsorum partem lessissent. Carolum præterea coegerit, ut interposito iure iurando, maximis priuilegijs confirmaret, quæcūq; Pipinus eius pater suis predecessoribus dono dederat. Vtq; Galliæ reges in promissis firmius retinerentur, Carolus autore Hadriano concilium cōuocauit: in quo suadente Pon-  
tifice, Carolo data fuit potestas eligendi Romanum tifice, Carolo data fuit potestas eligendi Romanum  
Pontificem, ordinandi apostolicam sedem. Data est præterea patritia dignitas, & ius conferendi eandem dignitatem. Cōcessum est deniq; ut omnes archiepi-  
scopi atq; episcopi, inuestiturā (ut uocant) reciperen-  
tia Carolo, prohibitum præterea fuit, ne inuestiretur,  
nisi prius inuestiti fuissent ab eodem Carolo. Decre-  
toq; sancitum fuit, ut si quis contra hæc quæ cōcessa erat, aliquid agere auderet, anathematis reuerset: &  
nisi resipisceret, omnia eius bona proscripterentur, ac ipse in exiliū ageretur. Mortuo Hadriano, Leo eius nominis 3. Pontifex creatus fuit. hic ueritus quoq; ne quandoq; populus Romanus Pontificum tyrānidem uellet excutere, & hac causa Imperator in Italiā ue-  
rniens totam eorū ditionem, quam à regibus Gallo-  
Cum acceperant, occuparet, maioribus etiam uinculis carolū Pontificibus Romanis alligare uoluit. ideo

Distinc. 63.  
Hadrian.  
Dist. 63. in  
synodo.

ipsum in urbe Roma Imperatore Augustum decessit: Pipinumq; eius filium procreat regem eius partis Italie, quam nec ipse, nec ullus prædecessorū suorum sibi subiucere poterant. Cur hoc? ut scilicet hæ ratione Galliæ reges imperatorum titulum habent, nunquam paterentur eiusmodi maiestatem à se tolli. Hinc factum fuit, ut per Pontificem perpetue inimicitiae disseminatae sint inter Orientis abq; Occidentis Imperatores. Vnde tot strages, tot incendiæ, tot regnum uastationes, subsecutæ sunt: sed nondū finis. Hac tamen cōditione Carolus factus imperator est à Pontifice, ut & ipse populum Romanū cogeret, ut iure iurando polliceretur se Papæ perpetuam obediētam seruaturum. quod Carolus quād libentissimè fecit. Mortuo autē Leone, Stephanus eius nominis 4. Pontifex creatur. Sed quoniam octo tantummodo mensis sedem illam occupauit, nihil propter temporis breuitatem quē admodum se facturum sperabat, imperio suo addere potuit. hoc tamē (si bene memini) effecit: fixit ius eligendi Romanum Pontificem, & ordinādi apostolicam sedem ac inuestiendi archiepiscopos & episcopos, quod à concilio Carolo datum fuerat, plurimum malisecum trahere: ideo illud abrogauit, pronunciauit tale ius debere esse penes clerum, senatum, populumq; Romanum. Quoniam tamen uenibatur, ne Imperator armis ac ferro ius sibi datum defenderet, non abrogare, sed interpretari se dixit decretum illud cōciliij: uoluitq; ut sic intelligeretur, nī delictum quod liceret sine Imperatoris autoritate, Pontificem

Romanū eligi à clero, senatu, populoq; Romano: consecrationem uero recipere non posset, sine presentia Caesaris, uel Caſarianorum legatorum. Ex his cognoscere possumus, quomodo nō Constantino donare, sed potius inuitis Imperatoribus, Romana sedes Pontificis ac episcoporū electionem, usurparit. Sub Stephano Carolus Imperator moritur, & Ludo uicus eius filius Imperator creatur, et à Stephano imperij corona Remis accepit. Moritur autem & Stephanus: & Paschalis I. Sine Ludouici Imperatoris cōfensiū à populo Roamino Pontifex eligitur: de qua Pla. Volat. electione cū Imperator cōquereretur, Paschalis mis- sis ad eū literis purgauit se. Progressu autē temporis Paschalis uir callidus cum Ludouicū (falsa tamen religione ac sanctitatis specie deceptū) Romane sedi plurimum deserentē nouisst, sibi periculose ratus, si in autoritate sua augēda moram pertraheret, miris artibus, pietate simulata, ac C. H R I S T I gloriā, & ecclesiæ utilitatē, eiusdemq; firmitatē se querere affur mans, adeò Ludouicū fascinavit, ut sibi hoc iusuran dum faceret (o bone C H R I S T E aspice quāso eos qui se tuos uicarios esse iactat. Eoruq; tum bonitatē, tum humilitatē, tum paupertatē, tum afflictionū tolerantiam cōsiderat) Ego Ludouicus Imp. cōcedo tibi Iusurandū beato Petro principi apostolorū, et uicario tuo Dño Ludouici Paschali summo Pōtifici, successoribusq; eius in per- petuū ciuitatē Romā cū sua iurisdictione omnibusq; circāterrīs, ciuitatib. portub. ac maritimis locis Ethru riae, in ea deniq; mediterranea Vrbē ueterē, Balneo,

Regium, Viterbum, Soanā, Populoniam, Rosellū,  
 Perusium, Maturanū, Sutrium: Nepe uersus Campa-  
 niam, Anagniam, Signiam, Ferentinum, Alatru, Pa-  
 tricum, Frusinonum, cum omnibus circā oppidis, ac  
 uicis: nec non exarchatum Rauennæ integrum, sicut  
 pīe recordationis Carolus pater, & item Pipinus  
 auus noster Beato Stephano dudum cōcessere, uide-  
 licet Rauennam, Bouium Aemiliani, Forum Pomi-  
 pilij, Forum Liuij, Fauentiam, Imolam, Bononiā, M-  
 Ferrariam, Comaclum, Adriam, Ceruiam: in Mar-  
 chia, Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam,  
 Auximū, Numanam, Esum, Forū Sempronij, Ferre-  
 trum, Vrbinum, territorium Valnēse, Callium, La-  
 ceolos, Eugubium: in Campania, Sorū, Arquinum,  
 Arpinum, Theonum, Capuam: patrimonia quoq; ad  
 nostram pertinentia ditionē, Beneuentanum, Saler-  
 nitanum, Calabriæ inferioris & superioris, ac Ne-  
 politanum Ducatum: insuper Spoletinum, Tudero-  
 triculū, Neruiam, reliquasq; eius ditionis ciuitates:  
 insulas quoq; inferi maris, Corsicā, Sardiniam, Sic-  
 illiam. que omni: pīe memoriae Pipinus auus, deinde  
 Carolus genitor noster, per Atheriū & Meynar-  
 dum, Abbates hos sponte missos, beato Petro, etiūq;  
 successoribus scripto concesserunt. Nos item proba-  
 mus atq; cōcedimus. Prætereasummi Pontificis deli-  
 gendi Romano cōcilio potestate esse uolumus, modo  
 sine discordia fit. ac post consecrationem, legati ad  
 nos successoresq; nostros reges Francorū, conciliare  
 & charitatis & amicitiae causa, mittatur. Sicut tem-  
 poribus

poribus domini Caroli atavi, & Pipini avi, & postremo Caroli genitoris nostri mos fuit. Hanc igitur uoluntatem scripto ac iure iurando firmamus. Huic donationi manu propria ipse Imperator subscripsit. Subscripsere utē tres eius filij, Lotharius maior natus, qui & imperium post patrē obtinuit: Pipinus secundus, qui fuit Aquitanie Dux: Ludouicus tertius, qui Ducatu Bauarie obtinuit. Tanquam testes subscripti p̄serūt se Episcopi decē, Abbates octō, Comites quindecim: Bibliothecarius, Mansionarius, Ostiarius q̄; unus, quib. omnibus subscriptis, Ludouicus donatio nem misit Pontifici Romano Paschali 1. per quēdam ipsius Paschalī legatum, qui Theodorus uocabatur. Quomodo igitur hēc omnia à Constantino donata fuere? Iam Pontificū artes reiectae sunt, quibus imperium ac tyranidē in C H R I S T I ecclesiam inueniunt. Noscebāt quoq; & ipsi Pōtifices, quām iustē omnia retinerēt. quod sanē hinc dignosci potest, quod quāvis illa à multis Imperatoribus donationis nomine cū iure iurando accepissent, aliquot tamen illorum etiam post has donationes, Imperatoris cōsensum, ac confirmationem in multis requirebant. Nam Plat. Sab. Gregorius 4. pontifex electus, pōtificatus administratiōnē suscipere noluit, sed Ludouici Imperatoris consensum per legatos expectare uoluit. Sergius 2. à Lothario Imperatore per Ludouicum filium in Italiā missum cōfirmatus fuit: quam confirmationē ferē omnes expectabāt, donec Hadrianus 3. populo Roma no retulit in crēdo Ponifice cōsensum Imperatoris

Volat. li. 3.  
Geogra.

L 3 expe-

expectandum non esse. Sed ne sic quidem putarunt  
Pontifices suum imperium tutum futurum. Nam Io-  
annes 13. nunquam Otthonē cognomento Magnus  
urbem Romanam ingredi passus est, ut imperatoria co-  
rona ornaretur, Augustusq; appellaretur: nisi prius

Dicit. 63. Ti-  
bi domino.  
Iusurandū  
Otthonis  
Imperato-  
ris. si permittēte Domino Romanam uenero, sanctam Ro-  
manam ecclesiam & te rectorem eius exaltabo secū-  
dum posse meum, & nunquam uitam aut membris,  
aut ipsum honorem quem habes, uoluntate mea, aut  
meo consensu, aut cōsilio meo, aut exhortatione per-  
des. Et in Roma nullum placitum aut exhortatio-  
nem faciam de omnibus que ad te, aut ad Romanos  
pertinent, sine tuo consilio: & quidquid de terra san-  
cti Petri ad nostram potestatē uenerit, tibi reddam:  
& euicunq; regnum Italicum cōmisero, illum iurare  
faciam, ut adiutor tui sit ad defendendam terram san-  
cti Petri secundum suum posse. Hoc autē sacramen-  
to obstrictus, urbem ingreditur: & sic Ioannes cum  
clero, populoq; Romano Otthonē honorifice exci-  
pit, eumq; tum ungit, tum imperatoria corona atq;  
Augusti nomine ornat. O' detestādam ac sacrilegam  
pontificum tyrannidem. O' diuinæ maiestatis leſa  
crimen inexpiable. ab his imperatoria maiestas tolli  
terrarum orbis semper ueneranda, summa cum igno-  
minia, ac dedecore, patibulo appensa est. Executant  
Imperi-

Imperatores Occidentis his temporibus hūc laqueum  
 & iugum: imperio pristinam dignitatem concilient:  
 Italiæ, quæ totius terrarum orbis (omnium iudicio)  
 est amoenissimus hortus, antiquam gloriā denuò in-  
 staurant: si possunt, inquam, ab illo sacramento se li-  
 berent. Quid dico liberent? nec de liberatione quid-  
 quam cogitent, déq; ea uel uerbum unum hiscere au-  
 deant, statim excommunicationum fulmina iacien-  
 tur: statim maledictiones, execrationes, imprecatio-  
 nes audientur, mox imperatoria dignitate exuentur.  
 Imperatores, mox eorum bona ac ditiones, filij, uxo-  
 res, consanguinei, familiæ proscriptur: mox totus  
 terrarum orbis in eos tanquam in hæreticos, atque  
 apostatas concitat: mox alias creabitur à Ponti-  
 fice imperator, qui eos fame, ferro, flamma, perse-  
 quatur. Sed tu Domine usquequò ista patieris, ut in  
 ecclesia tua perseverent, cum summo omnium fide-  
 lium mœrores.

Cum igitur Pontifex duos se accepisse à Deo gla-  
 dios iactet, quibus tum temporalia, tū spiritualia ec-  
 clesiæ ac totius terrarū orbis pro sua libidine uerget:  
 ideo cum eorū alterum, uidelicet qui ad temporalia  
 spectat, fraudibus ac furtis innumeris nō à C H R I-  
 ST O datū (ut ipsi iactant) sed ex imperatorū mani-  
 bus erexit, siuisse ostenderim: supereft ut & alterum  
 quoq; cuius potestate Pontifex inquit se spiritualia  
 retractare, ostendam quomodo, & per quos de ma-  
 nibus episcoporū furto ac dolis ablatus fuerit. nam si  
 utriusq; gladij ueritas manifestaretur, quomodo, qua-

Duo. Pōt.  
Ro. gladij.

ratione, quibus legibus, à Pōtificibus arrepti sint, & hodie occupentur, futurum sperarem non modicam utilitatem C H R I S T I ecclesiæ hinc accessuram.

Sciendum itaq; quod præ omnibus Romanis Pontificibus, Bonifacius s. summopere horum gladiorum causa gloriabatur: eiusq; gloria adeò crevit, ut cum quodam die solenni in pōtificiali pompa populo apostolicā benedictionem largitus esset, mox altero

Alb. Krāt, imperiali habitu & in fula Cæsarea insignis, gladium lib. 8. c. 36. ante se nudatum deferri iussit, ac sedens alta uoce exclamarit, dicens, Ecce duo gladij hic. In nomine igitur Domini nostri I E S V C H R I S T I audiāt pī, quomodo Pontifices Romani manū suam in alienam messem ita miserint, ut episcopos quoscunq; non amplius tanquam fratres ac pares habeant: sed tanquam captiuos in misera captiuitate, cum summo totius ecclesiæ scandalo detineant.

Isid. Tom. Primum itaque, propter tyrannorum saeviam in  
1. Cōcil. in Christianos persecutionem (etsi in ecclesia contro-  
Constan. 1. uersiae aliquæ in dies orirentur) non poterant episco-  
pi ac fideles unâ conuenire: passim enim occideban-  
tur. Trāfactis uero plurimis annis, diuersa per singu-  
las prouincias celebrari cœperunt concilia, his in-  
tererant omnes illius prouincie episcopi, qui omnes  
summa cum pace ac dilectione uerbū Domini ac  
postolorum, tanquam certam ac inconcussam totius  
ecclesiæ regulam sectabantur, & ex eo omnia defi-  
nient. & iuxta hūc morem Victor episcopus Ro-  
Euseb, manus, qui & sub Cōmodo Imperatore martyr ex-  
titit,

titit, una cum alijs episcopis qui circa Romanam erant  
conuenit: ubi de certo die quo celebraretur Pascha,  
(uidelicet 14. luna Martij, ne Iudeorum more sequi  
uiderentur) pertractarunt.

Fabianus quoq; episcopus Romanus, qui sub De- Euseb. Sab.  
cio martyrio coronatus fuit, una cum 5 o. episcopis  
conuenit, ut Nouati dogma (hic lapsis semel omnem  
spem ueniae denegabat) ex ecclesia pellerent.

Cornelius & ipse sub Decio martyr, cum cete- Plat.  
ris uicinorum locorum episcopis, presbyteris, ac dia-  
coni conueniens, concilium Romæ habuerunt.

Aphricani episcopi una cum Cypriano Carthagi Euseb. lib.  
neni episcopo Carthaginē conueniunt, ac conciliū ce 7. cap. 5.  
lebrat: ubi hæreticos rebaptizādos esse decreuerunt.

Dyonyssius Antiochiae cum ceteris episcopis con Euseb.  
ueniens, Samosatenū erroris concilio peracto conuin  
cūt. negabatis C H R I S T V M de cœlo descēdisse.

Mox sathan paulatim miseram episcoporum ser-  
uitutem, ac ecclesiarum tyrannidem moliri cœpit: à  
crudelitate tamen tyrannorū occasionem arripiens.

Gaius enim Episcopus Rom. cum uideret ob tyran- Tom. i. Cō.  
norū se uitium concilia conuocari nō posse, censuit in epist.  
ut quotquot quæstiones orirētur in ecclesiis, ad sedē Marcel.

Romanam refererentur. Quod tamen decretum,  
ut pole iniquum, obseruatum non fuit. episcopi enim  
ecclesiarum morem quem C H R I S T I apostoli ob-  
seruarunt, custodiebant. Nam Vitalis Antiochenus Ibid. Tom.  
episcopus, & Marcellus Anticyranus una cum fini- 1. Conc.  
tunis episcopis, Anticyrānum cōcilium peregerunt:

ubi diaconis uxores permisae fuere, ac quosdam qui carnes immundas existimabant, ab ordine ecclesiastico reiecerunt: tantum absuit ut Gaius decretum custudire uellent alij episcopi, ut in Sinuessa ciuitate cōgregatis.

Plat. tis 180. episcopis, Marcellinus qui Romanus erat episcopus errorē suum confessus fuit: dixit enim se horrore mortis CHRISTVM corā Diocletianone-gasse: pœnitentiam egit, ad ecclesiamq; reuersus est, ac tandem martyrio donatus fuit.

Ibid. Tom. x. Conc. Neocæsariensis quoq; synodus (hæc ante Nicænam mox celebrata fuit) à Germano, Leontio, Basilio, Longino, Narciso ac finitimis episcopis celebrata. Mox Nicænum concilium uniuersale, in quo 315. episcopi conuenerunt, propter Arrianam heresim collectum fuit. Cum enim Constantinus imperator fidem CHRISTI suscepisset, Christianorum concilia palam ac publicè celebrabantur, quia nulla tandem aderat contra ecclesiam persecutio, quæ fideles à conciliorum celebratione deterreret: unde episcopo Romano ablata fuit occasio, qua speraret se posse in posterum quæstiones, quæ per diuersas ecclesiias oriebantur, ad se Romam pertrahere. quapropter post Nicænam synodum quævis prouinciae, sua cum opere erat celebrabat concilia: celebrata namq; fuere, Arelatense primum, ac secundum Gangrense, Elibertinum, Hierosolymitanum. Mox Satan cum uidisset rem presententia nō successisse, neq; CHRISTI ecclesiæ episcopū ambitione exagitat. ideo Romæ synodū an-

Vocat, in quo Nicænam synodum confirmat: ac si nihil ueri, nihil sancti contineret, nisi ipse cōfirmasset: statuitq; ne præter Romani episcopi uoluntatē con- 3.q. 4. Du-  
cilia aliqua in posterum celebrarentur, aut crearen- dum.  
tūr episcopi: unde & factum fuit, ut post Iulium. *Iudic. 2. c. 1*  
nullus synodus uera ac sancta habita fuerit, quæ præ-  
ter episcopi Rom. uoluntatem cōuocata sit: quo ia-  
cto à Satana fundamento, officina illa constructa  
est, in qua gladius is quo se hodie Pontifices Romani  
gloriamur, fabricatus fuit. Aperiam hic oculos eccl<sup>e</sup> *Iudic. 3. c. 1*  
sie quæ in captiuitatem deductæ sunt: & agnoscant  
quomodo hoc gladio unitas spiritus ecclesiastarum dis-  
secta, & minutissimè concisa fuerit.

Innocentius arrepto hoc gladio, Romanam se- 9.q. 3. Ne-  
dem omnibus prætulit, eamq; nullius iudicio subie- mo.  
ctam esse confituit.

Leo ad uarias prouincias misit, & cōstituit ut ab Dist. 12.  
omnibus ecclesijs obseruari deberet quod Romana quis ne-  
obseruabat ecclesia. sciat.

Simplicius multas simultates cum Ioanne Rauen Isid. in sim-  
natum præsule gesit, ut Romanae ecclesiæ authorita plic.  
tem amplificaret.

Gelasius 2. se & successores suos à nemine iudica- 9.q. 3. cun-  
ri posse decernit. eta.

Symmachus Iulij decretū innouat, statuitq; pro- Dist. 17. cō-  
uincialia cōcilia ubiuis gētiū celebrata (multa enim cilia.  
post Iulij decretū celebrata fuerat: quia ecclesiæ tan-  
tam Romani episcopi tyrannidem ferre non pote-  
rant)

rant) absq; Romanu præsulis autoritate collecti, o-  
mni pondere carere.

Iid. in Vi-  
gil. Vigilius Romanam ecclesiam, omnium altiarum  
matrem ac magistrum haberi oportere, pronunciata.

Plat. Sabel. Bonifacius 3. à Phoca Imperatore, reclamantibus  
plurimis tum episcopis tum ecclesiis in Papatu cōfici-  
matur, ac princeps omnium episcoporum ab eo dicatur.

Dist. 19. sic. Agatho hoc usus gladio sanctiones Romanu Pō-  
fici stanq; diuina uoce firmatas suscipi debere dixit.

Plat. Blōd. Leo 1. Rauennates præsules, qui Exarchorū au-  
toritate freti, Romano Pontifici parere nobebant, sed  
pares esse, sibi subegit: statuitq; ne Rauennatis cleri  
electio ualeret, nisi Pontifex approbaret.

Volat. Benedictus 2. impetravit à Constantino 5. Orich-  
tis Imperatore, ut absq; ipsius Imperatoris consensu  
posset Pontifex à clero & populo Romano eligi.

Plat. Blōd. Constantinus 1. Iustiniano Imperatori pedes ex-  
osculandos primus exhibuit.

Plat. Stephanus 2. dum Pontifex electus esset, super  
humeros hominum ad Lateranensem basilicam pri-  
mus delatus est.

Dist. 96. u-  
bi nam. Hadrianus 1. priuilegia hominib. cōferre cepit,  
& tabulas apostolicas plumbo insigniri mandauit.

Nicolaus 1. statuit, ne in concilio cleri ullus prin-  
ceps nec Imperator quidem interesset, nisi cum de fi-  
dei summa agitur. Discimus hinc, quemadmodum  
non episcopi solum, sed & laici quoq; in conciliis  
primitiæ ecclesiæ interesse poterant: sed in nostris  
tempestatibus concilijs, & in his quæ per multis annis

anno habita sunt, nullum ipsis locum adesse cernimus. Hic præterea Pontifex Archiepiscopos Rauen nates in perpetuam seruitutem redegit. nam Ioanni Archiepiscopo diem dixit Romæ: illumq; in gratiā nūquā recipere uoluit, nisi his acceptis conditiōnibus, ut uidelicet se in concilio de hæresi purgaret, ut polliceretur se quotannis Romam uenturum: ut non amplius episcopos, etiam canonice electos, consecraret sine pontificia autoritate per literas data: ut episcopos Romam uenire cupientes non prohiberent: ut nullam exactionem, aut morem introduceret, quæ canones Papales non receperint: ne sub anathematis poena de ecclesiasticis bonis aliquid uel mutaret, uel discerneret, inconsulto Pontifice: ne profana in ecclesiasticum usum reciperet sine assensu pontificis. En sanctissimi Pontificis rectum iudicium, ac inaudita humilitas: Quoniam Ioannes Nicolai tyrannide se submittere nolbat, tanquam de hæresi condemnatur, cogiturq; ut se maiestatis reum fateatur, ac iureiurando ex scripto pollicetur se Pontificis Romani tyrranicum iugum nunquā excusurū. Quib. absolutis, à tota synodo, quā Nicolaus Romæ in Ioannis confusione conuocarat, ter acclamatum fuit: Rectum iudicium summi præsulis: iusta definitio pectoris uniuersalis ecclesie: salubris institutio omnibus CHRISTI discipulis placet: omnes eadē dicimus, eadem sapimus, eadem iudicamus.

Ioannes s. constituit, ne Romanæ ecclesiæ priuilegia, nisi centum annorū præscriptione, tolli possent. mo.

Hadrianus

- Plat. Sabel. Hadrianus 3. statuit, ne in creando Pontifice consensus Imperatoris expectaretur.
- Sabel. Stephanus 3. ecclesiam Mediolanensem, quae usq; tunc libera extiterat, sibi subiecit.
- Alexander 2. in concilio Mantuano decrevit ut Papa à solis Cardinalibus eligeretur.
16. q. 5. de-  
cimas. Gregorius 7. decimas à laicis possideri uetus.
17. q. 4. si  
quis. Innocentius 2. magistratum ac principum quo-  
rumcumq; manus coercuit: nam statuit ne cui licet  
clero manum iniucere, quod si quis securus faceret, ex-  
communicaretur: nec absoluueretur, nisi à Romano  
Pontifice.
- Dec. lib. ti.  
6. c. 4. Alexander 3. statuit, ne quis archiepiscoporum  
pallium recipere posset, nisi prius obedientiae iuramento  
Pontifici Romano præstisset. Hic Henrico  
Angliae Regi excusamise ob cædem Thomæ Archie-  
piscopi Cantuariensis sub poenitentiæ specie iniun-  
xit, ut subditi eius posthac liberè possent ad Romanâ  
curiam appellare: ac ut nemo in posterum Anglia  
rex foret, nisi prius à Romano Pontifice esset Rex  
appellatus.
1. Dec. tit. 1.  
c. 4. Clemens 3. statuit solum Papam posse episcopos  
ad aliū locum, aut altiorē dignitatem transferre. Ep-  
iscopos dignitate principibus præire uoluit.
1. Dec. tit.  
33. c. 6. Innocentius 3. statuit Papam principes terrarum  
corrigere debere, ac ipsum tantummodo Imperato-  
rem futurum, quem Papa nominasset.
- Dec. tit. 6.  
c. 34. 6. Dec. lib.  
2. tit. 4. c. 2. Innocentius 4. Imperatorem à Pontifice depo-  
sse sanciuit.

Ioannes

Ioannes 22. collegum scribarum, apostolorum Volat. Sa-  
numero distinxit, ut prelio accepto literas à se destina bel.  
tas conscriberent.

Benedictus 12. omnium episcopatum, p̄alatura Dec. extra.  
rum, ac beneficiorum collationes ad se & successores  
suos pertinere uoluit.

Bonifacius 2. primi anni redditus omnium benefi- Pla. Volat.  
ciorum ecclesiasticorum, qui Annate dicuntur, sibi Biond.  
suisq; successoribus assignat, et sic se orbis dominum  
constituit. huic tamen decreto Angli soli restiterunt,  
eo quod iniquum id esse affirmarent.

Callistus 3. sanciuit, ne quis Papa ad concilium Volat.  
appellaret.

O' crudelem ac furenum gladium, & tamen qui  
huc gerit, ueluti Deus quidam ab omnibus adoratur  
& colitur. nec mirum: quem enim non terrent eius  
noxes? Audiant piij istius blasphemias ac recedant.

Sacerdotium meum in Aaronis sacerdotio p̄afi- Dist. 21.

guratus fuit. Ecclesia mea non habet ma- Dist. 21. quamuis.

culam, neq; rugam, neq; unquam à tram-  
ite apostolice traditionis recepsit. Ideo 24. q. 1. à. recta.

tanquam mater ac caput omnium eccl- Dist. 12. decet

esiārum sequenda est ab omnibus alijs, & Dist. 11. quis

illis tanquam magistra ac speculum esse  
debet: merito igitur prefertur omnibus Dist. 19. enim uero

alijs ecclesiis. Ideo omnes controversiae, Dist. 63. quanto.

ac quæstiones de fide ad eā referendae sunt. De pres. non bapt. c.

Sciendum præterea, quod potestas sedis ueniens.

mea est luminare maius: & potestas se-  
cularis,

De ma. & ob. c. solitæ. cularis est luminare minus: & cum eccl  
 Clem. de sent. & re iu- sia, cuius ego caput sum, successerit impe  
 dic. c. pastoralis. rio Romano, ex plenitudine potestatis  
 utraq; potestas in manibus meis est, quapropter de  
 necessitate salutis omnes mihi subesse debent. cumq;  
 De iudicijs uideant potestatem meam non tantum temporalis  
 c. n. ouit. sed & spiritualem esse, quæ, ut inquit Paulus, à ne-  
 Dist. 96. c. mine iudicatur, causæ quæcunq;, regum etiam, à ne-  
 simplices. iudicari debent. nullus igitur princeps potest aliquip  
 decernere in ecclesia: quia obsequendo illis, manu  
 necessitas, & non autoritas imperandi. & quamvis  
 C H R I S T V S apostolis suis præceperit, ut qui in  
 ecclesia alijs maior esset, aliorum esset minister: no-  
 quando. tamen decet ut ego id præstem, ne si nimia humilitas  
 Dist. 40. si seruaretur, regendi autoritas frangeretur. Nec de me  
 Papa. debet aliquis malum faciliter præsumere, quia sum ui-  
 Dist. 81. si carius C H R I S T I: & mea bonitas post Deum est  
 quis. carius C H R I S T I: & mea bonitas post Deum est  
 Dist. 22. o- salus omnium. propterea qui mihi obedire conte-  
 mnes. nnit, peccatum infidelitatis seu paganitatis incurru-  
 Dist. 81. imò qui mihi non obedit, est idololatria. corā me iga-  
 tur omnes procumbant, nec uerbum unum contra  
 3. q. 6. mul- me loquuntur: quia si securi faciunt, hæretici sunt, &  
 tum. tanquam hæretici puniri debent. Habeo quoque o-  
 mnem plenitudinem potestatis & angelos quoque  
 Gudisaluu de uillad. excommunicare possum. sicut probatur  
 contra hær. pra. q. 7. ad Galatas cap. 1. ubi dicitur: Licet ange-  
 num. 5. Glos. dist. 19. nulli, & lus de cœlo euangelizet præter id quod  
 in cap. gener. de ele. euangelizauimus, anathema sit. & es-  
 lib. 6. hæreticus, qui non credit me habere pot-  
 estatem

testate condendi canonis, ac interpretan Dist. 17. nec licuit.  
 di, & scripturas declarandi, & opuscu- Dist. 19. si Romanorū.  
 la quæ à diuersis scriptoribus eduntur ap  
 probandi, uel reprobandi: nouas & 16. q. i. temporis.  
 difficiles quæstiones definiendi: episcopa 2. q. 6. ideo.  
 tuum quoq; diuisio, eorundemq; unio, e- 7. q. i. mutationes.  
 piscoporum depositorum restitutio, sive 1. q. 2. conuenientibus.  
 eorum mutatio: hæreticorum, famæq; re 2. q. 3. Euthemium.  
 statutio, symoniacorum dispensatio, pal- 2. q. 3. Paulum.  
 tij datio ad me pertinent. Ex mea tantum Dist. 100. quoniam.  
 autoritate concilia congregada sunt, eo- 25. ult. postquam.  
 rumq; statuta secundum euenum tempo  
 rum uel in toto, uel in parte nullus præ- De elect. c. significast.  
 ter me misere potest: nam autoritas mea Dist. 17. concilia.  
 est supra omne concilium ac quævis sta- 35. q. 3. quædam.  
 tutu: ideo necesse est ut conciliarum sta-  
 tutu à me roborentur. Quis autoritatis 12. q. 2. de uiro.  
 mea amplitudinem percipere potest: nam  
 dispenso in gradu affinitatis & consan- II. q. 3. si quis.  
 guinitatis: & contra canones qui poeni-  
 tentiam aut satisfactionem pro enormibus Dist. 56. Cenom.  
 peccatis præcipiunt: & cum eo qui dum  
 excommunicatus est exequitur officium,  
 uel recipit beneficium: non secus dispen- De præb. & dign. c. de  
 so cum illegitimè natis ad beneficia quæ multa.  
 sunt cum cura: idemq; ex mei dispensatio Dist. 34. c. lector.  
 ne plura beneficia habere possunt. Quid Dist. 17. in glos.  
 plura dispensare possum contra ius natu De transl. epis. quan-  
 rale & apostolicum, & ex consequenti do persona.

M contra

contra euangelium ac uerbum Dei: quia non alicuius  
puri hominis uicem gero, sed ueri Dei: imò (ut be-  
Dist. 22. omne Constantinus Magnus imperator confessus est in  
nes eccles. Nicæna synodo) Deus sum, qui a cœleste simul ac ter-  
De iureiu- renum imperium mihi subiicitur. non igitur mirum,  
rando cap. si abrogare potui C H R I S T I præcepta aliquot,  
et si Chri- ut puta illud, quo nobis mandauit, ne omnino iurare  
stus.

Extra Mart. 5. & Calli mus: & illud, quo usuras prohibuit, au-  
sti tertij. regim. uiui. delicit cum dixit, Mutuum date, nibil in  
ecclesiæ. de sperantes. hoc enim est de iure naturæ

De usuris. c. plures. li, super quo, ut dixi, dispensare possunt.

Ibidem c. quoniam. & qui quis contra hoc decreuerit concilii.

Ibidem c. conquestus. lium Thuronense, ut patere potest cui-

cunq; qui leges nostras inficiat: tamen omnia cui  
decreta per duas quasdam bullas irrita feci, hac pre-  
terea autoritate abrogavi præceptum de diligendis  
inimicis eos namq; qui in me uerbo uel factis insurge-  
re audent, excommunicationibus, maledictis, bono-  
rum proscriptionibus, ac ferro igne q; persequendas  
esse decreui. Non secus præceptum de non utendo ma-

15. q. 3. auto- teriali gladio irritum feci, ac contrarium decretum

ritate.

fanciui. nam licentiam dedi episcopis meis, ut pro re-

superadis possessionibus uti possint materiali gladio.

qua de caussa non solum C H R I S T I mandatum no-

uiolatur, sed plurimum merentur, qui pro his recipi-

rands bellant. Nec homicidia hos deterrere à pugna

debent: quia et si aliquem occidat, non sunt homicida.

quia cum excommunicati fuerint, Deus excommuni-

catus iubet occidi, ut poena poenæ addatur. Et hie

C H R I S T I

23. q. 5. om- nium,

CHRISTVS præceperit, ne contendamus in iudicio, sed pallium potius ei demus, qui tunicam à nobis auferre in iudicio querit: persanctè tamen hæc abrogare potui. nec obstat, quod CHRISTVS iudicandi potestatem sibi non arrogarit, sed potius respuerit, cum scilicet uocatus à quibusdam, ut controvèrsiam quandam dirimeret, dixit: *Quis me constituit iudicem inter uos? lites igitur fouere in ecclesia mea, non est contra euangelium: quia omnia ea quæ lites prohibebant, abrogata fuerunt per leges meas de rescriptis, de electionibus, de renunciationibus, de libelli oblatione: de litis contestatione, & huiusmodi.*

23.q.5.exco  
municatio  
rum.  
Matth.5.

*Quis mihi similis est in terra?* Nullus præter me absoluere potest laicos, percutientes, uel percutere mādantes cuiuscunq; officij clericum aut religiosum. Ego tantummodo is sum, qui sanctos ac eorum reliquias canonizat. Sed quid friuola haec enarrō? Ad me omnes appellare possunt, à me uero ad alios appellare nulli permittitur: & appello Ibidem decreto. lationes ad me interpositæ, sunt ab omnibus deserendæ, quia omnes iudicare possum: nullus autem præter Deum me iudicare potest. nam et si aliorū causa homini terminadas cōmiserit, me tamen suo iudicio reseruit, et de iudicio meo nulli permittitur iudicare: quia ius a mea et si iniusta ac intolerabilia uideātur, tamē pia deuotioe toleranda sunt in memoriam diuini Petri. Sic enim peccatores ac cōtumaces ad salutē traho. meaq; sententiae, ut uno uerbo dicam, ab omnib. ita seruari

De sent. ex  
com.c.non  
dubium.  
De preb. c.  
dilectus.

17. q. 4. ne-  
ri debent, ac si diuina uoce firmatae essent. imò si ali-  
mini. qua sententia est, quæ per se non teneat, per meam  
De const. confirmationem efficitur ualida. O' inauditam pote-  
c. ecclesia. statem, quam à Deo accepi. Calcei mei tantum ha-  
De priuil. c. cū olim. bent autoritatis, ut si aliquis excommunicatus eos  
De maior. osculetur, statim absolutus præsumitur: & eius sum  
ac obed. c. autoritatis, cuius & beatus Petrus: ideo longè maior  
illud. rem autoritatem posse video quam Imperator ipse: i-  
6. de elect. mò ego Romanorum Imperator sum, & episcopos  
c. fundame ta. ac archiepiscopos ad similitudinem flaminum ac prin-  
cipium, qui in gentibus habebantur, ordinavi: O  
6. de off. le legati mei, si Cardinales sint, quasi procōsules haben-  
gati. c. leg. tur: si autē Cardinales nō sint, tanquā præfides affi-  
mandi sunt. Ego igitur tanquam uerus Imperator  
De hær. c. ac totius orbis monarcha constituo reges, ac regna  
ad abolen- transfero: quia quemuis principē ex ditione ac im-  
dam. perio suo deiijcere possum: nec ueramentum quo po-  
puli illius imperio deuincti sunt, meam hanc potestia-  
15. q. 6. a.- lius.  
De iud. c. licito absoluere possum. Is autem qui hodie Roma-  
nouit. norum Imperator appellatur, nihil præter Impera-  
Dist. 63. Valentinianus. toris nomen obtinet: & pauculam quam  
obtinet potestate, à me accipit: ego uero  
Dist. 96. Duo. autoritatē meam a Deo ipso accepi: ideo  
Ibidem illud autem. Imperator mihi debet caput inclinare, ac  
genua flectere, cum ipse ex meo iudicio ac uoluntate  
pendeat. nec illi licet decernere de electione eius qui  
sedem hanc sacrosanctam possidet, nec de rebus eccl-  
esiasticis: imò nec eius electioni sub anathematis po-

Ha contradicere aut resistere potest. nam tenetur tan- Dist. 79. si  
tummodo esse aduocatus ac defensor ecclesiæ meæ. quis.

Videant hic pijs abominationem illam quæ descri-  
pta fuit à Daniele propheta, stantem in loco sancto. Dan. 9.  
Noscant bestiam illam, cui draco, qui est satan, de- Apoc. 13.  
dit virtutem ac potestatem magnam, ut aperiat os  
suum in blasphemias contra Deum, & blasphemet  
nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cœ-  
lo habitant. Contemplentur quomodo adorata sit in  
terra ab omnibus his qui non sunt scripti in libro ui-  
te agni, & quomodo occiduntur omnes qui non ado-  
ram eam. Iudam proditionem considerent, qui ea quæ  
CHRISTI sunt uendit, & ex eorum precio bellat  
inter principes suscitat, pios persequitur, impijs fa-  
uet, CHRISTVM ac eius uineam destruit. O ma-  
ximā regni CHRISTI metamorphosin. hoc nam  
que cum nihil aliud sit, nisi iustitia, charitas, gaudium,  
mansuetudo, patientia, & pax, in regnum quoddam  
terrenorum regnorum more mutatum est. Vbi re-  
gnum CHRISTI ciuitates innumeræ, easq; opus  
lentissimas querit? ubi arces atq; oppida munifici-  
mae, ubi equitum peditumq; influctissimas acies: ubi  
tormenta bellica præcipit CHRISTVS, ut habeantur  
in sua ecclesia, quam non equidem interficiendo,  
sed moriendo acquisiuit. Non solum sacre literæ ista  
ecclesiæ ministris prohibent, sed & ab eorum legibus  
prohibentur. dicunt enim: De episcopis seu quibus-  
libet clericis, quod nec sua autoritate, nec autoritate  
Romani Pontificis arma arripere ualeant, facile pro-

32. q. 8. de c-  
piscopis.  
Ioan. 18.

batur, cum Petrus, qui primus apostolorum extitit,  
audierit: Cōuerte gladium tuum in uaginam. Quis  
illi, quod CHRISTVS regiam dignitatem spre-  
uerit? quod regnum suum de hoc mundo non esse di-  
xerit? quod suis terrenorum more imperitare prohi-  
buerit? Nihil sane, quia nihil illi curae est de CHRISTI  
STO uibus, sed CHRISTI patrimonium atque her-  
reditatem, non animas fidelium arbitratur, sed impe-  
rium quo toto terrarum orbi dominetur. hac ex causa  
sa coronam triplicem argento, auro, gemmisque con-  
textam in capite gerit, ut non solum trium terrarum par-  
tium, sed et in celo, in terra et subtus terram se invi-

APOC. 18. peritare ostendat. At resipiscat iam CHRISTI ec-  
clesia, agnoscatque eum quem hactenus tanquam Deum  
admirati sunt, meretricem illam esse cum qua fornici-  
catur omnes reges terrae, cuiusque blanditijs illecti sunt  
omnes qui dominantur super terram. Huic enim im-  
perij dignitatem donat, eumque imperatoria corona  
exornat. illi regiam maiestatem confert, alij amplissi-  
mam ditionem, amplissimos titulos, communicat:  
alij roseum galerum: alij hanc, alij illam confert di-  
gnitatem: et sic his artibus quoscunque in suos am-  
plexus trahens, passim libidine sua grassatur, ac CHRISTI  
ecclesiam destruit.

Et conuersus Eusebius ad Pontificē, dixit: Vbi da-  
tū est tibi, ut ueluti rex regū, ac Imperator imperato-  
rū omnibus domineris, omnibus imperes, omnī lites  
ac controuersias ad iudicium tuum reuoces? omnisque  
ecclesiæ bona pro libito cuiuis histrioni ac facinoro-  
so dī-

so distribuas? Dicis sanè te Petri esse successorem, at  
 non iuxta Petri institutū uiuis: præ cæteris enim om-  
 nibus curam pauperū Petrus & cæteri apostoli gere Galat.2.  
 bant. Ideo Iacobus, Petrus ac Ioannes, abeuntib. Hic  
 rofolyma Paulo, Barnaba, ac Tito, eis pauperum cu-  
 ram præcipue cōmendarunt. Vicariū C H R I S T I  
 quidē te esse iactas, at nō iuxta C H R I S T I exemplum  
 pauperes pane, uerbo, ac sanctitatis exēplo pa-  
 scis, in quo tamē iuxta leges tuas sita est episcopi glo-  
 ria. illæ namq; te admonent, dicentes: Gloria episcopi 12. q. 2. glo-  
 est, pauperum opibus prouidere: sed fraudare quod  
 est pauperum, sacrilegium est cōmittere. Ideo possi-  
 pedit. pedit.  
 ad deberes bona hæc, ut præcipitur tibi, uidelicet  
 ad dispensandum, non ad dissipandum: deberes præ-  
 terea abijcere curas seculares, ne præfocatus negotio- 2. Tim.2.  
 rū occupationibus, uerbo Dei uitare non  
 posses. episcoporum enim interest, incum Dist.88.episcopus.  
 bere lectioni, orationi, ac doctrinæ: ita 1.Tim.4.  
 ut doceant sacram scripturam, & nihil Dist.86.cum multa.  
 aliud præter C H R I S T V M. deberes 1.Pet.5.  
 quoq; animaduertere uerba Petri, que in Dist.95.est.  
 tabulas uestras relata sunt, quib. indicatur te non do-  
 minum in clero cōstitutum, nec dominari debere, sed  
 tantum presbyterum: ut sis, quemadmodum inquit  
 Paulus, sobrius, benignus, hospitalis, castus, & sine  
 ullo crimine: non uiolentus, nō percussor, sed mode-  
 stus, non litigiosus, non cupidus, bonus paterfamilias,  
 unius uxoris uir, filios habens subditos, in omni casti-  
 tate. Fassus es te omnium esse iudicē, cur igitur Paulus

Act. 25. principis sacerdotum tribunal spreuit, ac Cæsarem appellavit dicens, Cæsarem appello, ad tribunal Caesaris sto, ibi me oportet iudicari, cum tamen de his quæ ad fidem spectabant iudicaretur. Cur

Ioan. 19. S T V S quoque Pilatum, qui Imperatoris tantum carius erat, sui iudicem esse confessus est, ac se ipsius iudicio submisit: dixit enim: Non haberes in me potestatem, nisi tibi datum fuisset desuper. Non igitur dicitur

Dist. 96. si cas, Non spectat ad Imperatorem, prælatos ecclesiæ iudicare: neque claves, Clerici ad iudicium servantes, qualiter, culare non trahantur.

Si penes te, ut inquis, est autoritas congregandi concilia, cur inuenimus toties illa ab Imperatoribus conuocata, eosdemque ipsis præfuisse?

Blon. 9. In Constantinopolitano siquidem s. Constantinus 5. præcepit, ut omnes pacifico colloquio de uera fide perquirerent, dimissis questionib. philosophicis.

Diac. 18. Plat. Theodoricus quoq; præcepit, ut Romæ concilium conuocaretur. hic Italiae regnum tum obtinebat.

Sigeb. Theodoricus Galliae rex habitas synodo, multos episcopos episcopatibus suis priuauit.

Sigeb. Clodoueus quoque rex Galliae iussit ut episcopi qui in Gallia erant concilium celebrarent. At dices, Provincilia hæc fuerunt concilia, sicut et innundaria, que principes, eo quod mihi parere nolebant, conuocari curabant. esto. Quid dices de Nicenô ostende mihi quomodo conuocaris. generale sane concilium fuisse et tu asseris: et tamen non à te, sed à Constantino Imperatore conuocatum fuit. Dicit enim

enim Eusebius: Tum Constantinus ex sacerdotū sen  
temia apud urbem Nicæam episcopale conciliū con- lib. 10. c. 1.  
vocat . tantum abest ut tu illud conuocaris , in eoq;  
summam sedē habueris, ut potius legati tui ( nam se-  
nior confectus interesse non potuisti ) non sint nisi post  
Hierosolymitanum, Antiochenū, ac Alexandrinum  
nominati. habemus enim in Tripartita , quod ex a- Trip.lib. 2.  
postolicis sedibus interfuerunt Macarius Hierosoly- cap. 1.  
mitanus, Eustathius Antiochenæ præsidens , & A-  
lexander Alexandrinæ. Iulius autem Romanus epi-  
scopus propter senectutem defuit. erant pro eo præ-  
sentes, Vitus ac Vincentius, presbyteri eiusdem eccle-  
sie. Cur igitur legati tui supremam non obtinuerūt  
sedem in concilio , ueluti hodie propter tyrannidem  
tuam sit? Quod præterea non à te concilium illud  
generale conuocatum fuerit, sed ab Imperatore ipso,  
ex ipsiusmet concilij literis patet . nam dum literas  
mitteret fratribus , qui per Aegyptum , Libyam ac  
Pentapolim erant , ita scribit: Quoniam Dei gra- Trip.lib. 2.  
tia, ac Deo amantissimi principis nostri Constantini cap. 12.  
congregantis, nos, & cetera.

Si o Papa à nemine iudicari debes, nec potes , cur 2.q.5.man-  
Sixtus purgauit se in concilio coram Valentiniano dastis.  
Augusto ? 2.q.7. nos.

Cur Damasus purgauit se cum quadraginta duo- 2.5. omnib.  
bus episcopis in concilio Romano?

Cur Leo purgauit se cum duodecim episcopis ?  
Si penes te est plenitudo autoritatis legum con-  
dendarum, quib. saluos facere possis quoscunq; uelis,

cur Iacobus inquit, Vnus est enim legislator et iudex,  
qui potest perdere & liberare?

Si tui iuris est, ut solus temporaria bona, quae ecclesiastica vocas, pro libidine tua partiaris cui uolueris,

**Act. 4.** cur Petrus eandem non habuit? In Actis enim apostolorum legimus, quod à plerisq; precia domorum agrorum ferebantur. quòd non quidē ad pēdes Petri, sed apostolorū, & diuidebantur. Si Petri es successor paupertatem ita amplectaris, ut cum Petro possis dicere, Argentū & aurum non est mihi: nec non cum omnibus apostolis, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quod si ageres, posses fortè etiā dicere claudis, In nomine I E S V surge, & ambula. Prisca ecclesiæ Romanae episcopos imiteris, præsertim Syl-

Sabel. uestrum. hic enim diadema aureum sibi à Constantino oblatum, ut minus religioni aptum, respuuit.

**Dist. 63.** Si à C H R I S T O ita ecclesiarū constitutus es, non est.

**De elect. c. suis.** minus, ut nullus præter te episcopos constituere pos-

Ibidem c. sit, cur Petrus hac eadem autoritate in electione dia-

Messana. conorum septē, ac Matthei apostoli non est usus? cur

Considerate fratres uiros ex uobis boni testimonij,

plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus

ad hoc opus. Cur Petrus Paulū tanquam temerarium

ac hæreticum Antipapam non damnauit, eo quod Ti-

tumq; Cretæ reliquisset, ut ea quæ decessent corrigeret;

ac presbyteros per ciuitates constitueret? Cur Ambro-

sius nō à tua sanctitate, sed à populo Mediolanensis

ecclesia

eccl<sup>iae</sup> episcopus electus fuit? leges quoq; tuorum  
 predecessorum ita faciendum esse mandabant. Dist. 24.  
 Dixisti preterea, ad te tantum pertinere epis- quando.  
 porum depositorum restitutionem. Cur igitur Iulius, Dist. 63.  
 aut Liberius, aut Foelix secundus Constantinum ma plebs.  
 gnum non excommunicarunt? hic enim Athanasium Ibi c. nosse  
 in episcopatum suum Alexandrie restituit. Ibidem c.  
 Situ episcopos quaruncunq; ecclesiarum iure, ac episopos.  
 nullus aliis preter te eligere potest, cur antiqui pre Ibidem c.  
 decessores tui per multos annos ab imperatorib. ipsis literas.  
 eligebatur? quod & de alijs episcopis eque contingit Ibidem c.  
 bat. Cū uero imperatores eorū fraudib. decepti, con quanto.  
 ceperissent ut clerici populusq; Romanus episcopum Hadrianus  
 Romanū eligeret: hoc tamē iuris adhuc sibi retinue Dist. 63. Va  
 riu, uidelicet q; electio huiusmodi ualida esse non po lentinianus.  
 terat, nisi eam aut Imperatores, aut eorum exarchi  
 confirmassent. Haec ex causa Seuerinus ab Isacio, to Plat. in Se-  
 tius Italiæ exarcho, Seuerinū in pontificatu cōfirma- uer.  
 uit. Ideo Ludouicus, Lotharij Imperatoris filius, Ro Sigeb.  
 man missus fuit, ut electionem Sergij 2. confirmaret. Plat.  
 quod & pleriq; alijs pontificib. contigit: sicuti Ha-  
 driano 4. Gregorio 4. Paschali primo. Quapropter  
 cum tota C H R I S T I ecclesia spiritu Dei edocta,  
 uideat te adeò cōtra C H R I S T V M ipsum atq; eius  
 doctrinā concitatū, ut si fieri possit, hāc & illū ē me-  
 dio sublatos cupias, fatendū est uerè in te ac de te ceci-  
 nisse Franciscū Petrarçā, cuius tria epigrāmata, ex  
 vñmis Italicis nuper in Latinū cōuersa recitabo, ut  
 istā uestrā pestilētia sedē ab illo cognitā intelligatis.

## SONETTO PRIMO.

Fiamma d' il ciel su le tue trecce pioua  
 Maluagia, che d' il fiume, e da le grande  
 Per altri impouerir sei ricca, e grande,  
 Poi che di mal' oprar tanto ti gioua:  
**Nido di tradimenti, in cui si coua**  
 Quanto mal per il mondo hoggi s' spande,  
 Di uim serua, di letti, e di uiuande,  
 In cui lussuria fa l' ultima prouoa:  
**Per le camere tue fanciulli, e uecchi**  
 Vanno trespando: e Belzebub in mezzo  
 Co mantici, co' l fuoco, e con i specchi  
**Nudrita già non fosti in piume al rezzo,**  
 Ma nuda al uento, e scalza fra gli stecchi,  
 Hor uiuisti, ch' a Dio ne uiene il lezzo.

## SONETTO SECUNDO.

L' auara Babilonia ha colmo il sacco  
 D' ira d' iddio, e de uitij empi e rei,  
 Tanto che scoppia, e ha fatto suoi dei  
 Non Gioue e Palla, ma Venere e Bacco:  
**Aspettando raggion mi strugo, e fiaco:**  
 Ma pur nouo Soltan ueggo per lei,  
 Lo qual farà, (ma non quando uorrei)  
 Sol una fede, e quella sia in Baldacco:  
**Gli idoli tuoi seranno in terra sparsi:**  
 E le torre soperbe al ciel nemiche,  
 E' suoi torrier di fuor come dentr' arsi:  
**Anime belle, e di uirtudi anche**  
 Terranno il mondo, poi uedrem lui farsi  
 Aureo tutto, e pien dell' opre antiche.

## EPIGRAMMA PRIMUM.

In diros crines è cœlo decidat ignis  
 Execranda lues: quæ lympha & glande relictis  
 Externans inopes, prægrandis opimaq; facta es:  
 Actibi iucunda est tot iniqua patrare uoluptas:  
 O' scelerum sedes, & nidus proditionum,  
 Vnde haec cernuntur totum diffusa per orbem:  
 Ferclorum, Bacchiq; comes, lecliq; ministra,  
 In qua luxuries alta ceu regnat in arce.  
 Per conclave senes, per turpe cubile cynædi  
 Ludunt, & satanæ non desunt undiq; folles  
 Luxurie inflati, speculis, succensaq; flamma.  
 Non his delicijs olim nutrita fuisti,  
 Sed proiecta noto, duris pede nuda salebris:  
 Nunc uiuis tuus ut descendat foetor olympum.

## EPIGRAMMA SECUNDUM.

Non saturanda gerit uastum Babylonias accum,  
 Plenum bile Dei, uitijs, immanibus ausis,  
 Que manant latè. Quæ numina suspicit, haud sunt  
 Iuppiter & Pallas, sed amorum diua & Iacchus.  
 Poena expectans flaccesco, & duriter angor.  
 Sultanum at cerno uenientem, & flagra ferentem.  
 Sed uereor ne quam cupiamus serius adsit.  
 Vna fides cunctos cinget Babylonis in urbe,  
 Impia per terras idola refracta iacebunt,  
 Flagrabunt turres, & tecta minantia cœlo  
 Turricolæq; cadent ardenti fulguris igne.  
 Fœlices animæ, uirtutis & æmula turba,  
 Incoleat has terras. tandem spectare licebit  
 Aurea uirtutum sanctorum temporare addi.

## SONETTO TERZO.

Fontana di dolor' albergo d' ira,

Schola d' errori, e tempio d' heresia

Gia Roma, hor Babilonia falsa eria,

Per cui tanto si piagne e si sospira:

O Fucina d' inganni, o priggion d' ira,

Ou' il ben muore, e'l mal si nutre, e cria,

De uiui inferno: gran miracol sia

Se Christo teco al fine non s' adira:

Fundata in casta et humil pouertade,

Contra tuoi fundatori alzi le corna

Putta sfacciata, e doue hai posta spene?

Nelli adulteri tuoi, nelle mal nate

Ricchezze tante, Hor Constantin non torna

Ma tolga il tristo mondo chi'l sostiene.

## EPIGRAMMA TERTIVM.

Fons acrumnarum, domus iræ, plena furoris,  
 Errorum ludus, sectarum mobile templum:  
 Roma quidem fueras, nunc es Babylonia fallax,  
 Ex qua tot luctus gemitusq; feruntur in orbem:  
 O' fraudum mater, carcer teterimus iræ,  
 Carnificina boni, sed inqui sedula nutrix:  
 Viuorum infernus: miraclum insigne futurum,  
 Si nunquam contra te CHRISTI sœuiat ira.  
 Casta in pauperie tua sunt fundamina iacta,  
 Sed modo fundantes oppugnas cornibus altis.  
 Quid nā frontis habes meretrix? quo niteris audax?  
 Spes in adulterijs, spes est in diuite cista.  
 Non igitur redeat te Constantinus adaugens,  
 Protinus at miserum qui sustinet auferat orbem.

Deo autem fideles, p̄ijsq; omnes maximas per Apoc. 14.  
 CHRISTVM gratias agant, eo q; illos à tuis insi-  
 dijs cautos reddiderit, dicēs: si quis adorauerit bestiā  
 & imaginē eius, et acceperit characterē eius in fron-  
 te sua, aut in manu sua, hic bibet de uino iræ Dei, ex  
 cruciabitur igne, & sulphure in cōspectu angelorū  
 sanctorū, & ante cōspenitū agni, & fumus tormento  
 rum ascēdet in æternū. Quapropter sine intermissione  
 orent ad Dominū, ac dicāt: Respice, obsecro, Do-  
 mine super afflictionem populi tui, & contere mu-  
 lierem fornicariam, ebriam de sanguine sanctorum  
 tuorū, & de sanguine martyrū IE S V. De uino for-  
 nicationis eius biberunt omnes reges terræ, & cum  
 illa fornicati sunt. Apprehende igitur Domine arma

C'

Apoc. 17.

¶ scutum, & exurge in adiutorium sanctis tuis, ut

**Apoc. 18.** exeant ab illa, ne participes sint delictorum eius, & ne de plagis eius accipiant, cum recordatus fueris ini-  
quitatum eius. Ipsa confidit in fortitudine brachij sui,  
atq; in diuinitate et amplexibus regum ac principum qui  
fornicantur cum illa: nos uero confidimus in spiritu  
oris tui, & in illustratione aduentus tui, quibus tan-  
dem interfectorus ac destructurus es impium. Domine

**2. Thes. 2.** postquam aperuisti os tuum, canimus dicentes: Ca-  
dit cadit Babylon ista magna. Da igitur uerbo tuo  
uim ac fortitudinem, ita ut breui clamare possimus  
cum gaudio, ac dicamus: Cecidit cecidit mater forni-  
cationum, quantum glorificauit se, et in deliciis fuit,  
ac recepit bona in uita sua, tantum illi tormentorum  
& luctus datum est. & tunc exultabunt omnes sancti  
tui, quia uidebunt vindictam, & cognoscent quod argenti

**Apoc. 18.** & aurum eius & margaritae & purpurae, & om-  
nia uasa eboris preciosa, & omnia pinguis et pre-  
clara, et uox citharoedorum ac musicorum discesser-  
rint ab ea. Negotiatores uero terrae flebunt, & lug-  
bunt super illam: quia merces eorum nemo emet amplius. ideo ab eo longe stabunt propter timorem tor-  
mentorum eius flentes planctu amaro. Plangentque  
super illam reges terrae, qui cum illa fornicati sunt, ac  
in deliciis uixerunt. Latabuntur autem omnes qui  
timent nomen tuum, nec timebunt fumum incendiij  
eius, ac sulphuris ascendentem de sepulchro eius. ue-  
ni ergo Domine, & uerbo tuo destrue omnes qui in  
medio ecclesiæ polluant nomen sanctum tuum, &  
destruant

destruunt sanctuarium maiestatis tuae.

Audiens haec omnia Antichristus, diutius ferre DE CASTI  
non potuit. ideo conuersus ad eos qui ei astabant, di- TATIS  
xit: Ne amplius sinatis eum tam proterue loqui: sed Voto.  
estote uiri, & agite ut gladios nostros, contra quos  
tot rugas afferre uoluit, experiatetur. Surrexit igitur  
Cardinalis quidam, octoginta annos natus, qui etsi  
nunquam uxorem duxisset, genuerat tamen filios &  
filias, & dissipabat adhuc substantiam pauperum,  
uiuendo luxuriose. Hic igitur seruum Domini allo-  
catus est, dicens: Haeretice, proferas citò hæresim tuā  
quam cōtra castitatis uotum doces. Tunc omnes qui  
aderant, & nauerant hominem, maximos cachin-  
nos sustulerunt.

Hos omnes C H R I S T I confessor allocutus est  
in hunc modum: O' deplorandum facinus, inquit,  
eo iniquitatis præcepta Dei pertraxisti, ut uobis  
iocofum ac ridiculosum quid uideatur, si quis illa  
usq; ad senectutem transgressus fuerit. Audite itaque  
principes Sodomorū, & populus Gomorrhæ, uer-  
bū Domini quod spiritus loquitur ecclesiæ sue. Quis  
nisi superbus & impius nescit castitate Dei donum  
esse? Hoc testatur Solomō: Scio, inquit, quia nō pos- Castè uiue  
sum esse cōtinēs, nisi Deus det. Hoc testatur C H R I Sap.8.  
S T V S, cum dixit: Non omnes capiūt uerbum hoc, Matth.19.  
sed quibus datū est. Hoc testatur Paulus, cū inquit: 1. Cor.7.  
Vnusquisq; proprium donū habet à Deo, alius qui-  
dem sic, alius uero sic. Hoc testatur Augustinus. in- Epist.89.  
quit enim: lubet Deus coniunctionem, & dat coni-  
unctionem.

N ncertiam.

Conf. 6. nentiam iubet per legem, dat per gratiam. *Qui igitur cap. II. tur fieri decet, ut quis se castè uicturum usq; ad mortem uoto astringat, cum in sua potestate situm non sit, ut castè uiuat? Nonne puerilis res, stultitiaeque per maxima est, dum quis se Deo redditurū uonet, quod nondum accepit, nescitque an accepturus unquam sit neque si acceperit, an usq; ad mortem in eo perseueratus sit? Quod si quis tale emitat uotum, perinde est ac si alicui polliceretur, se illi mille aureos donaturum, si tamen hoc totum sibi ab illo donetur.*

*Chrysost. hom. 79. in Matth. Quid igitur à uerbo Dei hoc in negotio discendant est? Primum quidem, ut sciamus nullibi in scripturis sacris præceptum esse, ut quis uirginitatem perpetuò seruet: sed hæc seruerit, nec ne, hominum uoluntati permisum est. ideo Paulus inquit: De uirginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Laudat quidem eum qui caelebs uiuit, ueruntamen peccatum non committere dicit, si uel uirgo, uel uir ipse nubat. Deinde unusquisque in se experitur, ex animaduertat Dei donum: hinc enim nulli non poterit: sed dilucide cognoscet, an Deus illum ad matrimonium contrahendum uocet, an uirginitatem seruare possit. Consideret igitur, quamvis, quandoque uiolenti fini ueneris motus, quantumque illiusmodi ignis exæstuet. Si ita flagrantem ac erumpentem senserit ignē, ut illius flamas ferre non possit, sine periculo uxorem sanè tunc debet ducere. inquit*

*Qui teneantur uxore ducere 1. Cor. 7. enim Paulus: Melius est nubere, quam uri. Primum igitur homo foemina ue carnis affectum ita pertinet*

pertinaciter furentem in se senserit, tunc castitatis  
 donum sibi à Deo negatum esse cognoscet: ideo sa-  
 tis cause habet, ut se matrimonio iungat. Quod et  
 innuere uoluit C H R I S T V S, cum dixit: Non o- Matth.19.  
 mnes capiunt uerbum, sed quibus datum est, qui po-  
 test capere, capiat. Ac si diceret: li quibus datum ac  
 donatum est, ut castè uiuant, gaudent et gratias  
 agant Deo, no[n] caniq[ue] quam preciosum talentum ac-  
 ceperint: non igitur fodientes terram, illud abscon-  
 dent, sed cum illo negotientur, castè scilicet uiuen-  
 do, ac querendo quæ Domini sunt, et cum timore  
 animiq[ue] humilitate pergent: tales enim C H R I-  
 S T I uerbum illud capere possunt, cum illis da-  
 tum sit ut sine uxore castam uiuant uitam: sed qui-  
 bus donatum non est, ij uerbum illud capere non  
 possunt, id est castè uiuere nequeunt: quapropter  
 uxorem ducant. Nam cum castè uiuere nequeant,  
 nisi uxori coniungantur, in scortationem, aut ali-  
 quam forditatem, molliciemq[ue] incurant. Quæ o-  
 mnia diuinis præceptis prohibentur. His honorifi-  
 cum et sanctum connubium, et salubre remedium  
 est: Vnusquisque propter euitandam fornicationem  
 suam uxorem (inquit Paulus) et unaquæque suum  
 virum habeat. Item: Dico autem nō nuptis ac uiduis,  
 bonum est illis si sic permanerint sicut et ego: quod  
 si non se continent, nubant. Melius est enim nubere,  
 quam uriri. Aperta sunt hæc Pauli uerba, et omni-  
 bus qui uruntur ueneris importunis flammis, com-  
 mune ac liberum exponunt coniugij remedium. Si

Qui castè  
uiuere de-  
beant.

<sup>1.</sup>Car.7.

ergo ureris, ô uir, uxorem ducas: si ureris, ô mulier, uiro nubas: nullum hic discrimin inter uos est. quod si non facitis, dum nec igni ureni, nec fornicationi, nec immundicijs, saepe Dominum precati restare potestis, utriq; magnū perpetratis facinus. Seruus enim sciens uoluntatem domini sui, & non sciens eā, uapulabit multis. Voluntas Domini tui est, ut si ignem uretem sentias, matrimonium contrahas. hoc in remedium salutare ijs qui uruntur, à Deo ordinatum est. nec aliqua ratione suspiceris illud malum esse, cum ab ipso Deo ordinatum sit, & eiusdem quoque benedictione sanctificatum. idē ostendit Paulus, cum dicit: Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus: scortatores autem iu-

Distin. 26. dicabit deus. Quid? an non decreta quoque uestra id ipsum affirmanū dicunt enim: Matrimonium est bonum, & sine peccato exercetur, quia Dei mandato perficitur. Si ergo diuino statuto factum est, ut per se bonum sit, & Paulus quoq; dicit ipsum immaculatum esse in omnibus uidelicet gentibus: cur uos conscientiarum carnifex illud aliquibus malum esse asseritis, uidelicet sacerdotibus ac monachis, atque ne

Distinc. 27. illud contrahant prohibetis? Cur Syricius Occiden-  
Diaconus. Martinus i. uotum castitatis clericis suis imponit, ac Tom. i. Cō ciliorum. lapsos post ordinationē excludi, & in perpetua pœnitentia permanere uoluit? Cur Symmachus statuit macho. ut uidue uel uirgines cōtinemiam professae, ulterius loquitur.  
Isid.inSym  
1.Tim.3. non nubant? Paulus igitur uestra sententia pessime

loquitur, dum dicit, Oportet episcopum irreprehē-  
sibilem esse, unius uxoris virum. Quibus tamen in  
verbis Apostolus non solum dicit malum non esse ut  
episcopus suam uxorem habeat: sed hoc inter ea cō-  
numerat, quorum causa sit ut episcopus irreprehen-  
sibilis habeatur. Nec est quod Pauli verba inuertatis,  
dicentes, unam episcopi uxorem, unam intelligi ec-  
clesianam seu parochiam (quod iamē nec à uerboris epi-  
scopis seruatur) idem namq; Paulus mēdaces uos o-  
stēdit, cum sequitur, Qui liberos habeat subditos cū  
omni castitate, ac domui sua bene præsit: imo Pau-  
lus ex filiorum actotius familiae suae regimine Timo- 1.Tim.3.  
theum admonet, qui nam ineptus ac indignus sit ut  
ecclesiā regat: Si quis, inquit, domui sua præesse ne-  
scit, quomodo ecclesiæ Dei curam habebit?

Tunc Cardinalis ille: Quis (si matrimonium con-  
traheremus) nostros liberos, inquit, educaret?

Cui Eusebius: Quis, inquit, tot annos filios ac fi-  
lias tuas ex scortatione, adulterio, ac incestu susce-  
pit, aluit ac fouit? Si pater esse uolebas, satius tibi  
fuisse, uxorem tuam habuisse, et filios ex matrimo-  
nio procreasse, eosq; pie et honestè instituisse, unde  
etiam ipsi uictum sibi parare potuissent, quam tam  
scède et dishonestè, cum summo ecclesiæ C H R I-  
STI scandalo. unde et tandem factum est, ut illibe-  
raliter educati, ab omnibus contemnuntur, cum nihil  
aliud præter meretricia ac lenocinia omnisq; generis  
sclera didicerint. Si igitur regnum Dei ac eius iusti- Matth.6.  
tiam quesisses, atq; ex eius uoluntate uixisses, nū il-

tibi dubitandum de filiis tuis erat. Nam si uolatilia cœli, agrorumq; lilia, quæ neque ferunt, neque nent, nutrit ac souet, multo magis filiis tuis necessaria subministrasset. Quòd si castitatis donum habuisses à Deo, magis sollicitus esse potuisses in his que Domini sunt. Ideo Paulus hoc considerans dicebat: Velle autem omnes uos esse sicut me ipsum: Bonum est ho-

**I. Cor. 7.** mini, mulierem non tangere: Dico non nuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanescint sicut & ego: Solutus es ab uxore, noli querere uxorem: Qui matrimonio iungit uirginem suam, benefacit: & qui non iungit, melius facit: Beator autem erit, si sic permanserit sicut & ego. Sed quoniam huiusmodi dono à Deo dignatus non fuisti, sed maximo ueneris incendio die noctiūq; uexabar, ideo alia Apostoli uerba audire debebas, quibus præcipit ut unusquisq; propter euitandam fornicationem suam uxoren habeat. Si non se continent, nubant: melius est enim nubere, quam uri. Si acceperis uxorem, non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit: Qui matrimonio iungit uirginem suam, benefacit: cui autem uult nu-

**Matth. 10.** bat, tamum in Domino. Audire præterea debebas  
**C H R I S T V M**, qui Phariseis dixit: An non legistis, quòd qui ab initio hominem creauit, masculum ac foeminam creauit eos? & dixit: Propter hoc ( propter huiusmodi uidelicet copulam, ad quam Deus creauit eos ) relinquet homo patrem & matrem, & adhæredit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo

*Ergo Deus coniunxit, homo non separat.*

*Et conuersus Eusebius ad alios qui astabant: O' sacrilegi, inquit, ac in Deum contumaces, audite verba C H R I S T I. ipse inquit, Deus marem Gen. i.*

*ac foemina creauit, & ut simul essent uoluit, ac utrisque benedixit, precipiens illis ut crescerent ac multiplicarentur. uos uero dicitis: Ad beneficia non debet quis promoueri, nisi castitate promissa. & denuo clamatis: Beneficia dimittat clericus, uxorem dicens. Nunquid tanta est uestra autoritas, ut ipsius Dei decreta sacrosancta, uoluntatemque quod ad.*

De cleric.  
coniug.ca.  
sanè.

De cleric.  
coniug.ca.

quod ad.

*Pro libidine uestra inuertere possitis? Si Deus marem ac foeminam ut simul essent creauit, cur uos eisdem precipere audetis, ut soli permaneant? ut iure iurando promittant se coelibus usq; ad mortem permansuros? Si Deus matrimonium instituit, illudq; uerbo suo ac benedictione ita sanctificauit, ut nunquam prohibuerit, cur a uobis, aliquibus personis interdicitur tanquam flagitiosum? Non igitur mirum, si Paulus uestram hac doctrinam, dæmoniorum do-*

1. Tim. 4.

*gnasse asserit, & si hac ex causa testatur uos a fide discedere, spiritibus errorū attendere, cauteriatamq; conscientiam habere. usquequò impietas horum, o' Deus bone, in ecclesia tua grassabitur? usquequò eorum impudicitia ac luxuria spōsam tuam uexabunt?*

*Cum a uenere abstinere nec possint, nec uelint, priso rum patrum exempla, apostolorum tuorum scripta, decreta tua contemnunt: maluntq; relictō naturali usu foeminae, deniq; in se mutuò turpitudinē offerari.*

Possid.in Per hos libera doctissimorum virorum collegia qua  
uita Aug. tempore Augustini in ecclesia habebantur, in immuni-  
tatis carceres additis uotis commutata sunt. mi-  
rariq; satis non possum, quomodo Basilius, vir alio-  
qui doctus ac sanctus, tam grauiter contra Dei uer-  
bum deliquerit, ut quicunq; qui ultra annum in col-  
legio uiuere uellent, per cum coegerentur uouere se  
cristi uiecturos, nihil possessuros, ac dicto prefecto-  
rum audituros: ut sic in perpetuum misera mancipia  
haberentur. Voluit quidem Basilius ex suimet do-  
no, quod à Deo accepit, aliorum quoque uires me-  
tiri: sed specie quadam boni deceptus, istam uiuendi  
formam excogitauit. Cum enim uideret Basilius  
collegia illa hac ex causa colligi, ut ibi plerique do-  
ctrinæ, pietati, ac sanctimonie incumbentes, tales  
redderetur, qui ecclesijs digni pastores proponi pos-  
sent: uoluit his impositis uotis eos ita in collegijs re-  
tinere, ut non amplius abire possent (multi enim in-  
ueniebantur, qui cum ibi aliquandiu morati essent,  
nunquam decesserunt qui ecclesiarum pastores ac epi-  
scopi eligerentur. Sed hæc bene ne an male à Basilio  
excogitata, & à posteris recepta fuerint, confide-  
randum est. In quo conscientias eorum interrogat-  
re oportet, qui in miseriis illis carceribus uixerunt,  
ac nostra quoque misera tempestate uiuunt. Cog-  
nitare deberemus astuantem ignem qui illos continuo  
singulos coenobiorum angulos ac cubicula diligen-  
tissime

tissimè scrutari deberemus: optimosque ac simpli-  
ces adolescentes, qui monachi sunt, interrogare: fœ-  
minarum præterea carceres ingredi, & hic singu-  
la quæque loca inuestigare, scalas parietibus hæren-  
tes contemplari, immunda loca perfodere, & circa  
eas omnia rimari, & inquirere, si forte infantis ali-  
cuius in scelicia ossa inueniremus: crates ferreas, o-  
ftholumq; ex quo frumentaceum illum Christum  
accipiunt, conspicere. ô diabolicum regnum, quod  
Basilij tempore consurgere incepit. Cur igitur fa-  
tuanas has leges nō tollitis? sapite aliquando: ac me-  
mentote legum uestrarum, in quibus afferitis, quod Dist. 28. de  
seruare castitatem, est uiam arctissimam ac difficil- his.  
limam incedere. & quod pauci casti ac sine carnali  
uitio inueniuntur. Tollite igitur grauiſſimū iugum  
hoc, nam fidelium cōſcientiæ illud ferre nō possunt.

Dist. 50. .  
quia.

At illi responderunt: Durus est hic sermo, et quis  
nostrum potest eum audire? si enim qui ecclesijs p̄ae-  
ſunt, uxores liberosq; haberent, sanctissimi ac beatissimi  
Papæ regnum citò corrueret: tot enim amplissi-  
mos prouentus ex ecclesiasticis bonis non amplius  
exigere posset. omnes enim ecclesiarum pastores sa-  
tagerent, ut filijs thesaurū aliquod reponerent, quod  
in maximum sanctæ Romanæ ecclesiæ damnum ce-  
deret: ideo hereticus es.

Quibus Eusebius: Non igitur mirum, inquit, si  
cum diuitias tantum amaueritis, in diaboli laqueos  
incideritis: à quibus capti ui tenemini ad ipsius uo-  
luntatem. At saltem ab his resiliant doctrinis, ac men-

dacijs oves C H R I S T I , ita ut tantummodo eius uo-

Quid uoti cem audiant, & ambulent in mandatis eius . ualere nomine intelligen- igitur sinat impia uestra uota, cum de his ne uerbum dum sit in quidem unum in sacris literis habeatur. nā uotorum scripturis. nomine in eis dona atq; oblationes notatur, que quis

Leuit.17. Deo pollicebatur: & ista nihil aliud erant, præter

Num.6.30. signa grati animi erga Deum : ideo dicebat David,

Deut.12. Vouete, et reddite Domino Deo uestro omnes qui in

Ps.75. circuitu eius affertis munera. Voti præterea nomine intelligitur quandoque firma animi sententia, qua quis statuit aliquid facere in Dei honorem. hoc p-  
cto David uocebat aliquando se Dei gloriam an-  
nunciatum, ac collapsam religionem instaurauit.

Ps.60. ideo dicebat: Psalmum dicam nomini tuo inse-  
culum seculi, ut reddam uota mea de die in diem. De  
huiusmodi uotis sacræ literæ loquuntur, que in homi-  
nis potestate sunt, ut ab illis reddantur. & de his in-

Ecclesi.5. telligēda sunt uerba illa: Melius est nō uovere, quam post uotū promissa nō reddere. cum enim talia uota  
licita sint, ac sancta, reddiq; possint, reddenda sunt.

33. quæst. 5. Quod & à uobis asseritur, dū dicitis, Votum Deo  
quod Deo. promissum quod licitum sit, implendum est. Mon-  
strata autem uota, cum præter uerbum Dei atq; eius

præceptum fiant, impia ac superstitiosa sunt: ideo re-  
scindi debent. David iurauit per Deum se occisum

Nabal, uirum stultum atq; impium, & omnia que  
ad ipsum pertinebant demoliturū: sed ad primā in-  
tercessionem Abigail, mox remisit minas, reuoca-  
uit ensem in uaginam, nec aliquid culpe pro tali

periu-

periurio contraxisse doluit. Si David uotum ac sacramentum quod in hominis stulti perniciem fecerat, absq; periurij scelere rescidit: quanto magis ea rescindi debent, quæ in legum Dei contemptum, ac propriæ animæ perditionem spectat? fideles ergo talia uota ne emittant, quæ in malum uergant exitū, si obseruentur. quòd si emiserint, salubriori consilio mutent. nec periurium timeant, sed crimen quod ex ipsis obseruatis contigisset, omnino fugiant. Hoc & lex uestra iubet: in malis promissis, inquit, rescinde <sup>22. q. 4. in</sup> fidem, in turpi uoto muta decretum. quod incautè malis. nouisti, ne facias: impia est enim promissio quæ scelerem adimpleteur. Nem: Si quis definiat agere aliquid <sup>22. q. 4. si</sup> eorum quæ non placent Deo, pœnitentiā agat: & quis. quod contra mandatū Domini statutum est, in irritum reuocetur. Concilium quoq; Toletanū s. permit Hier. 5. ad tit rescindi ea uota ac iuramenta quæ sunt contra fidem. Eos igitur audiatis, qui ecclesiæ ædificationem quæ fierūt, Cyprianiq; sc̄tatores sitis. Is, Virgines, inquit, si se ex fide C H R I S T O dedicauerunt, pudicè & castè sine ulla fabula perseuerēt, et ita fortes ac stabiles præmii virginitatis suæ expectent: si autem perseuerare nolunt, uel non possunt, melius est ut nubant, quam ut in ignem delicijs suis cadat. certe nullum fratribus aut sororibus scandalū faciant. Audite præterea concilium Nicænum, in quo dum <sup>Trip. lib. 2.</sup> legem aliqui qui in concilium sedebant facere molitur, ne epis̄opi, presbyteri, diaconi, aut subdiaconi cum coniugibus suis dormirent, tandem contradicente

<sup>c. 14.</sup>

dicente piissimo Paphnutio Abate, suorum fuit conilio, nuptias honorabiles esse, ac concubitum cum propria coniuge castitatem esse. ideo in uniuscuiusque uoluntate liberum concessum fuit, an cum coniugibus suis dormire uellent, uel non. Audite concilium Toletanum quartum. Hoc clericis legitimum,

Isidor. in non autem consortium ancillarum aut extranearum mulierum concessit. Audiatis ea quae inter decretos

Conc. uestra relata sunt. scriptum est enim: Si quis pre-

Dist. 31. sumpserit contra apostolicos canones aliquos pre-  
quoniam. sacerdotorum aut diaconorum, priuare à contractu,

et à communione legalis uxoris sue, deiscatur. Et

Dist. 28. si rursum: Si quis docuerit sacerdotem sub obtenture  
quis. ligonis propriam uxorem contemnere, anathema-

August. de fit. Item, Quidam, nubentes post uotum, afferunt  
60. Conc. adulteros esse: ego autem dico uobis, quod grauiter

Dist. 27. peccant qui tales diuidunt. Ex his omnibus agno-  
quidam. scere deberetis, nullum esse in CH RISTI eccl-  
esi ministerium, quod ministrum à matrimonio con-  
trahendo impedire possit. Quod si priscorum pa-  
trum, episcoporum ac presbyterorum temporasse

Hist. eccl. stabimus, plurimos absq; dubio compriemus, qui  
sias. lib. 3. uxorati CH RISTI ecclesiæ ministrarunt. Intra-  
cap. 30. & apostolos enim Petrum inuenimus ac Philippum,  
lib. 5. ca. 23. qui uxores ac filias habuerunt, filiasq; nuptum de-  
Hist. eccl. derunt. Intra diaconos septem, Nicolaus uxorem,  
sias. lib. 3. cap. 29. filios filiasq; habuit. post etiam apostolorum ac dia-

Dist. 28. de conoru tempora inuenimus Pelagum Syracusis e-  
Syrac. piscopum ordinari. hic uxorem ac liberos habebat.  
Inueni-

Inuenimus Spiridionē Cyprium episcopum, filiam habuisse, quæ Irenes uocata fuit, ac illi perpetuò ministravit. Nulli denique episcoporum interdictum fuisse matrimonium, testis est Hieronymus, qui dicit: Legant episcopi atq; presbyteri, qui filios suos secularibus erudiunt literis, & faciunt illos comedias legere, & turpia scripta cantare de ecclesiasticis sumptibus eruditos. Hoc idem manifestatur in Decretis.

Ecclesiast.  
hist.lib. 10.  
cap. 5.

In Ep.ad  
Ephesios.  
Dist. 37. le-  
gant.  
12.q.2.epif-  
copus.33.  
q.2.pla-  
cuit.

Tum quidam legis Paparum peritus, inquit Eusebio: Etsi hæc quæ de castitatis uoto, ac sacerdotum coniugio à te dicta sunt, uera aliquando fuerint, si- cut tu hæretice antiquorum conciliorum autoritate, doctorum sententia, ac priscorum patrum exemplis optimè probasti: à recentioribus tamen concilijs, omnia abrogata fuerunt, unde factum est ut non amplius uera sint.

Huic Eusebium: Imò antiquioribus concilijs inquit magis credendum est, utpote quibus interfuerint uiri tum doctrina, tum sanctitate, tum moribus uobis longè præstaniiores: antiqua enim priscæ illius ecclesiæ disciplina nondum prouersus corruerat, sed apostolorum doctrina adhuc magna ex parte uigebat. Hanc regulam nos decreta nostra docent, ubi a- iunt: Cum in aliquibus geslis conciliorum discors sententia inuenitur, illius concilij debet teneri sententia, cuius antiquior & potior extat autoritas. & paulopò scribitur: Ergo antiquioribus concilijs obedite, nisi perire uelitis.

dist. 50.  
Domino.

Cum

Cum Eusebius hæc loqueretur, quidam intra se  
murmurabant, ac dicebant: Videamus ne forte san-  
guinem iustum effundamus. quomodo enim hæc lo-  
qui posset, nisi Deus esset cum eo? Quod cum audij-  
set Papa, ueritus est ne aliquis ex principibus in

**D E E X C O M M U N I C A T I O N E.** C H R I S T V M crederet. ideo præcepit Eusebio,  
ne amplius ista loqueretur sub poena anathematis la-  
tæ sententiæ. Alij autem respondentes Pontifici, dixe-  
runt: Nil dubitet sanctitas uestra: iurauimus enim  
nos neq; manducaturos, neq; bibituros esse, nisi prius  
occiderimus ipsum.

His Eusebius respōdit: In Dei manu est uita mea.  
Equidē non possum non loqui, que audiui. nam spi-  
ritus patris mei qui in me loquitur, aperit os meū, ut  
clamē et annuncię uobis scelera uestra, & dicā que  
uentura sunt super uos, nisi resipiscatis. Quantum  
uerò ad anathema, quo à uobis percussus sum, perlit-  
net, ne uerbum quidem unum eius causa tacebo.  
cum enim contra C H R I S T I præscriptum eo me  
pecusseritis, nihil mihi ab eo timendum est.

Aderat unà cum phariseis quidam, qui discipulus  
quidem I E S V erat, sed propter metum eorū, ipsius  
nomen publicè non confitebatur. Hic igitur ab Euse-  
bio postulauit, quomodo excommunicatio populis  
infligenda esset.

Eusebius eū intuitus, usquequò, inquit, claudicat  
in duas partes? quomodo potes duobus dominis in-  
seruire? si uerbū Domini manet in æternū, Deusq; nō  
me uitetur ut homo, cur non recte ad ueritatem euane-  
ge[il]

Velij ambulas? sed diuitiae suffocant uerbum, quod  
in te est. Ut autem sciatis omnes quam pessime exco-  
municationis usum in ueteritis, audite. Dñ C H R I  
S T V S ecclesie suæ salubrem excommunicationis  
disciplinam traderet, dixit: Si peccauerit in te fra- Matt. 18:  
ter tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum so-  
lum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si uero  
non audierit, adhibe tecum unum aut duos testes, ut  
in ore duorum vel trium stet omne uerbum. quod si  
eos non audierit, dic ecclesiæ: si ecclesiam non au-  
dierit, sit tibi uelut ethnicus ac publicanus. Amen di-  
co uobis, quæcunque ligaueritis super terram, erunt  
ligata & in celo: & quæcunque solueritis super  
terram, erunt soluta & in celo. Quibus ex uer-  
bis aperte cognoscitur, eos duntaxat excommuni-  
candos esse, qui peccatum aliquod commiserunt: nec  
tamen cuiuslibet peccati causa, sed eorum tamummo-  
do que in conspectu ecclesiæ iniulgata sunt, ac to-  
tum ecclesiæ corpus turpitudine eorum comma-  
culant, & inficiunt: timendum enim esset, ne ta-  
lium exèplo plures talia committerent scelera, si ea  
non puniri conficerent. Publica igitur si quæ erunt  
in ecclesia, per excommunicationem tollenda sunt.  
Quod & à Paulo innuitur, dum dicit: Omnia 1. Co. 15.  
auditur inter uos fornicatio, qualis nec inter genites.  
Huiuscmodijs scelera quam citissimè tolli debent.  
Nam sicut in grege, si multæ sanae, & ab omni morbo  
mundatae sint pecudes, nonnullæ uero aut scabie, aut  
contagioso aliquo malo obnoxiae, necesse est ut hæ  
separen-

separentur à sanis: sic in ecclesia à fidelium communione arcendi sunt, qui publicè delinquent, ne per totum ecclesiæ corpus illorum dira contagia serpenti. hac enim separatione est spes ut illi sanentur, ac incolumes tandem ad ecclesiam reducantur. Cum ergo huiusmodi uenena, si non citò tollantur, in dies deteriora fiant, ideo pastores super his conniuere nō debent: at potius Paulum imitari, qui dum Corinthium fornicatorem excommunicandum esse censeret, non dixit Corinthiis, Expectetis me, ut unà in nomine Domini congregati, ipsum excommunicemus: sed potius illos negligentiae incusat, dicens, Cur non lucrum habuistis, ut tolleretur malum de medio uestris? & scribit, se spiritu præsentem fore, quamvis corpore absens esset. ideo monet ne diutius fornicatorem illum ferant, sed ex fidelium coetu pellant, ac sathanam illum tradant ad interitum carnis, ut spiritus saluus fiat. Quod si peccata ecclesiæ manifesta non sint, oremus pro inuicem dicentes, Remitte nobis debita nostra: quia cū unū corpus sumus in CHRISTO, inuicem fratrum nostrorum tanq; membrorum saltus querere, ac septuagies septies quantum nostra interest, ex CHRISTI precepto dimittere. Si uero pastor, cui totius ecclesiæ cura incumbat, aliquem grauiter delinquisse sciat, eiusq; scelus ecclesiæ nō innotescat, illū summā cum charitate ac lacrymis admonere ac obsecrare per Dominum IESVM CHRISTVM debet, ut sibi à cena Dominica omnino temperet: qui si eius monitis paruerit, suauis-

simo amoris affectu amplectendus, suauissimisq; ser-  
monibus ad meliorem frugem reducēdus erit. Si uero  
admonitionibus parere nolit, ac una cū fidelibus ad  
Dominicam coenam accedat, ne arceatur: ne forte im-  
pudens factus, ac indignatione maxima permotus, in  
deteriora labatur: sed tum pastor C H R I S T V M  
imitetur, qui et si Iude scelus optimè nouisset, illum  
tamen arcere noluit, sed illi una cū alijs apostolis pa-  
nem distribuit. Hinc uidere possunt omnes pīj, ex-  
communicationē quam in populos exercetis, non so-  
lum Christianam non appellandam, sed tyrannidem  
potius intolerabilem censem tam esse. Eam namque  
insigitis, non ut ē medio uestrū errata ac facimo-  
ra tollatis, sed ut fabulas ac mēdacia uestra tueri pos-  
sit, quibus diuitias corraditis, ac imperia augetis.  
Quid igitur mirum, si hac ratione factum est, ut hæc  
saluberrima in errantes disciplina, quæ à C H R I-  
S T O ecclesiæ tradita fuit, uestra causa inuisa ac o-  
diosa redditā est? Id sanè uestri esset muneris, Euau-  
geliū prædicare, peccataq; quæ in ecclisiæ scan-  
dalum ac perniciem cōmittuntur, per excommuni-  
cationis disciplinā tollere. Sic enim C H R I S T V S  
ministris ecclisiæ suæ faciundum esse præcepit. Cum  
autem euāgeliū persequentes, excommunicatione  
utamini tanquam gladio in eos qui euangelium an-  
nunciant, ut hoc telo Antichristi regnum defenda-  
tis, tyrannidem exercetis. Vbi Paulus, aut qui quis  
episcoporum prioris illius ecclisiæ, quæ in C H R I-  
S T I doctrina constructa fuerat, tali ratione excom-

municatione unquam usus fuit, qua uos ultimini? at  
scilicet iniuriis uobis illatas ulciscamini? quod ta-  
men non solum à C H R I S T O , atq; eius apostolis  
uetitum est, sed et decretis uestris. Ut pecuniariis  
debitum extorqueatis? Si quis enim paupertate aco-  
mmunium rerum inopia uexatur, et ideo uobis inqua-  
ac iniusta debita persoluere non possit, statim exco-  
municationis fulgura, maledictionumq; tela in tuu  
coniicitis: pauperculum quempiam probum ac bona  
famæ uirum, pro pullo, aut pro obolo, summo affi-  
citis dedecore. ubi charitas? ubi pietas? ubi pastoris  
species? cum propter peccata tamummodo quis ex-  
communicari possit, ac debeat, cur uos propter pau-  
pertatem ac miseras pauperculum illum uexatis, ita  
ut excommunicationibus uestris ad summam despe-  
rationem adigatis? Inuenisti ne paupertate, ac ino-  
piam tale esse peccatum, cuius causa quis exco-  
municari debeat? Moueat uos saltem leges uestras,  
illasq; non ita impudenter contemnatis. præcipuum  
enim uobis, ne excommunicationem feratis in quen-  
quam pro leuibus erratis, sed pro mortalibus denta-  
xat, et quorum causa amique patres ab ecclesia ar-  
cebant. Mementote præterea, quid à personis milie-  
decensi.ca. rabilibus census non est extorquendus. Si uero quis  
debitum uobis persoluere renuat, magistratus con-  
uenite: ipsi enim gladium portant, ipsi per exactores  
compellent ut debitum persoluat.

Forma ex-      *Quis uos, inquam, docuit salubri excommunica-  
communi- tionis uirga euangelium ac pietatem ad inferos usq;  
propet*

23. q. 4. in-  
ter.

ii. q. 3. nul-  
lus.

decensi.ca.  
licet.

propellere, ac CHRISTVM ipsum tamquam ha-  
 resarcham aliquem ferire? Te inuoco modò cœlestis  
 pater, audi eorum impias uoces. Dicunt enim: Li-  
 bellos seu prædicationes in Latino, uel quocumq; alio  
 idiomate damnamus, reprobamus, anathematiza-  
 mus, excommunicamus, & omnino rejicimus: & pro  
 omnino damnatis, reprobatis, anathematizatis, ex-  
 communicatis & reiectis haberi uolumus. Manda-  
 musque in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis  
 predictis eo ipso incurriendis, omnibus & singulis  
 utriusq; sexus, ne huiusmodi scripta, libellos, prædi-  
 cationes, seu schedulas, uel in eis contenta capitula,  
 errores, hæreses, aut articulos suspectos legere, esse-  
 rere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, siue  
 defendere per se, siue per alios, directè uel indirectè,  
 tacitè uel expresse, publicè uel occultè, aut in domi-  
 bus suis, siue alijs publicis aut priuatis locis tenere  
 quoquo modo præsumant: quinimò illa statim post  
 harum publicationem ubicunque fuerint per ordi-  
 narios & alios ad hoc deputatos diligenter quaesita  
 publicè & solenniter in præsentia cleri, & populi,  
 sub omnibus & singulis supradictis pœnis combu-  
 rant. Sed tu Domine pater noster, & redemptor no-  
 ster, iudica cauillam tuam, & tucre nomen sanctum  
 tuum, & uerbum quod nobis per filium tuum &  
 apostolos tuos annunciare fecisti. Iam ignes succensi  
 sunt, ut thronum etiam gloriæ tuæ comburat, si pos-  
 fint. Exaudi igitur Domine omnes sanctos tuos, qui  
 corde contrito, ac spiritu humili inuocant brachium

O z poten-

cationis Pa-  
 pisticæ cō-  
 tra Euág-  
 lium Iesu  
 Christi.

potentie tuae contra hostes tuos. Confunde illos in  
uirtute tua, & eorum consilia prava dissipa, ut o-  
mnes agnoscant quod uisitas iniquitates impiorum qui  
aduersantur maiestati tuae, ac sanctos tuos affligunt.

Et conuersus Eusebius ad Papam, inquit: Non ig-  
tur mireris, si minas, & anathemata tua nunquam  
pertinui, cum enim neque in Deum, neque in eius eccl-  
esiā aliquod scelus admiserim (cuius tantummodo  
causa excommunicari deberem) excommunicacionem  
uestram deridendam esse praedicaui, non secus quam

1. q. 1. quis- si quis capit is reus diceretur, eo quod pulicē seu mu-  
quis rem occidisset. Dicam & hoc, quod cum symoniacis  
fisis, nullum excommunicare legitimē potes nec conde-  
mnare, ut patet in decretis. Non ergo ex C H R I-

S T I ecclesia in Satanae manus me projectū fuissē ar-  
bitremini uestris excommunicacionibus: sed potius es-  
rū occasione à C H R I S T O dulcioribus amplexi-  
bus deuinctū esse. hocq; mihi cōtigit, quod caco euā-  
gelico. is enim dū C H R I S T V M Dei filiū pradi-  
cat, à scribis et Pharisæis tanq; hæreticus ex eorū sy-  
nagogi electus fuit. ego dū eundē C H R I S T V M,  
unicā errantium salutē annuncio, non tātum ex ue-  
stra synagoga pulsus sum, sed ad crudelissimū mortis  
genus postulatus. Ille ex Pharisæorū synagoga pro-  
iectus, C H R I S T V M in templo inuenit, C H R I-  
S T V M alloquitur, C H R I S T V M adorat: ego à  
uobis diris modis execratus, C H R I S T V M ample-  
ctor, C H R I S T V M alloquor, C H R I S T V M  
adoro, C H R I S T V M q; citissimē corā Deo patre  
in sem-

in sempiterno gaudio contēplari potero. ô mihi fœ-  
 licia maledicta, ô beata tormenta, ô suaves ignes. Sed  
 considerandum hic unum est, quod licet excomunica-  
 tiones uestræ nihil aliud sint, quam impietas ac tyranno-  
 nis, & ideo nihil facienda, misella tamen simplicium  
 populorum conscientiae excarnificantur. nam cū hor-  
 redas uoces illas audiant, sententia scilicet excomuni-  
 cationis uel iustæ uel iniustam timēdam esse, Dei se-  
 hostes, Satan &c filios esse putant. Quo quid tristius,  
 quid uel molestius cordi humano esse potest? Sed rei  
 ueritatem agnoscant pīj qui ita miserè à uobis uexā-  
 tur: & si ijs uerbū Dei legere per uos nō licet, prīcos  
 ecclesiæ patres ac decretal uestrā perlegant: in quibus II. q. 3. il-  
 hec & plura leguntur contra uestrā opinionē: quod  
 si quis fidelium fuerit anathematizatus iniuste, potius  
 ei obseruit qui facit; quam qui patitur hanc iniuriam.  
 Temerarium iudiciū nihil nocet ei de quo temere iu-  
 dicatur: ei autē qui temere iudicat, ipsa temeritas ne-  
 cessē est ut noceat. Si iniusta est sententia, nihil debet  
 homo in quem lata est illam curare, cum neque apud  
 Deū, neq; eius ecclesiam nemo grauari possit iniqua  
 sententia. ideo neq; ab ea se absolui desideret, cum se  
 nullatenus obligatum esse perspiciat. Perlegat p̄re-  
 terea ibidē ubi dicitur, Quid nocet homini, si ex illa  
 tabula uelit eum delere humana ignorantia, quem de  
 libro uiuentium non delet iniqua conscientia? Audiant  
 Augustinum dicentem. Custodi intus innocentiam Aug. in  
 tuam, ubi nemo opprimit causam tuā: p̄caudebit in Ps. 28.  
 te falsum testimonium, sed apud homines: nūquid &  
 stodi. II. q. 3. cu-

O , apud

## 114 Acta secundi diei.

apud Deum ualebit, ubi causa tua dicēda est: quando Deus erit iudex, alius non erit testis quām conscientia tua: inter iustum iudicem & conscientiam tuam noluntimere, nisi causam tuā. Audiant Hieronymum, qui

Hier. inquit: Si quis non recto iudicio eorum qui praeſunt 24. q. 3. si ecclesiæ, depellatur, et foras mittatur, si ipſe ante non quis.

exit, hoc est si non ita egit ut mereretur exire, nihil leditur in eo quod non recto iudicio ab hominibus est expulsus: & ita fit ut interdum ille qui foras mittatur, intus sit: & ille foris, qui intus uidetur retineri.

De eccles. Audiant Rabanum, qui dicit: Nō in perpetuum damnuris. presuris.

24. q. 3. nō. minatur, cū iniuste iudicamur dicēte Psalmista: Nec damnabit illum, cum iudicabitur. Quid clariora re-

quirūtur testimonia? Agnoscant igitur p̄ij, quantiſciendæ sint impie, iniuste, ac tyrannice excommunicationes uestræ: easque ualere finant, cum preter-

C H R I S T I p̄scriptū eis in regni uestri augmen-

tum utamini, nullam de ecclesiæ salute rationem haben-

bentes. Si quis uerus ecclesiæ Romanae episcopus esse ac dici uelit, non tyrannidem affectet, nō libidini juc-

inseruiat: sed propriæ ecclesiæ suæ regimine conten-

tus, eam iuxta Dei uerbū regat: p̄ebeat semetipsum ac pietate. ex ea reiſciat quotquot alicuius ecclesiæ

cura incubit: admoneat, hortetur, p̄cipiat ut ful-  
guli ecclesiam suam repetant, eamq; sancte ac pie in  
Domino I E S V gubernet: quod si parere noluerint,  
eos ex ecclesiæ suæ cœtu per excommunicationem  
arceat, ut sic addiscat regre C H R I S T I ecclesiā,

in quo

In quo posuit illos Deus episcopos ac pastores: imo  
tum tantum à Deo ecclesiae prepositi esse dicentur,  
cum super gregem suum vigilantes, incumbent ora-  
tioni, lectioni, ac doctrinae, & sanis sermonibus Do-  
mini nostri IESU CHRISTI. Sed quid hæc re-  
fero: quæ spes, ut ista fiant, haberi potest: nulla sane.  
quim potius Papa ipse, unà cum synagoga sua excō-  
municari deberet, non solum iuxta CHRISTI in-  
stitutum, sed & iuxta ipsius Romanæ ecclesiae iura.  
hæc namq; deponi ac excōmunicari præcipiūt, qui-  
cung; prælati, siue clerici, qui domicilia foeminarum  
frequentant. Qui aleis ac in honestis ludis & crapulis Dist. 63. o-  
ac ebrietatibus inferuiunt. Qui mercimoniam & usu-  
ram exercent. Qui tabernas & alia in honesta loca  
tenent, qui in adipiscendo beneficio usus est regio fa-  
uore uel seculari potestate. Qui consentium uel to-  
lerant fornicationes clericis suis. Qui assumunt cu-  
ras & negotia secularia. Qui simoniam comittunt. Distinc. 83.  
Qui publica incontinentia laborant. Qui peierant  
Distinc. 88.  
runt, aut in homicidio, aut in alio quoniam magno cri-  
mire inuenti fuerint. Qui in alienis ecclesijs offi-  
cium aliquod pastoris usurpauerint. Qui res eccl-  
esiasticas, que sunt bona pauperum, & in pauperes  
distribuendæ sunt, dilapidati fuerint. Vide nunc, ô presbyter.  
spousa CHRISTI, quos adulteros habeas: con- 9. q. 2. nul-  
spicite nunc, ô CHRISTI uies, quos mercen- lum.  
arios, quos lupos pastores tui dignos arbitreris. At  
dicetis, Res nostræ fortè in melius mutabuntur. Ego  
autem dico uobis, nihil pro�us boni à uobis speran-

mnis.  
16. q. 7. si  
quis.

Distinc. 83.  
si quis.

Distinc. 88.

Episcopus.  
1. q. 1. pre-  
sbyter.

Distinc. 50.  
qui semel.

Distinc. 81.  
presbyter.

9. q. 2. nul-  
lum.

10. q. 2. si  
quis.

randum esse, immo deteriora in dies expectanda sunt.  
Quod ex hoc perspicue dignosci potest, quia uide-

licet frenum quod iniquitatibus ac sceleribus uestris

adhibitum fuerat, confractum abieciatis. In concilio

2.q.5. pla- enim Bracarensi secundo iuste ac sancte sanctiur-

cuit. sicut, ut quiuis pastor duobus aut tribus testibus offi-

cio pastoris priuari posset: uos autem hoc decretum

irritum fecistis, & in huius locum alterum subordi-

natum est, quod omnibus Papisticæ uestræ ecclesiæ

ministris liberam largitur autoritatē, ut pro libidine

sua palam ac impunè luxuriari possint. Audite igit-

tur sacrosanctum decretū. Præsul non damnetur nisi

cum septuaginta duobus testibus. Presbyter autem

Cardinalis nisi cum sexaginta quatuor testibus depo-

natur. Diaconus uero Cardinalis urbis Romæ nisi

cum uigintiseptem testibus deponatur, aut conde-

mnetur: subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ho-

starius, non nisi septem testibus condemnabitur. Cur

hoc? ut absque ullo Dei hominum ut timore in quo-

runcunq; scelerū chaos præcipites ruāt. Quis enim

& si maximo ecclesiæ Dei zelo permotus id ageret,

posset unquam tot inuenire testes, qui pastorem ali-

quem coram ecclesia pudere facerent? Sed esto aliquis

qui decretorum suorum uerbis illum arguat, dicens

ii. q.3. pœ- illum tot mortibus dignum esse, quot uitiosa exœpla

cipue. ad subditos transmittit: illumq; hac ex causa potius

2.q.7. qui canem impudicum, quam episcopū uocari debere: sta-

nec. tim uelut sacrilegus in sanctam Romanam ecclesiam

achæreticus, proscribitur, maledicitur, & anathæ-

mæte

mate satanæ ac igni deuouetur: quoniam ausus est  
ut suum ponere in cœlum, plus sapere quam oportebat,  
ac tangere christos Papæ. Attamen Deus quādoq;  
afficiet peccata Sodomorum, & uisitabit ini-  
quitates Amorrœorum in sulphure & igne. sed  
nondum completa est iniq[ua]tas eorum.

Tum ille qui palam confiteri CHRISTVM  
non ausus erat, Eusebium rursus interrogauit, ac In-  
tellexi sane, inquit, quod excommunicatio nisi pro-  
pter peccata corrigenda infligatur, irrita ac uana-  
sit. Et si alia quauis ex causa feratur, iniusta atque  
iniqua habeatur, ideoq; non timeri debere: sed à te  
preter hæc scire uolumus, quo nam ordine, per quē  
ferri debeat excommunicationis sententia, & à quo  
postremo excommunicatus solui debeat.

Cui Eusebius, Si CHRISTI uerba quæ dixi uo-  
bis intelligeretis, inquit, non oporteret super hac re  
diutius immorari: sed ea uobis prolixiori sermone  
explicabo. Si quis itaq; aderit in ecclesia, quem con-  
flet palam adulterum, aut scortatorem, aut idolis ser-  
uientem, aut blasphemū, aut auarum, aut ebriosum,  
aut maledicuum, aut rapacem, aut ociose uiuentem,  
nihil operantem, sed alienum panem manducantem,  
quoniam huius delicto ecclesia offenditur, ideo (ut  
dixi) tum peccantis saluti, tum ecclesiæ decori consu-  
lendum est: illudq; malum auferendum, ne plures e-  
ius exemplum sequentes, inficiantur. In primis igt-  
eretur aut episcopus, aut aliis qui uis frater, amicè fra-  
ternis delinquentem cōueniat, ac cum seorsim obse-

cret, ut sicut exhibuit membra sua arma iniquitatis peccato, eadem posthac exhibeat arma iustitiae Deo in iustitia ac sanctitate, ut non amplius blasphemetur nomen Dei in ecclesia. quod si monitis his paruerit, ac peccatum deserat, nihil ulterius agendum est. ecclesia namque cum uideat illum ad pietatem ac sanitatem reuersum, debet amoris amplexibus eundem tanquam filium in gremio suo fouere, nec aliquid ulterius tentare, quo illum pudore ac moerore afficiat: ut sic Deum misericordiae patrem imitetur, qui quoties ante se ingeniscentem peccatorem conspicit, non recordatur amplius iniquitatum eius. Quod si fratri admonitioni non paruerit, ab eius salute querenda non est desistendum: sed unum aut alterum fratrem secum una accipiat, & coram eis ipsum fratrem admoneat, horteturque ne ecclesiam scelere suo ita confpurcat: sed erubescat, & abiiciat opera tenebrarum, & induat arma lucis, ut non amplius iudicis, contentionibus ac dolis, & carnis desideria non amplius sequatur, & perficiat. Quod si hic secundis monitis correctus, ad meliorem frugem reuersus fuerit, ab omnibus suscipiatur: neque ullaratione coram tota ecclesia pudeſieri debet. Si uero monita haec ueluti & priora spreuerit, tanquam malignum quoddam ulcus acrioribus remedij sanare querant. ideo iram Dei aduersus peccata huiuscmodi, atque ecclesiæ scandalum illi obtrudant. quod si nullis poterit sermonibus aut minis adduci ut corrigatur, tum

uelut ouis pestilens de ecclesiæ cœtu abiciatur, ne  
forte cæteras oues contagio suo inficiat. nullæ hic  
accenduntur candelæ, quæ in eum projiciantur: nul-  
le pinguntur tabellæ, quæ dæmonum figuris reple-  
tæ, ubiq; per urbis angulos, ac templorū portas ap-  
pendantur. hæc omnia uos excogitastis, ut his uelutē  
quibusdā monstros simplices possetis perterrefacere.  
Sed tantummodo toti ecclesiæ pastor annunciet hūc  
rapacem, ebriosum, fornicatorē esse, & diu ec-  
clesiam ipsam scandalō suo offendisse: admonitum  
quod si fuisse iuxta correctionis fraternæ ordinē, sed  
nunquam resipiscere uoluisse. obsecrētq; hac ex cau-  
sa totam ecclesiam, ut eius peccatum lugeat: Deumq;  
oret, ut illi resipiscētiām præstet. interea tamen  
non tanquam ab inimico, sed tanquam à fratre infir-  
mo abstineant, nec cum illo in aliquarē communi-  
cēti, ut sic confundatur. Hæc est uera excommuni-  
candi forma, quam Paulus expressit, cum scribens  
ad Corinthios, dixit: Ne cōmisceamini fornicariis,  
ita ut cum illis nec cibum sumatis. quòd si ecclesiam  
non audierit, ita ut nullum ex ipsius ecclesiæ sen-  
tentia pudorem accipiat, resipiscatq;, sit tibi uelut e-  
thnicus ac publicanus, donec resipuerit. Dicitur au-  
tem aliquis per excommunicationem sathanæ tra-  
di, quatenus extra ecclesiam projectus, in qua  
tantum C H R I S T V S regnat, regnum mundi  
inhabitabit, in quo sathan tyrannum agit, ubi tan-  
quam sathanæ mancipium miserrimum propter pec-  
cati conscientiam diuexatur, cuius uexationis causa  
sæpe

ſepe fit, ut peccator dum uidet ſe ex eccleſiae caria ita proiectū, ut nullus ex fidelium numero illi commiſceatur, miseriae ſuæ cauam deteſtari incipiat, ac resipifcat, utq; ex illa liberetur, modis omnibus contendat: ideò ingemifcens ad eccleſiae gremium conſugit, ueniam petat, & ſic in C H R I S T I regnum, relictā ſatanæ ditione miſerrima, recipitur. Hinc li- quidò uidere licet, quid uera C H R I S T I ecclie debeat excommunicatione ſua querere & ſpectare: non ſanè ut iniurias ſibi illatas ulcifcatur, non ut diuitias, aut imperiū ſibi aſcifcat: ſed ut frater tamē modo resipifcat, peccatumq; ſuum agnoscat, ingemifcat, ac ueniam petat, in posterumq; piè ac ſancte uiuat. Hoc teſtatus eſt C H R I S T V S, cum di-

1. Tim. i. ſtatus eſt Paulus, cum dixit: Hymenæum & Ale- xandrum tradidi ſathanæ, ut diſcant non blaſphemare. ſed & Corinthium fornicatorem, ſathanæ tradendum eſſe iudicauit Apoſtolus, non quidem ut illum perderet, ſed ut ſpiritus ſaluuſ fieret. Hac quo-

2. Thes. 3. que ex cauſa dicebat Paulus ad Thessalonicenses: Ne commiſceamini cum illo, ut confundatur: ſed nolite quaſi inimicum exiſtimare, uerum corripite ut fra-

2. Cor. i. trem. & de Corinthio ſcribit ad eccliam Corin-

thiorū: Sufficit, inquit, illi qui eiusmodi eſt, hec ob- iurgatio quaefit à pluribus, ita ut econtra magis cō- donetis ac conſolemeni, ne forte abundanciori triftitia abſorteatur qui eiusmodi eſt. Quod si ecclia ſia hac tantum ratione excommunicaret, omnia ad ecclias

ecclesie ædificationem ac salutem transigerentur. Et  
 sanè ecclesiæ plerasq; probare non possum, quæ et-  
 si euangelicam doctrinam amplexæ sint, tamen su-  
 per populi sceleribus conniuere malunt, quam salu-  
 bri excommunicationis disciplina se metipsas perpur-  
 gare. Sed sibi hi caueant, quibus hoc onus incumbit.  
 cur non reprehensione graui digni erunt? Audiant  
 Paulū, qui Corinthiorū ecclesiam hac ex causa non  
 leuiter arguit, dicens: Vos inflati estis, cur nō potius  
 lucū habuistis ut tolleretur de medio uestri malum?  
 quo igitur ordine excommunicatione in quenquam ferri  
 debeat, enarraui uobis. Sed quis huiuscmodi disci- Quis exco  
plina in delinquentes utetur? an forte Episcopus, siue municare  
Parochus? sed hanc quæstionē C H R I S T V S ipse quenquam  
possit.  
 breuiissimis uerbis dissoluit. Cum enim diceret absti-  
 nendum esse ab homine, non quidē quam primū epi-  
 scopi, aut parochi monit. & contempserit, aut uniuscu-  
 iuspiam, sed tum solummodo, cum ipsius ecclesiæ uo-  
 cem audire noluerit. Quibus uerbis innuere uoluit,  
 nullum hominem in ecclesia esse posse, qui per se ali-  
 quem anathemate ferire possit, nisi ipsius ecclesiæ  
 consensu admonitioq; præcesserit. Penes igitur to-  
 tam ecclesiam, quæ pastorem & oues, episcopum ui-  
 delicet ac populum complectitur, excommunicandi  
 autoritas sita est. ideo Paulus apostolus Corinthism 1. Cor. 5.  
 fornicatorem per se tantum excommunicare noluit,  
 sed toti ecclesiæ scribit: Ego, inquit, absens corpore,  
 præsens autē spiritu, iam iudicauit præsens con-  
 gregatis uobis & meo spiritu cum uirtute Domini  
 noctri

*nostri IESV CHRISTI, tradere huiusmodi hominem sathanæ, ut spiritus saluus fiat. Fatendū quoq; nobis est, ad eosdem spectare autoritatem ab excommunicatione soluendi, ad quos & ligandi spectat. Quod ex CHRISTI uerbis colliguntur, cum uideamus ipsum soluendi autoritatem eisdem dare quibus & ligandi dedit. Et Paulus hoc idem ostendit. Sicut*

*2. Cor. i. enim una cum Corinthiorum ecclesia Corinthium sathanæ tradiderat, sic cum eiusdem rescriptiscentiam intellexisset, eandem ecclesiā admonet, ut illum consolari uelit, ac in eum charitatem confirmare. ubi sciendum, quod etsi Apostolus non sibi usurpat ut per se solus excommunicet: in iudicando tamen, ab excommunicari quis deberet, praeit omnibus alijs. quod & in ecclesiis nostris facere decet, ut scilicet pastorum ac diaconorū, presbyterorūq; suffragia, reliquorū suffragia præcedant, ut per horū iudicium imperitior plebs ad iudicandum dirigi possit: nō autē episcopus, qui uis ille sit, tantam sibi in ecclesiis usurpet tyrannidē, ut omnibus alijs, quantumuis bonis ac pīs semotis, solus quenquā excommunicare audeat, uel ab excommunicatiōe absoluere. quod si nullus potest tantummodo in ecclesia cui praeest hoc agere, multo minus idē facere poterit in ecclesiis quibus ipse nō solū non praeest, sed quae à se longissime distant. Sed heus tu ô Domine Papa, quo iure hæc agere potes? Tyranniditū sane restitit Aphricanū cōcilium. cum enīm Apiarium presbyterum ab Aphricanis episcopis excommunicatum uelles tua autoritate absoluere, quid ad te*

ad te appellasset, minimè tibi succedere potuit, licet  
multa per Faustinum Potentinum episcopum ac le-  
gatum tuum tentasses ac commenius essem. Sed et pri-  
seis ecclesiæ CHRISTI temporibus libidini tuae resti-  
tit ecclesiæ disciplina. nam cum Martion hæreticus a pa-  
tre suo catholico ac sancto episcopo excōmunicatus  
esset ob uitiatam uirginem, uideretq; se in illa ecclæ-  
sia absolui ac reconciliari non posse, ad te confugit,  
(de tyrannide enim tua audierat) ut ibi in ecclæsia  
cōmunicaret: sed minimè hoc permisit ecclæsia ipsa,  
sed saluam ac integrā disciplinam retinens, tibi re-  
stuit, nec unquam absq; paternæ ecclæsiae consensu  
Martion absolui potuit. Et Aphricanis episcopis  
nunquā (uti tamen te facturū iactaueras) ostendere  
potuisti ex Nicæni concilij actis, te eā habere faculta-  
tem, ut ad te ex diuersis orbis partibus liceret appel-  
lare, iactabas quidē te hoc ostendere posse ex quodā  
Nicæni cōciliij exēplari quod apud te erat, sed tamē  
exēplar hoc nunquā producere ualueris: mendacio  
uolebas sane id tibi usurpare, quod tibi tū ex CHRI-  
STI, tū apostolorū, ac ecclæsiarū decretis prohibitū  
fuerat: at mēdaciū tuū detectū fuit. nam quod tu assere-  
bas, neq; Antiochiae, neq; Alexандriæ, neq; Cnosten-  
tinopoli, neq; Carthagini inueniri potuit in exēpla-  
rib. quæ ibi habebantur, in quib. Nicæni cōciliij acta  
descripta fuerat. Nō moliebatur hæc tyrannidē Corne-  
lius et ipse episcopus R. om. nam cum quidā qui in Aphri-  
canis ecclæsiis excōmunicati fuerat, Romā uenisset,  
ut ab ipso absoluarentur, eos in Aphricam remisit,  
ut ibi

*ut ibi absolutionem aciperent, ubi & causa eorum cognosci, ac testes haberi poterant. Sed quoniam autoritatem tum excommunicandi, tum ab excommunicatione soluendi penes ecclesiā esse dixi: ideo pios quoscunq; si qui fortè adjunt, monitos uolo, ut non minis ecclesiæ interpretationem rectè ex sacris literis percipient, ne fortè unà uobiscum sentientes, putent ecclesiam nihil aliud esse prater episcopum aut parochum. Quadrifariam igitur Ecclesiæ uocabulum in sacris literis accipitur.*

*Primò quidem, pro loco ubi populus Domini ad audiendum uerbum eius conuenit, ubi totius populi habentur communes preces, ubi ministrantur sacramenta, ubi quoq; publicè delinquentes per excommunicationis sententiam ex fidelium cœtu projiciuntur. de hac ecclesia habetur sermo, cum dicatur: Conuocatus est totus populus, & per totam noctē intra ecclesiam orauerunt.*

*Judith. 6. Secundò, ecclesiæ nomine cuiusvis populi cœtus, qui certis quibusdam legibus regantur, intelligitur, & hoc modo habetur sermo de populo Israel, cum dicatur: Conuertit Solomon faciem suam, & benedixit omni domui Israel. omnis enim ecclesia Israel stabat, qua ratione omnes qui CHRISTI nomen profiteruntur, eiusq; sacramentis initiantur, CHRISTI ecclesia uocatur: & de hac dicitur à Paulo: Act. 20. Posuit uos spiritus sanctus episcopos, ut regatis ecclesiam Dei. Vbi notandum, quod ecclesia hoc nomine accepta, in plures diuiditur ecclesias, idest iuxta urbium,*

urbium, oppidorum, ac domorum diuisionem. Hac Colos.4.  
 ex causa Paulus testatur aliam esse ecclesiam Romæ  
 norum, aliam Corinthiorum, aliam Ephesiorum,  
 aliam quæ erat in domo Nymphæ. Sicut & alia erat  
 Iudeorum ecclesia quæ erat Hierosolymæ, alia quæ  
 Nazareth, alia quæ Bethlehem.

Tertiò accipitur ecclesia pro omnium sanctorum  
 ac prædestinorum numero. & de hac canimus in  
 symbolo, Credo unam sanctam ecclesiam catholicam,  
 sanctorum communiorem: de hacq; locutus est Pau-  
 lus, cum dixit, CHRISTVM constitutum esse ca- Eph.1.  
 put super omnem ecclesiam. Accipitur postremò pro  
 impiorū coetu, cuius caput est Satan. De hac locutus  
 est David, cum dixit: Odiui ecclesiā malignantium,  
 & cum impijs non sedebo. Penes igitur quam eccle-  
 siam erit autoritas aliquem excommunicandi? non  
 quidē penes eam quæ lapidibus ac trabibus constru-  
 etā est: nec penes eam quæ omnes qui CHRISTI  
 nomen profūctur, continet. Quomodo enim possent  
 omnes unā conuenire? nec penes eā quæ iustos quoſ-  
 cunque ac prædestinatos tātummodo complectiur.  
 Hec enim cum ab origine mundi incipiens, in finem  
 tantum eiusdem absolui debeat, non solum in unum  
 nequit conuenire, sed nec à quoquam mortalium qui  
 nobiscum uiuunt, cognosci. Solus enim Dominus no-  
 uit qui sunt eius. Nec postremò hanc autoritatē, pe-  
 nes malignantium ecclesiam, cuius uos Papistæ epi-  
 scopi, principes ac rectores eis, sitam esse dicemus,  
 que cum fabulas, humana signitia, idololatrias, bla-

2. Tim.2.

Episcopi  
 Papisticæ  
 præsunt ec-  
 clesiæ ma-  
 lignantium.

P sphemias,

sphemias, rapinas sectetur, C H R I S T V M, eius  
 uerbum persequatur, tantum abest ut quæquam ex-  
 communicare posset, ut potius ex toto terrarum or-  
 be ueluti eius præsentissimum uenenum tollenda sit.  
 Concludamus igitur singulas Christianorum ecclæ-  
 sias, quæ per diuersas urbēs ac loca diuisæ sunt, auto-  
 ritatē à C H R I S T O accepisse, qua publicè delin-  
 quentes, à se per excommunicationē arcere posint,  
 quicq; eosdem resipiscentes sibi in charitate recon-  
 ciliare. Vos igitur pij, Papistarum excommunicatio-  
 nes ne timeatis. Sed in uerbo Domini perseverate, &  
 constantes estote. Sic enim uidebitis auxilium eius  
 super uos, ut eripiāt uos de manibus eorum. Si uero  
 per ignem ac flammam ducere uos uoluerit, in refri-  
 gerio uobiscum erit, uirtutēque & fortitudinem  
 præstabit: & horum cauſa nolite terrori, non enim  
 seruus maior domino suo. Sed si persecuti sum-  
 illum, & uos persequentur. Quia fieri non potest,  
 ut qui piè uiuere uolunt in C H R I S T O I E S V,  
 persecutionem non patiantur. Et Hieremias exem-  
 plum uos confoletur. Huic namque pseudoprophetis  
 irascebantur, quia uera prædicabat. Dicebat enim  
 quod subuerso templo, acciuitate deserti, peritius  
 esset eorum hypocritica religio, ac lucra ex reli-  
 gione uenientia: idcircoq; apprehenderunt eum, &  
 consentiente sibi populo, illum morti destinarunt.  
 Non igitur magnopere curemus, si propter mandata  
 Domini, ac fidei ueritati Antichristus, eiusq; pseu-  
 doprophetæ, ac decepitus populus nobisirascantur.  
 Neq;

Hieremias  
 propheta  
 euroccisus  
 sit.

Negat presentia mala pertimescamus, sed futura bona  
animo cogitemus. Domini itaque uoluntatem prose-  
quamur, & cognoscamus quia I E S V S C H R I-  
S V S in nobis est, cuius fiducia accedamus ad Deum pa-  
tre, orates ut faciat in nobis per I E S V M C H R I-  
S T V M quod illi placeat: & certi simus, quoniam  
si ita orauerimus, non poterit non praestare quem in  
C H R I S T I nomine petierimus. nam C H R I S T V S  
hoc nobis pollicitus est, dicens: Quicquid petieritis pa-  
tre nomine meo, dabit uobis. Et intuitus eos qui ipsū  
affigebat, dixit: Si in uobis habitat ulla pietas, obse-  
cro, obtestorque, ut mihi tantillū cōcedatis oīij, ut iam  
tandē respire ualeā. Aspice uincula, carceres, &  
passiones quem mihi in synagoga hac uestra cōtigerūt.  
At illi dentibus frementes, dixerunt Eusebio: Tu  
es qui conturbas gentē nostram, & miserebimur tui?  
non faciemus, non inquam faciemus.

D E I N-  
T E R C E S-  
S I O N I B.  
Sanctorū.

Quibus Eusebius, Vos potius, inquit, ac patrum  
uestrorum domus, cōturbatis ecclesiam Dei, & ipse  
uobis miserebitur: non faciet. nam cum Dei templum 1. Cor. 3.

uolaueritis, differdet uos Deus. At postquam nulla  
uobis humanitas aut misericordia, agit in me quod  
uobis datum est, & Dominus sit defensor uitae meae, ut  
sive moriar, sive uiuam, eius opera narrare possim.

Tum ille qui cæmoniarū magister dicitur, sur-  
rexit ut seruum Domini insidiose alloqueretur: sed  
quonia epulabatur quotidie splendide, ut iumentum  
factus fuerat, & nesciebat loqui. ideo obmutuit.

Surrexit uero quidam ex genere eorum qui amant

uocari Rabbi, ac salutari in foro, et supraemaloca in synagogis et in mēsis habere, ac dixit Eusebio: Existimas fortē me tua uerba quae dixisti, non intellectus? Attendite quēsō qui hīc pro sanctissimi patris nostri salute ac eius regni defensione adestis, quaratione diuorum intercessiones tollat. dixit enim, dum fratres suos Luteranos alloqui uidebatur: ut Deum ipsum in nomine C H R I S T I tantummodo orarent, ut uidelicet eius auxilio ex manibus nostris eriperentur. At uidebimus an huiusmodi eorum orationes eos poterunt ex manibus nostris eripere.

Eusebius uero, Vos speretis in deos uestrōs, inquit, ego tanūmodo Deo patri Domini mei I E S V C H R I S T I fidam: nec uestra inquam sequar somnia, quae me ab eius fiducia auellant, ut creaturis fidam. Quod tamen mihi atq; omnibus pijs sub maledictionis poena prohibetur. inquit enim Deus, Ma-

Hierem.17. ledictus qui confudit in homine. Quid de populo rum uestrorū impietate ac superstitione dicam? Pleisque inter hos reperiuntur, qui se ne æternæ quidem mortis reos esse posse arbitrantur, si diuum que- piam in patronum sibi delegerint, cui singulis diebus aut orationem Dominicam, aut angelicam salutationem dicāt. Quid amabò stultius excogitari posset? Quid congrui oratio eorum habet, cum diuum aliquem, Mariam nomine appellant, ac patrem suum dicant? Hoc tamen patrocinio freti, se tutò scortationibus, ueneficijs, homicidijs, rapinis, incendijs, periurijs committunt. Nec tam illum mali se passi- ros co

ros eo die putant, quo patroni sui simulacro genua flexerint, cereos accenderint, flores appenderint, aut oscula aut amplexus dederint, aut certum quendam numerum orationum submurmurauerint. Ab hoc se omnia acipere credunt, illiq; gratias innumeratas agunt: ac ne ingratii videantur, illi poma, segtes, ova, panem, caseum, linum, & porcinas carnes donant. Ac si dicarent: Patrone mi, si mearum rerum curam habueris, tecum ego quoque non illiberaliter agam, sed his quoq; ampliora tibi donabo: ac ut inquit ille, Si foetura gregem suppleuerit, aureus esto. Quis praeterea eorum stultitiam non admiretur? Hec eò perusit, ut diuos se honorare putent, si festis eorum diebus, ociose uiuant, nihil agant, rei familiaris curam negligant, choreas, ludos, ebrietates, ac pompas, xenopoliaq; sectentur. Da unum qui in huiusmodi diebus festis ista omnia detestetur, ac dicat, sanctos tum uerè honorari, cum eorum fidem, patientiam, spem, ac charitatem humilitatemq; populi sectantur: eosq; tum lætari, cum uident nos cum cognoscere, cum amplecti, ei fidere, quem ipsi super omnia, & in omnibus honorarunt: statim hic tanquam hereticus habetur, & tanquam ecclesiæ pestis hostis excommunicatur. Cur hæc? quoniam ea que questui uestro inseruiunt, demolitur. Mira in hoc negocio excogitatis commenta. alium enim dixisti, cæcis uisum restituere, alium guttur sanare, alium incendia extinguere, alium diuitias dare, alium uictoriam in bello donare, alium maris fluctus

sedare, alium à peste, alium à fame, alium à lepra,  
alium à pluia, alium à febribus tueri, alium sterili-  
tatem arcere, alium prægnantium curam habere, al-  
ium canes rabidos coercere, alium serpentum uene-  
na, innoxia reddere: alium equos & boves à quavis  
infirmitate ac morbo tutari, alium sues custodire, al-  
ium dentes, alium mammas, alium uentrem sanare,  
alium urbes & arces protegere. Qui hæc deludunt,  
nō diuos, sed fabulas uestras, imò dæmonas deludunt.  
Confiniis enim Deum circa cardines cœli per-  
ambulare, nec nostra curare, ac si totum terrarū or-  
bem diuis regendū tradiderit: ut scilicet ope sua pre-  
stò sint qubuscunq; qui ad ipsos genibus flexis au-  
serint, & quidpiam ab illis petierint.

Responderunt illi: Non hoc docemus, ut uide-  
licet populi in necessitatibus suis à diuis auxilium  
petant, & expectent: quin potius eos instruimus, ut  
diuos inuocent, orentq; ut pro ipsis ad Deum preces  
fundant, eumq; interpellent, ut dignetur eorum suc-  
currere calamitatibus.

Quibus Eusebius: Quis hinc non cognoscit, in-  
quit, uos Domini Dei benignitatem in crudelissi-  
mam quandam tyrannidem commutasse? Eumq; ex  
patre clemensissimo, tyrannum iratumque exach-  
rem, qui terrenorum principum more imperitet, se-  
cisse? Publicis enim in concionibus uestris clamatis:  
Ne patiamini, ô populi, ut quis uos à diuorum cul-  
tu fiduciâque auellat. Quis etenim uestrum princi-  
pem adit, ut aliquid ab eo impetreret, nisi prius seque-  
strem

Item ac patronum aliquem nactus fuerit, qui uos ad  
 principem ipsum adducat? Sed dicant mihi uelim e-  
 gregij isti concionatores: si Princeps tanta esset be-  
 nignitatis, ut quoslibet ad se adeuntes non solum ad  
 colloquium admitteret, sed illos quoque quam hu-  
 manissime exciperet, eorum causam audiret, opem  
 suam polliceretur, seq; unicuique propria errata do-  
 natiorum promitteret, ac libenissime in singulos be-  
 neficia conferret: nonne populus ad talem princi-  
 pem undique liberrime confluere deberet? Nonne  
 frustra patroni eligerentur, cum singulis non tan-  
 tum non precludatur aditus, sed illis ab ipso princi-  
 pe dicatur & sane blandis sermonibus, ut cum fidu-  
 cia accedant ad thronum gratiae eius? Deum igitur  
 nostrum huiuscmodi esse principem dicamus. Hic  
 enim noster dominus, non rex, sed pater a nobis uocari  
 amat. Ideo C H R I S T V S præcepit nobis, ut Matth. 6.  
 cum orauerimus, dicamus: P A T E R noster, qui  
 es in celis. Et multis in alijs locis idem C H R I-  
 ST V S, ac uas electionis Paulus testati sunt, Deum  
 nostrum esse patrem. Cur igitur in necessitatibus  
 nostris ad patrem nostrum accedere non audebimus?  
 Quis filius indulgentissimi patris sui faciem hor-  
 reat? Quod si eius faciem fugimus, eum nobis pa-  
 trem esse ignoramus. Ideo illum non diligimus, no-  
 stra ei non committimus, at ueluti tyrannum ali-  
 quem nobis timendum proponimus, qui nobis non  
 modo non parcere, nosque misericordiae uisceri-  
 bus amplecti nolit, sed potius qui in nos concitato

Aet a secundi diei.  
 animo seuire designet. Absint uero haec a piorum  
 cordibus. Quin potius ipsi Deo dicant: Domine  
 Deus pater noster, si nos cum sumus mali, nouimus  
 bona dare filiis nostris, quanto magis tu bona da-  
 turus es nobis filiis tuis, si petierimus a te? Nec est  
 ut ulla ex causa faciem tuam fugere debeamus: sci-  
 mus enim nos summa cum fiducia te posse alloqui,  
 & a te quidquid petierimus accepturos esse. Nam  
 nulla ex alia caussa pollicitus es te habitaturum ac  
 inambulaturum in medio nostri, nisi ut nobis per-  
 suasum esset, te nobis in omnibus necessitatibus no-  
 stris prestatu futurum, dummodo ad te consugeremus;  
 teq; unicum omnium calamitosorum refugium ac  
 protectorem agnosceremus.

Cum uero Eusebius haec dixisset, insurrexerunt  
 in illum uiri absque misericordia dicentes: Satanas  
 absq; dubio haec tua medacia confinxit, ac te edocuit.

Quis neget optimum esse, ut unusquisque de se  
 ob scelera sua humiliter sentiat? indignumq; se ar-  
 bitretur, ut in conspectu Dei appareat? igitur ope-  
 ræ precium erit, ut diuorum aliquem interpellat, qui  
 sibi coram Deo patrocinetur.

At Eusebius: Si nos qui sortem sanctorum con-  
 secuti sumus naturam nostram spectemus, inquit, fu-  
 tendum equidem nobis est, nos Dei hostes constitutos  
 esse, filios iræ, peccatorum seruos, ac Satanae serui-  
 tia: ideoq; non solum ad Deum accedere ulla ratione  
 non debere, sed potius quam longissime ab eo rece-  
 dere, ne uirgam furoris eius in nos exerat. Sed cum

CHRISTVS nobis à Deo patre donatus fuerit,  
 omnia pariter bona nobis per CHRISTVM do-  
 nata cognoscimus: ut quid igitur aliunde hæc eadem  
 nobis peiēda erunt? Valeant igitur quæcunq; auxi-  
 lia ab hominibus excogitari possunt, præter unicum  
 CHRISTVM, ad quē tantū nobis confugiendum  
 est: namq; est illud benedictū mulieris semen, quo  
 Deus serpenti caput conterit, et peccata nostra dis-  
 sipat, dūmodo fidei scuto serpēti antiquo qui est dia-  
 bolus, resistamus. Is arca illa est, per quā Deus huma-  
 ni generis seruator habetur. Is est arcus ille cœlestis,  
 per quē à Deo certiores reddimur, se non amplius  
 populum suum dissipaturum. Is est ille Ioseph, qui in  
 Aegyptum descendens, fratres suos seruauit, ne fame  
 perirent. Is est holocaustū illud pacificum, per quod  
 Deus populum suum sanctificat, condonans illis pec-  
 cata sua per eius sanguinem. Is est ille Moses, qui po-  
 pulum Dei de seruitute Pharaonis eduxit: illiq; le-  
 gem ac mandata ipsius Dei aperuit. Is est ille Io-  
 suah, qui Dei ecclesiam ab hostibus eripiens, ducit  
 eam in terram fluentem lac & mel. Is est ille Da-  
 uid, qui ecclesiæ Dei hostem Goliathum occidit. Is  
 est templum illud, extra quod qui orauerit, à Deo  
 non exaudiatur. Deus enim hic tantum aures suas  
 habere dixit. Cum igitur Deus ipse pater noster in  
 CHRISTO & per CHRISTVM omnia  
 in omnibus operatus sit, ac operetur, & omnem  
 nobis per eundem largiatur gratiam ac misericor-  
 diam, hunc quoque salutis nostræ autorem unicum

- Heb.2. dicamus oportet. cum præsertim huiusc bonitatis  
innumerā habeamus testimoniorū. quam Paulus breui-  
Eph.1. bus comprehendit, cum dixit, nos per huius sangu-  
inem prædestinatos esse in adoptionem filiorum, o-  
mniumq; pariter cœlestia ac terrestria in integrum re-  
Colos.1. stituta esse: & nos translatoſ de tenebris in admirabili  
Dei lumē, emūdatosq; ab omni iniquitate. Quis  
igitur fiet, ut cum emūdati ſimus à Deo per CHRISTUM,  
ab ipſius Dei facie tanquam hostes longe  
ſtare debeamus, ita ut ad eum accedere non audea-  
mus? quin potius reconciliati, mundati, filij, ac her-  
edes cum ſimus, cum ſumma fiducia accedamus ad  
eum. At dicitis: Accedite, ſed intercessorem aliquem  
habeatis. Hoc non negamus fieri debere, ſed illum  
tantummodo habere uolumus, qui nobis à Deo ipſo  
donatus eſt, ut hoc oneris nostri cauſa uiciat. Is  
uerò non Antonius, non Nicolaus, non Barbara,  
ſed ipſe erit CHRISTUS. quis enim præter hunc  
Heb.7. coelum ingressus eſt? Quis præter hunc ſedet in de-  
Heb.9. xtera Dei ut pro nobis interpellet? Quis eſt ille qui  
ſempiternum habens ſacerdotium, potest nos per-  
1.Tim.2. petuò ſaluos facere? Quis deniq; eſt mediator Dei  
& hominum, præter uerum & ipsum Deum ho-  
minem, CHRISTUM IESUM? Adeamus  
igitur ad Deum per IESVM CHRISTVM:  
hic enim eti in dispensatione tantum plenitudinis  
temporum mittendus eſſet, ut eius ſanguis pro nobis  
effunderetur, à mundi tamen cōſtitutione (nam IESU)

SVS CHRISTVS heri & hodie, idē & in se. Heb. 13.  
 cula) clamabat in aures Domini Dei patris nostri,  
 dicens: Parce Domine, parce populo tuo quem p̄-  
 destinasti in adoptionem filiorum per me: sanctifica  
 propter me quos dedisti mihi. serua eos à malo, &  
 p̄sta, ut una nobiscum sint, & uideant claritatem  
 nostram, & eorum gaudium plenum sit, nec tolla-  
 tur ab eis. Vnus ergo CHRISTVS is est, per  
 quē omnia à patre nos impetraturos speramus. Cur  
 igitur eum audiam ex uobis qui mihi Iacobum, uel  
 Kochum, uel Vrsulam cum sodalibus suis obtrudit,  
 ut eos inuocem? ubi promissiones in his mihi factae  
 sunt? Sed hoc agitis, ut proprij mendacij merce-  
 dem accipiatis. hic namque Antonium p̄cāte-  
 ris commendat, quia eius campanulam forte aut i-  
 maginem in suo facello adesse dicit: aliis Nico-  
 laum, quia eius calceos reconditos seruat: hic Vrsu-  
 lam, quia eius uelum quod mira facit, se miraculo  
 quodam habuisse testatur: aliis Mariam uirginem,  
 quia eius uel lac uel lacrymas in uitro reposuisse in-  
 rat: aliis Laurenum, quia carbones quibus exu-  
 stus fuit, in capsa apud se locatos esse affirmat. &  
 quare? ut hac ratione unusquisq; ad proprias ipsoru-  
 m confugiat ecclesias, ubi plurima fieri miracula dicunt:  
 ibi diuos p̄cipue adorandos p̄dican, ubi eorum  
 aliquid custoditur. atq; his rationib; retia tendunt,  
 quibus incauti populi capti, nūmos effundūt, statuas  
 erigunt, imagines pingunt, cereos accendunt, tabel-  
 las appendunt, uestes afferunt, torques & monilia  
 donant,

CONTRA  
 imagines,  
 & imaginū  
 cultores.

## 236 Acta secundi diei.

donant, aras cōstruunt, eisq; amplissimas dotes assi-  
gnant: prædia illis legato tribuunt, annuosq; redditus per soluunt. Quid dicam? omnia furamini, omnia  
consumitis, omnia diripitis: & sancti uestri quo ma-  
iora tributa uobis persoluunt, eo sanctiores iudican-  
tur. nam eorum maiestas quæstuaria à uobis est red-  
apo. aduer. dita. exigunt mercedem pro aditu etiam sacri. neque  
Gent. c. 13. licet ut quis eos gratis uidere possit: nā uenales sunt,  
quid igitur mirum, si lucra hæc terrena ac iniqua,  
non autem spiritualia, id est salutem animarum que-  
rentes, templum Dei, latronum speluncam fecisti:  
cultusq; religionis uestræ, nō amplius cultus Dei est,  
sed iniquæ negotiationis occasio: O miserām popu-  
lorū captiuitatē: per uos, (uos alloquor qui ista de-  
fenditis) per uos inquam factum est, ut populus eun-  
dereliquerit, à quo omne datum ac donum perfectū  
descendit, & ad idola confugerit. per uos uia mortis  
simplicibus manifestata est, per quam plurimi uelut  
irrationabilia pecora in interitum tendunt. Per uos  
Babyloniorum idola in Dei ecclesiā translatā sunt,  
& coram eis populum Dei procumbere compellitis.  
Sed audiāt populi uocem Domini, qui per os Hie-  
remiæ sic alloquitur eos:

In fine Ba-  
ruch.

Deos argenteos, inquit, aureos, ligneos gestari  
humeris hominum uidebitis, metum populis inten-  
tantes: ergo religiose cauete, ne & uos eorū exem-  
plum imitemini. neq; terreamini, cum uideritis turbā  
à tergo & à fronte huiuscmodi deos adorantem.  
Lingua eorum ab artifice polita est, ipsiq; auro  
& argen-

& argento superinduti, sed loqui non possunt.

Tanquam uirginem cupidam eos auro ornant,  
& coronas eorum capitibus imponunt.

Sacerdotes aurum & argentum ab eis auferunt,  
& in usus suos cōuertunt, & meretricib. impertiūt.

Ilos uestimentis ornant, ac si homines essent: non  
tamen uindicantur ab æragine, aut carie: & facies  
eorum puluere, qui in domo excitatur, non exter-  
guntur.

Sceptrum tenent quasi rectores urbium, peccan-  
tem tamen non interficiunt.

Ensem securim' ue in manibus gerunt, se ipsos ta-  
men à bello, aut latronibus non liberant. unde liquet,  
eos nō esse deos. nō igitur ipsos metuatis: nam sicuti  
uas contritum inutile redditur, tales sunt eorum iij.

Sicuti qui regem offendit, uectibus & ostijs cir-  
cumcluditur, ut ad supplicium adducatur: ita sacer-  
dotes ædes eorum munium ostijs, claustris & uecti-  
bus, ne à latronibus compilenur.

Lucernas his accidunt, quarum tamen nullam  
uidere possunt. Sed instar trabis cuiuspiam in do-  
mo sunt.

Præsumo nigrescunt facies eorum, noctuæ, hi-  
rundines, & uolucres uolitant circa eos: atq; nisi  
aurum quo tecti sunt extergatur, nunquam fulgere  
aliquo splendebunt.

Dum conflarentur, sensu non afficiebantur.  
Summo sunt empti precio: spiritu tamen ua-  
cui sunt.

Inopia pedū gestantur in humeris, & sic ignominiam suam hominibus ostendunt. erubescant igitur cultores eorum.

Si ceciderint, nunquam resurgere possunt: neq; si erigantur, per se mouebuntur.

Donaria tanquam mortuis apponuntur: sacrificijsq; eorū abutuntur sacerdotes. intelligatis igitur, eos non esse deos, ideoq; nec metuatis.

Vnde uocantur Dijs: an quia apponuntur donaria? an quia sacerdotes in eorum templis, scissis tunicis, & barba, capiteq; raso ac aperto sedent, coramq; dijs huiusmodi rugunt.

Si bonum uel malum à quoquam accipiunt, rependere non possunt.

Regnum aut diuitias dare uel auferre nō possunt.

Si quis quod illis promisit, non reddat, illud non exposcunt.

Hominem à morte non vindicant, nec cæco usum restituunt, nec miseros ab eorū miseria liberāt: uiduæ non miserentur, nec pupillo benefiū conferunt. Lapidibus similes sunt: & qui colunt eos, confundētur.

Omnibus quæ sunt in illis, falsa sunt. illos igitur deos non esse cognoscatis.

A' fabris & aurificibus confecta sunt, quomodo igitur opera ab hominibus facta, dij esse possunt?

Vbi bellum aut malū aliquod illis ingruit, cogitat sacerdotes quónam se unā cum illis abdere possint, nam seipso nec à bellis, nec à malis vindicant. nam ligrea cū sint huiusmodi opera manū hominū, collat

stat illos non esse deos, nec illis aliquid diuini inesse.  
Non creant regem, nec pluuiam hominibus dant.  
Si eorum aedes ignis invadat, sacerdotes fugiunt, et  
evadunt: ipsi uero trahunt instar in medio ignis con-  
flagrant: quomodo igitur uocandi sunt dij?

Potior est rex ostendens potentiam suam, aut uas in  
domo quod domino usui sit, aut ianua domus custo-  
diens que intra ea sunt, aut columnae aedificium fulcieres  
quam huiusmodi ficti dij. bestiae præstantiores sunt  
illis, haec namque sub teclu fugiendo sibi prodeesse possunt.  
Quomodo igitur dicendum est illos esse deos?

Dij huiusmodi aurati et argentati similes sunt  
terriculo, quod in cucumerario nihil defendit.

Similes sunt spinæ, cui infidet quemvis auicula.

Similes sunt cadaveri in tenebris projecto: cognoscatis igitur eos non esse deos, nec metuatis eos.

Præstat igitur ut homo integer sit, ac simulacris  
careat, sic enim ab ignominia procul aberit.

Hæc sunt uerba Domini, o Papistæ: aedite huc  
contra uocem eius, contra ipsum disseratis: is me docuit  
huiusmodi idola neque solenda, neque timenda. is mihi  
præcepit, ne ullius rei quæ sub caelo sit sculptile aut  
simulacrum haberem coram me: huc video in omnibus  
gentibus idolatriam detestari, idolisque seruientes ma-  
ximis calamitatibus castigare. Si me ideo hereticum cen-  
setis, quæ imagines ac simulacra uestra ex ecclesijs tol-  
lenda dico: Ioannem CHRISTI apostolum quoque  
unum cum mecum comburite. nam docet cauendum esse a  
simulacris. Paulum apostolum satanam deuouete: is  
enim

1. Cor. 5. enim inquit, quod qui idolis seruiunt, regnum Da  
possidere non possunt: & præcipit, ut idolis seruien-  
tes excōmunicentur: quia unum tantummodo Deum  
patrem, & unum Dominum I E S V M C H R I-  
S T V M habemus. & super idololatras iudicium  
Rom. 1. ac iram Dei ostendit, cum dixit, gentes hac ex calli-  
fa in reprobam mentem datas, quia coluerunt crea-  
1. Cor. 10. turas potius quam creatorem. & breuiter præcipit  
C H R I S T I fidelibus, ut fugiant ab idolorum cul-  
tura. Ex numero quoq; sanctorum abijscite, ac tan-  
quam hæreticum habetote Epiphanium, Salaminae  
Cypri episcopum: quia cum in templo Christiano-  
rum uidisset uelum quoddam, in quo uel C H R I-  
S T I, uel alicuius sancti imago picta uidebatur, illud  
arripuit ac in frustula concidit, dicens ecclesie cu-  
stodibus, præstare ut alicuius pauperis cadaver ipso  
obuoluerent, quam pictum & ociosum in templo  
haberent. Ambrosium præterea ex ecclesiæ doctorum  
numero arcete. hic enim inquit, gemilium errorum  
ac uanitatem impiorum esse, si quis lignum sanctæ  
De obitu crucis adoret. dicit enim: Inuenit Helena crucem,  
Theodo- regem adorauit, non lignum: quia hic gentilis est  
sij. error, & uanitas impiorum: sed adorauit illum qui  
pependit in ligno. Elibertinum præterea concilium,  
quod Constantini magni temporibus celebratum fuit,  
ad inferos detrudite. hoc enim cereos interdui in co-  
miterijs non incendendos, picturasq; ex ecclesijs ar-  
cendas esse statuit, ne quod colitur atq; adoratur, in  
parietibus pingeretur. Sed uos semper restitutis spi-  
ritui

ritui sancto. Cum enim congregatis uobis in Cōstan-  
 tinopolitano concilio 5. Cōstantinus quartus Impe- Tom. 2.  
 rator iussisset ut de uera fide perquireretis, cōtra uer  
 bi Dei ac apostolorū innumere testimonia, decreuistis  
 ut imagines in tēplis haberetur, ac summa ueneratio  
 ne colerentur. Philippicus uero Imperator, qui post  
 Constantīnū, Iustinianū 2. Leonē 2. Absimarū Tibe-  
 riū 3. imperiū obtinuit, tantā idolorū abominationē  
 nō est passus, uerū eas omnino ex ecclesiis sustulit.  
 At Cōstantinus 1. qui cathedrā hāc pestilentiae obti-  
 nebat, synodū Romæ cōuocauit, atq; Imperatore da-  
 mnauit, & anathemate percussit: ac mox Anastasiū  
 cognomēto Arthemīū cōtra Philippicū excitat: quo  
 his artib. capto, ac oculis priuato, Anastasiū Oriēti  
 præfecit: hic per literas Cōstantino pollicitus est, se  
 futurū imaginū defensorē acerrimum. Mortuo uero  
 Anastasio ac Theodosio eius sucessore, Leo 3. factus  
 fuit Imperator. hic conciliij illius Romani ac Cōstan-  
 tinopolitani decretū ferre nō potuit: sed Gracia eru-  
 ditissimos quosq; Byzantiū ad conciliū cōuocat, in  
 quo trecenti ac tringinta episcopi fuerūt, & ab omnib.  
 definitū fuit, ut nulla prorsus imago, uel simulacrum  
 in tēplis haberetur, sed omnino tollerentur ac cōbu-  
 rerentur. quod & statim factū fuit. nā omnia huius-  
 modi ex ecclesijs in publicū locū cōgesta sunt, ac cō-  
 busta. sicq; noluit ut idololatrie locus in ecclesia ha-  
 beretur. Quo facto, Imperator Gregorio 1. Papæ si-  
 gnificauit, ut imagines et simulacra ex sua quoq; ec-  
 clesia tolleret. At Gregorius se Imperatori opposuit,

Blond. 10.  
Eut. 21.

Plat.

## Acta secundi diei.

Blond. lib.

10.

cumq; imperio ac fidelium communione priuauit, eiusq;  
 subditos in apertâ rebellionem perduxit: Et Rome  
 una cum Italiæ prælatis celebravit synodum, ac imagi-  
 nes summa cum ueneratione in ecclesiis habedas esse  
 statuit, ac contrariu sentientes dñauit. Sed Imperator  
 maluit Deo quam Gregorio obedire. Huius quoque  
 Imperatoris filius Constantinus quintus potitus im-  
 perio, ad idolatriâ tollendâ animum cōuertit. ideo  
 cōuocato concilio cū magna episcoporū frequentia,  
 decreuit nō licere C H R I S T I fidelib. ulla uel crea-  
 turæ uel creatoris ad cultu habere simulacra, sed ob  
 scandalum omnia tollenda esse. cuius sancti decreti can-

Plat. sa omnes ecclesiæ quæ in Græcia erant ab idolis pur-  
 gatae fuerunt. ac Paulus 1. Papa ab Imperatore moni-  
 tus fuit, ut et ipse imagines omnino tolli curaret. Sed  
 Paulus quoniā reges Galliae sibi conciliarat, perpe-  
 tuumq; amicitiae foedus cum Pipino inierat, nihil Im-  
 peratoris iussa timuit, quin potius Imperatore excō-  
 municat. Mortuo Imperatore, Leo ipsius Imperato-  
 ris filius, huius nominis quartus, imperium suscepit:  
 Sed immatnra morte præuentus, Constantini filium,

qui sextus illius nominis dictus fuit, puerulū reliquit

Blond. cum Irene matre. Hæc cum imperiu sola administra-

Platina in ret, iussu Therasij patriarchæ Constantinopolitanæ

Hadriano. qui cum Hadriano Romano Pontifice conuenerat,

Eutrop. 23. in Nicæa urbe synodum trecentorum ac quinquaginta

episcoporū cōuocat: ubi præsentibus Romanu Ponti-  
 ficiis legatis decretum fuit, ut Romanæ ecclesiæ ritu si-  
 mulacra haberentur in Græcia per omnes ecclesiias, sed

Sed Constantinus cum pueriles annos præterisset, simulacrorū superstitione admodū offensus fuit. ideo matrē ex imperio deicuit, & simulacra omnia quae mater construxerat, confregit & cōbuscit. mox autē pietatis hostis Romanus pontifex Frācfordie in Germania conciliū cōuocat, in quo Græcorū synodū de imaginibus tollendis dānauit. tamūq; cōtra Constantiū idolatriæ hostē præualuit, ut eius suāsione ire ne mater Imperatorē adhuc iuuenē ex insidijs caperet, imperio, ac oculis priuaret, carceribusq; deman-daret. & sic dum impia Irenes sola imperiū admini-straret, idola in Græcorum ecclesijs rursus erēcta fue-runt. Mortua uero Irene, Nicephorus regnum Constantini accepit: hic Irenes imagines ac simulacra comminuit. que per multos annos nunquam restitui potuerunt, et si hoc Romani Pontifices quām maxi-mē urgerent. Sed tandem potestas tenebrarū præua-luit, nam cum Romani Pontificis auxilia magna es-sent à Gallorum regibus, eorumq; imperium in dies cresceret, Theodorus quidam Orientis Imperator ad Pontificis partes defecit: cuius defectionis causa à Constantinopolitanis dignitate, urbe, ac regno priua-tus fuit. Tantumq; ut brevibus dicam, Romani pon-tificis creuit ambitio, ac tyranis, ut tum priuatis tum publicis concilijs abrogarit, quæcūq; alia cōcilia cō-tra idola aliquando senserint, ac definierint. Sed ueh omnibus qui hæc in diuinæ maiestatis ignominiam excoqutarūt, atq; excoquata probant. huiuscmodi enim impietatibus C H R I S T V M Dei filium con-

culcant, & sanguinē testamenti eius polluant, ac spū  
ritus sancti gratiae contumeliam faciunt. Mōstra igitur  
hæc ex Dei ecclesia tollātur, uastentur imagines, cō-  
minuantur simulacra. satius est enim ita facere, q̄ po-  
pulum relicto Deo, innumeris idolis aureis argen-  
teis lapideisq; inseruire. Cur igitur ita in auaritia  
exercitata sunt corda uestra, ut ne tantillam quidem  
gloriæ Dei rationem habere uelitis? at iudicium ac  
perditio omnium uestrum non semper dormiet. audio  
enim sanguinē I E S V C H R I S T I aduersus nos  
clamare ueluti sanguinem Abel aduersus sceleratum  
Caimum, & expetentem uos ad mortem æternā. Sa-  
gittæ Domini sanguine uestro inebriabuntur, ace-  
ius gladius eorum carnes deuorabit qui idolis imple-  
uerunt sanctuaria eius. Risus igitur uester uertetur  
in luciliā, & gaudium in moerore. Non igitur diffe-  
ratis de die in diem. Sed conuertimini ab idolis ue-  
stris ad Dominum Deum uestrum, qui dixit: Ego  
sum Deus, & non est aliud præter me. Quod si ido-  
la uestra in ecclesia Dei habenda esse, ac genuflexio-  
ibus & orationibus honoranda, multisq; tum uefti-  
bus, tum coronis, tum monilibus, tum luminibus ua-  
rijs illustranda populum docere uultis, eorum ori-  
ginem ac rationē ostendite: neq; vulgari persuasione  
ac stulticie inherere debetis. huius enim nulla ratio  
nedum redi, sed ne excogitari quidē potest, que ex  
diuinis oraculis desumpta sit. Si quis uobis inquit,  
Imagines ac simulacra sunt cōtra primū diuina le-  
gis mādandum in ecclesiam inuecta, statim illi obiru-  
dili

ditis patrum uestrorum autoritatē dicentes: Quare  
transgredimini traditiones seniorum: illi sapientes  
fuerunt, illi quid bonum esset nouerunt, illi imagines  
ac statuas probarunt: & sic dum alienis erroribus  
creditis, uos meti ipsi, sensibus ac rationibus ualedici-  
tis, ut una cum ipsis pereatis. Sed utinā uos soli erra-  
reis, sed alios uobiscum in mali uestri consortiū ra-  
pit, quasi habituri solatium de perditione multo-  
rum suscipite igitur C H R I S T I ac eius apostolorū  
doctrinam, eiusq; autoritate imaginū ac simulacro-  
rum uestrorū cultum ac religionē defendite. Si enim  
(ut decet uos esse, ac ut p̄ assim creditur à uestris po-  
pulis) uerè sapientes estis, hæretici uero seu Luterani  
insipientes, cum eis disputationibus ac rationibus con-  
gredimini: facile enim eos superabitis. loquimini igi-  
tus, hiscīte parumper, illis ostendite quò tendat haec  
imaginū excoxitata religio, quod fundamentum ha-  
beat, quam uim teneat, quid boni pollicentur simu-  
lacrū ijs qui ea honorauerint, eorumq; cultū defensa-  
uerint. Quæ in ipsis potest esse bonitas? nonne admit-  
tunt sine delectu aliquo, ut ad se accedant, sibiq; inser-  
uit, gladiatores, fures, uenefici, facinorosi quicūq;:  
impudicæ adulteræ, lenæ procaces, obscenæ meretri-  
ces & hi flagitijs omnibus inquitati, ad imagines ac  
simulacra accedunt, et ad illa fusis precibus quæcūq;  
scelerā sibi condonari putant. O miserū igitur regnū,  
ō nefandā religionē, ubi huiuscmodi infelicitissima  
solennia peraguntur. Conficit sanè Dominus po-  
pulos quos undecimq; locorū ac gentiū euocatis, ut

Q : uxorum,

uxorum filiorū, parentum, ac rei familiaris curā negligentes, imagines, simulacra, ac speluncas uestrā inuisant: ut fœridum aliquod os (alicuius fortè qui ob scelerā sua cruci suspensus est) uenerētur, ac osculen tur. nec impictates has uestras tutari poterūt uestra illæ quas somniastis dulicē ac hyperdulicē: ex sacris namq; literis illæ oriri nō possunt. Paulus enim in-

1. Tim. 1. quit, Soli Deo honor & gloria. & Dominus ait, se  
Esa. 42. honorē suum alteri non daturum esse. Quin potius non vulgarē contumeliam diuis inferunt, qui illos ut sibi in aliquo ferant opem inuocant: illosq; iam mortuos colunt ac uenerantur. Ipsi etenim (si tamē uere diui sint) sicut unum Deū per CHRISTVM Do minum nostrum coluerunt & inuocarunt, nō secus eundē ab omnibus calendū, adorandū, ac inuocandum esse docuerunt. uis igitur diuos honorare: cum honora, eum adora, eum inuoca, quē ipsi honorandum ac inuocandum tibi demonstrarunt. Quod si uero simulata & impia religione, auaritiā uestram ex horum cultu quæ sanctorum reliquias esse dicith, souere queritis, hypocritæ estis. nam ex uobis aliqui membra & ossa martyrum (si tamen martyru sunt) alij fimbrias & phylacteria magnificant, & omnes petunt, omnes exigunt, aut sumptus lucroſae cogesta- tis, aut simulatæ premium sanctitatis.

Respoſderunt illi: Vide hæretice, quot impias uoces nunc in sanctos emiseris. cum enim per eos plura miracula fieri cōſpiciamus, cur inuocari ac eoru ossa uel uestes honorari ac coli non debent? Deberet sanc-

Sanè grauiter puniri, quia contra imagines semis. Sic 6. de off. or  
enim præcipitur in legibus nostris. dinario.

Quibus Eusebius: Fateor quidem miracula ad se-  
pulchra martyrum aliorumq; C H R I S T I sancto-  
rum à Deo facta fuisse: at qui dico non ideo facta, ut  
eorum ossa aut sudariola adorentur, neq; ut ipsius  
Dei omnipotens ac optimi ratione posthabita, à po-  
pulis inuocaretur: sed ut per hæc signa, Deus ipse de  
eorum doctrina, fide, sanctimoniamq; quæ in ipsis ui-  
uentibus extiterunt, testaretur, sicut et dum uiueret  
factum fuit. Scribitur enim, quòd discipuli exierunt  
quoquouersus prædicantes, Domino cooperante, & Marc.16.  
Sermonem cōfirmante sequentibus signis. nec alia ex  
causa Paulus inquit C H R I S T V M per se multa  
fecisse signa ac prodigia, nisi ut populi uidentes ea,  
crederent euangelio. Quim & C H R I S T V S ipse Rom.15.  
ex miraculis que faciebat nihil aliud unquam que-  
sui, nisi ut homines eius doctrinā uera ē esse agnoscen-  
tes, pro certo haberent illum filium Dei esse. ideo to Io.10.  
ties dicebat, ut operibus crederent, si nolabant eius  
uerbis credere: tantumq; abest ut sanctorum corpora  
uenerari ac coli debeant, ut potius in deserta loca  
dum morerentur sepeliri uoluerint, ac præceperint.  
Quod ab Antonio factum fuisse, patet. uerebatur  
enim ne corpus eius uelut idolum quoddam à Chri-  
stianis coleretur. Hac eadem ex causa Deus corpus  
Mosis occultatum uoluit, ne à populo Israel, qui fa-  
cilius ad idola accurrebat, adoraretur: imò dum sa Ep. can. Iu-  
than illud reuelare uellet, misit Deus angelum suum dæ.

qui ipsum coerceret. At dicetis: Plurima quoq; mira-  
cula fuint ad sepulchra sanctorum, qui in sancte Ro-  
manæ ecclesiæ fide defuncti sunt, apostoliceq; sedis  
doctrinam perdocuerunt. Dico autem uobis, nullam  
de his miraculis haberi rationem in C H R I S T I  
ecclesia: quoniam cum doctrinam fidemq; euangelio  
aduersam dum uiuerent professi sint, pontificumq;  
Romanorum impia decreta defenderint, non solun-  
(Si quæ post eorum mortem prodiga fecisse dican-  
tur) doctrinam quam docuerunt non confirmant, ita  
ut hac ratione ueram esse testentur: sed potius huius-  
cmodi signa à sathana peracta fuisse cēsent C H R I-  
S T I fideles. ij namq; sicut miraculis, quæ ad sepul-  
chra eorum fuint, qui fidem C H R I S T I sectati  
sunt ac docuerunt, in doctrina C H R I S T I magis  
confirmantur: sic miraculis quæ fuint ad sepulchra  
eorum qui doctrinā ac fidem Papisticam secuti sunt,  
ac annunciarunt, in errorem confirmantur filii ire  
apti in interitum. hi enim persuadentur tenebras  
esse lucem, ac malum bonum, ac C H R I S T I ad-  
uersarium, ipsius C H R I S T I uicariū esse: sicq; ite-  
sto Dei iudicio in errorē inducti, ad sanguinem usq;  
et mortē in eo perseverant, cuius tamen dignā mer-  
cedē tandem accipiunt ignē æternū. Hincq; coniçere  
Martyrum possumus, duū generum martyres inueniri, quorū  
duplex ge- alterum C H R I S T I, alterum uero Papæ & An-  
nus. tichristi dicitur. horum utrumq; rectè discernemus,  
si utrorumque uelimus fidem ac doctrinam uitamq;  
examinare, nam si ob C H R I S T I euangelium,  
eiusq;

eiusq; confessionem ab impijs principibus ac tyran-  
 nis trucidati fuerunt, hi uerè Dei & C H R I S T I Discrimen  
 martyres censendi sunt. Huius generis martyres fue-  
 runt in ueteri Testamento prophetæ, in nouo Ste-  
 phanus, apostoliq; omnes, innumeracj; millia illa ho-  
 minum, que post apostolorū tempora ab Imperato-  
 ribus ac regibus uarijs tormentorum ac mortis gene-  
 ribus necata fuerunt. Huius quoq; generis martyres  
 non multos ante annos habuit C H R I S T I eccl-  
 esia, Ioannem Hus, ac Hieronymum de Praga. No-  
 stris æquè temporibus huius generis martyres exti-  
 tere: in Italia quidem Georgius Mantuanus, hic re-  
 gnante scelestissimo Alexandro 6. Pontifice Roma-  
 no, Bononiæ igni consumptus fuit. Hieronymus Ga-  
 latus Venetus, Venetijs perpetuo ac fœdissimo car-  
 ceri mancipatus, anno 11. suæ captiuitatis obiit. Hu-  
 ius generis martyrem habuit Ferraria Faninum Fa-  
 uentinū, cruci appensum, ac combustum: Placentia  
 Dominicū Bassanensem suspendio interfectū: Lauda  
 Pompeia Galeatū Treziū, ex oppido quod nō lon-  
 gè ab urbe distans, Sanctangelū dicitur: hic igni com-  
 bustus fuit. Hi omnes passi sunt regnante nefandissi-  
 mo Iulio 3. quid singulos enumerem? ante hos habui-  
 mus Ioannem Diazum Hispanum. hic à proprio  
 fratre, qui Paulo 3. gratificari uoluit, securi in Ger-  
 mania est percussus. Habuimus Georgium Medola-  
 gum Bergomensem, Nicolaum Carpensem. Pluri-  
 mos habuit Flandria, Gallia, Hispania, Bohemia.  
 Innumeros habuit Roma hæc, quorum nonnullos

palam, multos uero clam uario mortis genere extinxit. horum omnium uos Papistæ homicide fuisti. horum corpora, et si patibulis, gladiis, ignibus, aquis, carcerumq; pædore consumpta sunt, ac penes uos etiam uerbicula ac uerbi uerba extiterint, quoniam tamen propter testimonium uerbi Dei ac IESV CHRISTI mortui sunt, ideo eorum animæ quas de CHRISTI manibus rapere non potuisti, letantur in celis coram Deo, & iudices uestri erunt. Si uero aliqui mortui sunt, aut quoniam somnia ac fabulas Paparum defendere uoluerunt, aut simplices ac pios persequi, uelut Petrus ille Dominicanus, quem martyrem uocatis: aut quoniam immunitates ecclesiæ Papisticæ nimis pertinaciter tutari conabantur, uelut Thomas ille Cantuariensis, qui dum de possessionibus quibusdam contra regem Angliae dimicauit, imminutæ maiestatis criminè condemnatur: bisanè non CHRISTI martyres, sed Papæ esse decuntur. non enim propter CHRISTI confessionem mortui sunt, sed propter Papæ doctrinam ac decreta quæ contra CHRISTI doctrinam tuebantur occubuere. Si quis igitur mortis cauſam scrutetur, statim agnoscat, an is qui obiit, CHRISTI an Papæ martyr dicendus sit. nam, ut Cyprianus inquit, cauſa martyres facit. Plerique igitur martyres uestri, quos adeò iactatis, forte in eorum sanctorum sunt numero, quorū (ut Augustinus dicit) corpora, et si à uobis uenerentur in terris, eorum tamen animæ cruciantur in inferno: nō forte Deus

Deus in eorum morte misertus sit, & dederit illis,  
ut uno tantum C H R I S T O cognito resipue-  
rint, ab Antichristiq; laqueis, à quibus antea captiuū  
detenuti fuere, liberati sint.

Tum quidam Dominus Baccalaureus, qui stete-  
rat à longè, ut uideret finem, irruit in medium, ac  
dixit ad eos qui contra Eusebium stabant: Miror,  
reuerendissimi domini inquisitores, uos huic hære-  
tico permittere ut has blasphemias ac hæreses tā im-  
pudenter ac proterue coram sanctissimo ac beatissi-  
mo Papa, ac coram reuerendissimis dominatio-  
nibus uestris loquatur, cum enim non liceat descen-  
dere de genere in genus, ut docet Aristoteles, cur  
ad eo conniuetis in huius hæretici sermonibus? qui  
interrogatus de orationibus ac iuocationibus, qui-  
bus orare ac iuocare sanctos debemus, incidit in  
sermonem de reliquijs sanctorum, & de imaginibus  
eorum, quæ omnia cum à concilijs quibusdam appro-  
bata sunt, non debemus ea amplius in dubium reuo-  
care, ne forte manifestum fieret, nos contra C H R I-  
S T I ac apostolorū doctrinā turpissem aliquā de-  
creuisse, & sic concilia nostra errare potuisse, et er-  
rassisse: tunc enim actū esset. Ideo nihil eorū quæ per sa-  
craissimas theologiæ facultatis uniuersitates tanquam  
scandalosa, hæretica, ac schismatica dānata sunt, ac  
per cōcilia reprobata, in disputationē trahi deberet:  
sed tantummodo uerbis aut uerberibus & tormentis cogre eum, ut iam damnata ac maledictionibus  
innumeris

innunteris execrata dogmata detestetur, ac ueniam petat.

Huic autem responsum est, nihil referre, nec cæsæ eorum aliquid obesse ea quæ ab Eusebio in heresum suarum defensionem ex sacris præsertim literis adducebantur, quia omnia hæretica erant, eo quod à nullo Papa approbarentur amplius. Et conuersi ad Eusebium, dixerunt: Dimittamus modò orationem de simulacris ac reliquijs sanctorum, quamvis (si uellemus) possemus tibi ex sacris literis ostendere non quidem directè, nec explicitè, sed indirectè & implicitè ac tacitè hæc omnia in ecclesiis habenda esse, ac in summo honore custodienda: sed de invocationibus sanctorum absoluamus sermonem. Miramur uos Luteranos, qui præ omnibus nobis librum hæreticorū, uidelicet sacra Biblia, intelligere profitemini, non agnouisse huiuscmodi invocationes directè explicitè ac expressè in ipso haber. Iacob enim cum filios suos benediceret, inquit: In-

Gen. 48. uocetur nomen meum, & nomen patrum meorum Abraam & Isaac super uos. Ac si diceret: Cum mortuus fuero, clamabitis ad eos dicentes: Sancte

Job 5. Abraam, Isaac, & Iacob, orate pro nobis, intercede pro nobis. Et Job ait, Conuertere ad aliquem sanctorum: ubi subintelligitur, Et dic illi, ut intercedat ad Deum pro te. & in Baruch scriptum est:

Baruch 3. Exaudi Domine orationes mortuorum Israel, & filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te. Et Da-

Ps. 150. uid præcipit, ut laudemus Dominum in sanctis ciuitatibus. Et

Et in Apocalypsi scribitur: Viginti quatuor se- Apoc. 5.  
niores ceciderunt coram agno, habentes singuli ci-  
tharas & phialas plenas odoramentorum, qua  
sunt orationes sanctorum. Quid clarius? quid ma-  
nifestius? Vide igitur te hæreticum esse, & certò  
scias te comburēdum, cum tam aperta de inuocatio-  
nibus sanctorum testimonia sacra reijcias.

Quibus C H R I S T I martyr: Fiat mihi,  
inquit, secundum uerbum Domini. Quantum ue-  
rò ad dictum Iacob spectat, non quemadmodum uos  
dicitis, Iacob filios suos instruit, ut eum postquam  
uita functus fuerit, inuocare debeant: sed longè di-  
uersa à somnijs uestris intelligenda sunt, quæ spi-  
ritus Domini uobis hodie annunciat. Auditote  
igitur.

Cum Deus Abraam, Isaac & Iacob promisisset  
se in populum peculiarem accepturum, quotquot ex  
eorum lumbis oriuntur, seq; benedictionem suam ef-  
fusurum super eos, ita ut ueluti stellæ cœli ac are-  
na maris multiplicarentur: Iacob hæc omnia im-  
plenda cognoscens, hortatur filios suos ex quibus ij  
oriri debebant ad quos diuinæ illæ promissiones per-  
timebant, ut nunquam ab ipsis ueri Dei cultu de-  
ficerent, sed in eo perseverarent, ac eum in necessi-  
tatis suis inuocarent. neq; si quando delinquerent,  
faciem eius abhorrent: sed potius illum adora-  
rent, ab eoq; delictorum ueniam peterent, eiusq;  
auxilium certò expectarent. non equidem propter  
ea quodd de illo bene meriti essent: sed propter pro-  
missa

missa quæ eorum patribus facta fuerant, quia cum Deus ipse uerax sit in promissis suis, non poterat non præstare quæ pollicitus erat. Hac itaque de cauſa Iacob filios suos instruit, ut inuocent in orationibus suis ad Deum nomina Abraam, Isaac, & Jacob. Quasi dicere uellent: Exhibe nobis Domine misericordiam tuam, sicut pollicitus es patribus nostris te exhibitorum. Hac igitur ex cauſa inuocabat Israel nomina patrum suorum. Et ne hoc à me ipso loqui putetis, en uobis Mosen affero huius rei testimoniū. hic enim orat pro populo, ac dicit:

**Exo. 32.** cit: Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, ac manu robusta? Recordare Abraam, Isaac, & Jacob, quibus iurasti per temet ipsum, dicens: Multiplicabo semen uestrum ut stellas coeli, & uniuersam terram hanc de qua locutus sum dabo semini uestro. Si ratione uerborum Jacob inuocandi fuissent patres, clamasset sane Moses, dicens: Sancti Abraam, Isaac, & Jacob, preterate pro nobis, intercedite pro nobis. En preter Mosen alterum adduco testimoniū, ut in ore duorum

**Dan.** stet omne uerbum. Azarias is est, qui orans Dominum dicebat: Ne dissipes testamentum tuum, nec auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraam dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum, quibus locutus es, dicens, quod multiplicares semen eorum uelut stellas coeli, & uelut arenam quæ est in littore maris. Iudei praieres usq;

usque in hodiernum diem non alia ratione nomina  
horum patrum inuocant, ac derident uos inuocan-  
tes innumerā diuorum nominā, ac si plures essent  
quām unus Deus, qui omnia in omnibus operatur.  
Qui tamen miseri (de Iudeis dico) toto cōelo er-  
rant. Nam et si antequam C H R I S T V S no-  
bis donaretur à patre, rectē eo modo orabant: nunc  
tamen pessimo errore lapsi sunt. nam cum C H R I-  
S T V M ex semine Abraam acceperimus, in quo,  
ut testatur Paulus, promissiones patribus factae com-  
plende fuerant, non amplius debent promissionum  
testes, sed ipsum benedictū semen C H R I S T V M,  
in quo omnia completa sunt, in orationibus suis  
Deo offerre. Si igitur cum salute animarum nostra-  
rum orare uolumus, accedamus ad Deum per Da-  
minum nostrum I E S V M C H R I S T V M.  
Admirabantur omnes hēc audientes, & contra Eu-  
sebium clamare coeperunt, dicentes: Multæ literæ  
ad insaniam te adduxerunt. His Eusebius: Festus  
quoque, inquit, cum Paulum audiret de cruce  
C H R I S T I uerba facientem, illum multarum  
literarum causa ad insaniam redactum dixit. Quare  
cum & uos tanquam Festus & sibi sitis, crucis sermo  
non tantum uelut Hebreis uobis scandalum est, sed  
& stultitia, quemadmodum & gentibus: Athenien-  
sium quoq; illorū fratres estis, quibus cum Paulus e-  
uangelium annunciatet, οὐαὶ μολόγοι illū uocarunt. Sed  
in hoc mirabilia Dei opera cognoscere deberetis, ea  
& sapientia uestra homuncionis stultitia cōfundatur.

Sed

1. Cor. 2. Sed nihil mirum, quia animalis homo ea que spiritus Dei sunt, cognoscere non potest: stultitia enim est illi, & non potest illa percipere quia spiritualiter dijudicantur. Cum itaq; carnales sitis, ea que Dei sunt, spiritualiter dijudicare non potestis. memento tamen uos de peccato uestro excusationem non habituros, quia uobis per os meum ostendit Dominus iniquitates uestras, uos uero obturatis aures in momentum assiduis surdae & obturantis aures.

Tu lignipes ille hypocrita, querens subuertere uites Domini rectas, sathanico repletus furore, inquit: Proh scelus, cur non pudet perditos istos homines haec in nos obloqui? audiui aliquando hereticum quendam, qui ex combustus fuit: hic dum ad ignem adduceretur, & CHRISTVM hunc suum confiteretur, quae nam, (o sancta Maria) blasphemie excoquari possunt, quas in nos non proferret? dixit nos non patres spirituales, non religiosos, sed illis uecibus nominari debere quibus CHRISTVS, apostoli, ac prophetae nos uocarunt: uidelicet hypocritas, cæcos, absq; iustitia, absq; misericordia, absq; fide: fures, latrones, mercenarios, homicidas, serpentes, genimina uiperarum, generationem prauam, adulteram, mendaces, sathanæ filios, pseudochristos, pseudoprophetas, operarios iniquos, sathanæ ministros, antichristos, apostatas à fide, mente corruptos, reprobos, superbos, indoctos, alienos à ueritate, magistros auribus prurientes, uaniloquos, seductores, abominabiles, incredulos, ad opus banum reprobos,

Nomina  
Papistico-  
rum docto-  
rum.

reprobos, Deum negantes, ueritatis blasphemos, audaces, adulteros, irrationabilia pecora, fontes sine aqua, illusores, nebulas turbine exagitatas, in luxuriam trans ferentes Dei benignitatem, multa animalia, sine timore, nosmetipso pascentes, muratores, querulosos, iuxta desideria nostra ambulantes: arbores autumnales, infructuosas, mortuas, eradicas, mirantes personas quæstus causa. quid plurae ô sanctissime pater. Aegyptū, Sodomā, Gomorrhā, semē Canaā, infideles, prophetas Baal, pupillorum oppressores ac fornicators. ac tandem dixit, quod sermo noster ut cancer serpit: et quod quæ admodum Deus ciuitates Sodomorum & Gomorrah in cinerem redigere uoluit, ut eas ueluti exemplum poneret omnibus qui impiè acturi erant, et qui fidelium animas inquisis doctrinis, inquisis operibus ac inquisis idolorū cultibus uexabant, ita nos quā dogmatis uisitaret in sulphure & igne. quid uobis uideatur? Sed uerborum suorum poenas luit. nam cum Dominus Inquisitor illi iussisset, ut in uirtute sanctæ obedientiae taceret, noluit unquam ponere custodiā orationis suo, et ostium circumstantiæ labijs suis. ideo iussum fuit ut lingua illi absinderetur, ut adimpleretur mandatum Dei, qui dixit: Per quæ quis peccauerit, per hæc & puniatur. et sic custodiimus uerba CHRISTI, quibus præcepit illa à nobis absindenda esse quæ scandalum cōmitterent. Deberemus itaq; modis omnibus coercere maledictos istos hæreticos, ne tam impudenter quæcūq; uelint, dicat: quia ut dixit Paulus,

Ius, corrumpūt bonos mores colloquia mala: quin po-  
 tius unumquemq; cogamus ut ab his abstineat, pro-  
 pter scandalum pusillorum. si enim à pueris hec au-  
 diantur, abducuntur à simplicitate. unde fit ut ipse  
 quoq; per plateas ac vias quascunq; audient tangere  
 Christos Domini, & in eius prophetas maligna  
 proferre, & sic nulla paternitatum nostrarum, neq;  
 etiam sanctitatis summi Pontificis habetur ratio. non  
 tantum ideo coercendi essent populi, ne hæc loquerē-  
 tur: sed potius admonendi ac instruendi, nos illos esse  
 ad quos C H R I S T V S dixit: Vos estis lux mundi,  
 uobis datū est nosse mysteria regni Dei. Quæ audiui  
 à patre meo, nota feci uobis. Qui uos spernit, me sper-  
 nit: qui uos audit, me audit. Doceri prætereadeberet,  
 apostolos nos illos esse, in quos C H R I S T V S spiri-  
 tum sanctū insufflasset, ut possemus ubiq; & quā  
 docunq; et quomodo cūq; peccata hominib. reuinere,  
 aut remittere, excommunicare rebelles, & illos ab ex-  
 cōmunicatione soluere, qui ad gremiū nostrū reuerie-  
 rentur. Nos esse quorū sensum C H R I S T V S ape-  
 ruit, ut intelligētes scripturas possemus illas interpre-  
 tari, glossare, & quoquo modo placeret inuertere iu-  
 xta temporū ac locorum et hominū conditionē. Nos  
 esse illos quibus præcepī fuit ut baptizaremus, ac  
 euangeliū prædicaremus: quod eis aliquādo à nobis  
 factū fuit, nūc tamen prædicari non potest sine maxi-  
 mo sanctae Ro. ecclesiæ scādalo: quia omnes homines  
 qui uolūt plus sapere q̄ oportet sapere, ex euangelio  
 ipso omnes hæreses hauriūt. ideo longè utilius nobis  
 effici

effet, ut euangeliū ac totā sacram scripturā combure Amos. 8.  
 remus, ut Domini uestigia sequeremur. sic enim &  
 nos propter populos qui indies à nobis deficiunt, mut  
 teremus famē in terrā: nō panis famē aut sim aqua,  
 sed audiendi uerbi Dei, ut sic famē patiētes ut canes,  
 discerent, non muttere os suum in cœlū: sed nobis cre-  
 dere, qui sumus angeli Domini exercituum, quorum  
 labia custodiunt scientiā, & de quorū ore lex Domini  
 minipetēda est. quoniā cum simus gens sancta, regale  
 sacerdotiū, ecclesia Dei uiui, colūna & firmamentū  
 ueritatis, & sponsa C H R I S T I sine macula, & si  
 ne ruga: nostra interest ut ea quae Dei sunt annuncie-  
 mus. quod & Dauid in spiritu prophetauit, cum di-  
 xit: Cœli enarrant gloriā Dei. Non igitur feratis ut  
 hic hereticus eiusmodi rursus proferat, cuiusmodi et  
 quidē innumera corā nobis et in nos proferre est au-  
 sus. sed institutū uestrum prosequimini. hæc tamū dī-  
 cere uolui, ut turbæ quae hic adest consultū sit, ne uide-  
 licet scandalum accipiat: & nobis quoq; bene consula-  
 tur, ne forte simus opprobrio cunctis gemibus.

Eusebius autē prosecutus fuit sermonē suū, dicens:  
 Quod ad uerba quae in Iob habentur spectat, sciat is  
 uelim in eis esse ignoratiæ atq; auaritiæ uestræ falla-  
 ciæ: ut aut̄ recta ac germana habeatur ipsorū interpre-  
 tatio, sciendum in primis est, uerba illa non ab ipso  
 Iob (ut forte aliquis uestrum suspicatur) prolata fuis-  
 se, sed à quodā eius amico: cuius sermones cum Deus  
 ipse increpet, dicatq; eum cum duob. socijs debere cū Iob 42.

orationibus se purificare, eo quod non recte ueluti lob  
locuti fuerant, nulla hac ex causa illius uerbis adhi-  
benda esset fides, etiam si diuorum intercessiones statuere  
uoluisset. quis enim illis uerbis fidem adhiberet, que  
Deus ipse stulte prolate sive affereret?

Secundò animaduertendum est, quod tunc tempo-  
ris à nullo huiusmodi invocationes sanctorum defendi  
poterant. nullus enim ex eorum numero qui scripti  
fuerant in libro uitæ, coram Deo in coelis apparuerat:  
sed oportebat plenitudinem temporum expectari, in  
quibus CHRISTVS humanam assumeret carnem,  
per crucis mortem animam ageret, inferiores terre par-  
tes perlustraret, ac seruorum suorum animas solutac-  
ptiuitate inde educeret: & sic resurgens ex mortuis,  
ascenderet in altum, & præcursor pro nobis ingredere-  
tur in coelum. uerba igitur illa nullo modo possunt  
de diuorum intercessionibus intelligi.

Tertiò, germana illius loci interpretatio nosci de-  
bet, quæ huiusmodi est. Cum Iob simplex, rectus, ac  
timens Deum, & recedens à malo esset, uoluit illum  
Deus toto terrarum orbi patientiae & fidei simul-  
crum ac speculum proponere: ideo illum à satana peccati-  
mè tractari permisit, ut sic dum omnia equanimiter  
ferret, omnibus innotesceret eius uirtus. Cum igitur  
Iobis familiares ac beneuoli quidam haec omnia anti-  
co euensis intellexissent, accesserunt ad eum, ut illi al-  
liquam consolationem afferrente. inter hos uero aderat  
annus ex illis qui Eliphaz uocabatur: hic opinatus  
Deum hominibus non nisi ob corum errata flagellum  
nauicere,

mittere, alloqui cœpit Iobem, ac opinionē suam contra sententiā ipsius Iobis defendere. ideo dicebat: Co Iob 4.  
 gta quæso, quis innocentium perierit, aut ubi homines probi extinti sint. e contra uero Iob dicebat, hominē iustū à Deo percuti aliquando non quidem ob ipsius peccata, sed ut illum tribulationibus uexatum, magis perspicuum ac illustrem redderet. Eliphaz itaq; sententiam suam Iobi persuadere conabatur. Ac si diceret:  
 O' Iob cū tot calamitates in te aduenerint, certò scias  
 hoc uitæ tuæ instituto te non modò Deo gratum non  
 existisse, sed potius non leuiter illum offendisse: quod  
 si uerū non esset, Deus certè hominem iustum non ita  
 percussisset. Si uero contra sententiā meam sapis, con-  
 uertere ad aliquem sanctorū, hoc est, perquire an in-  
 venire possis aliquem sanctorum (hos superius inno-  
 centes ac probos appellauit) qui unquam à Deo ita  
 crudeliter flagellis fuerit obrutus: cumq; nulli sancto  
 rū ac proborum hominū contigisse uideris quod tibi  
 contingit, iustitia Dei agnoscas, ac pecatorum tuorum  
 uenia ab eo petas. Hoc idem Baldath socius Eliphaz Iob 8.  
 dicere uolebat Iobi, cū dicebat: Quamdiu loquēris ta-  
 lia, & uerba oris tui sonabūt pertinaciā? num Deus  
 peruerteret iudiciū? num omnipotēs peruerse ageret  
 iusticiā? quod si mature ad Deum redieris, & suppli-  
 caueris omnipotenti, si purus probusq; fueris, tui gra-  
 tia consurget, ac prosperabit habitatculū iustitiae tuæ:  
 eritq; prior sors tua modica, posterior autē ualde au-  
 gebitur: & quod Eliphaz dixerat, Cōuertere ad ali-  
 quæ sanctorū: Baldath dixit, Sciscitare quæso ex pri-

soo æuo, teq; compone ad peruestigationē patrū tuo-  
rum. Videant igitur qui ueritatem diligunt, uos illis  
in uerbis diuorum iuuocationes somniaſſe.

Reſponderunt Pharisei, dicentes: Quis te docuit  
itaſacrarū literarū uoces peruertere, ut ſanctorū no-  
ce iuſti intelligi debeant, qui in corporis habitaculo  
grauati, ingemiscunt, optantes habitationem que de  
cœlo eſt ſuperindui? Pessimè igitur mentitus es. nam  
sancti tantummodo dici debent, qui mortui in Domi-  
na, ccelorum regnum cum C H R I S T O poſſidet,  
ac una cum C H R I S T O intercedunt pro nobis.  
Quod ſi fecus foret, ſancta Rom. ecclesia nō caneret.  
Omnes sancti & sanctæ Dei intercedite pro nobis.

His Eusebius, Si res inquit, ita ſe habet, ut ſancti  
tantummodo dicendi ſint, qui cum C H R I S T O in  
coelis uiuunt: quomodo igitur intelligenda ſunt uer-  
ba Pauli, cum ſcribens ad Philippenses, inquit: Salu-  
tate omnes sanctos in C H R I S T O I E S V: iiē,

Philipp. 4. lutant uos omnes sancti? nunquid innuere uolebat,  
ut in coelum ascenderent, ac quemlibet diuorum ſala-  
tarent? nunquid diuorum qui in coelis ſunt nomine,  
Philippenses salutabat? Quid dicere uoluit Paulus,  
cum ſcribens ad Coloffenses, dixit, Orate pro om-  
nibus sanctis? niſi forte dicere uelitis, diuos ipsos or-  
ationum nostrarum patrocinio egere, ut ſalvi ſe-  
ri poſſint. Quid igitur Paulus intellexit, cum ad  
Romanos ſcribens, dixit, Macedoniam & Achai-  
am eleemosynas sanctis pauperibus, qui Hieroſo-  
lymæ erant, miſiſe? purè igitur, ſimpliciter ac ſyn-

terè spiritus sancti uerba intelligite, & non in occasione auaritie.

Vobis præterea non patrocinatur dictū Baruch,  
quod inquit: Exaudi Domine orationes mortuorum  
Israel, & filiorū tuorum qui peccaverūt ante te. nam  
iij quos Propheta mortuos appellat, filios Israel intel-  
ligit, qui propter peccata sua in captiuitate deduci-  
fuerant in Babyloniam, quiq; continuo orabant ut de  
captiuitate illa liberaretur à Domino. Mortui enim  
in scris literis dicebantur, qui peccatis obnoxij uide-  
bantur, tanquam derelicti à Deo. ideo David dicebat,  
se ab inferis eductum fuisse, se obliuioni datum fuisse  
tanquam mortuum, se deductū fuisse in puluerē mor-  
tis, & de morte quoq; creptum fuisse: & Deus dum  
aliquem ad quamplam calamitatē magnam deicicit,  
dicitur illū mortificare ac deducere ad inferos: dū ue-  
rō ex calamitate liberat, dicitur uiuiscare, ac ab inse-  
ris reducere, quodq; Baruch uerba pro filijs Israelis,  
qui captiuū in Babylone detinebantur, intelligenda  
sunt, Deum ipsum huius rei interpretē adduco. is e-  
nīm filios Israel tum captiuos oſib; aridis ac ſicis  
comparat. dumq; pollicetur ſe illos aliquando libera-  
turum fore, inquit: Intromittam in uos ſpiritum, &  
uiuetis, & dabo ſuper uos neruos, & ſucoreſcere fa-  
ciā ſuper uos carnes, & ſuperextendam in uobis cu-  
tem, & dabo uobis ſpiritum, & uiuetis, & aperiam  
tumulos ueſtros, & educam uos de ſepulchris ueſtris  
populus meus, & inducam uos in terram Israel. Po-  
nūſsem quoq; totū Baruch ſcriptū refutare, taquam

Pſal. 29.

Pſal. 30.

Pſal. 21.

Pſal. 55.

1. Reg. 2.

Ezech. 37.

uolumē quod intra canonica nō computatur: sed mā  
lui illorum uerborum uerum sensum afferre.

Perperam quoq; uerba Davidis intelligitis. ipse  
enim non dicit, Laudate Dominū in sanctis eius: sed,  
Laudate Dominum in fano eius, aut uelitis dicere in  
sanctuario eius. Textus enim Heb. habet, פָּרָאֵל וְ  
בְּקַרְבָּן שִׁיר וְשִׁיר.

**Psal. 150:** et non dicit בְּקַרְבָּן שִׁיר וְשִׁיר. Sed esto, David  
dicat, Laudate Dominū in sanctis eius: quid tum de  
diuorum intercessione nihil prorsus: quin potius in  
dicaret nobis, ut non sanctos ipsos ob eorum sanctitā  
**Eph. 1.** tem laudaremus, ac ueneraremur, & inuocaremus,  
sed ipsum Deū summo honore prosequeremur: quip  
pe qui eos iam in filios per I E S U M C H R I  
S T V M adoptarat, ut essent sancti ac immaculati.

Nec postremo ex Apocalypsis autoritate illa e  
thnicas uestras intercessiones diuorū confirmare po  
teritis. nam cum Agni nomen ibi auditur, signatur re  
missio peccatorū in sanguine C H R I S T I immacu  
lati & incontaminati agni: cum uero cithararū ac  
philarū mentio habetur, gratiarū actiones, laudes q;  
eorum intelliguntur qui redempti sunt. Ioannes enim  
prosequitur, ac dicit: Et cantabāt canticū nouum, di  
centes: Dignus es Domine accipere librū, & aperi  
re signacula eius: quoniā occisus es, et redemisti nos in  
sanguine tuo.

**Apoc. 5.** Quod si caput quartū legissetis, claris  
simē agnouissetis, nū uigintiquatuor seniores pro no  
bis intercederēt, aut pro beneficio redemptionis gra  
tias agerēt Deo. dicit enim Ioannes: Procidunt uigin  
tiquatuor seniores ante sedentē in throno, & adorant  
uiuentem

viventem in secula seculorum: & mittunt coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine accipere gloriam, & honorum, & uirtutem.

Nec mihi letanias illas uestras obijciatis. cum enim contra Dei uerbum, ac in Diuinæ maiestatis contumeliam institutæ fuerint, impie atq; ab ipsa uera religione alienæ sunt: quippe que homines à ueri Dei cultu ad idololatriā deducant, ideo ex C H R I S T I ecclesia omnino rejici debent. Quò igitur consugetis, ut intercessiones has configbatis? num ad fabulas ac uisa? at nec istis rationibus res uobis ex sententia persicetur. Somnia enim uetularum ac rustorum, & impiorum hominum illa censentur, cum dicitis sanctos qui ab aliquibus per hebdomadas ac menses uel annos inuocati fuerunt, tandem illis apparuisse, ac dixisse, illos à Deo exauditos fuisse, eo quod ipsi Deum conuenerint in cœlis, illumq; allocuti ac deprecati fuerint pro omnibus qui ipsorum auxilia inuocarunt. O' diabolice astutiae, quibus satthan per uos C H R I S T U M mediatoris ac aduocati unici munere spoliat. Quis uos docuit, ut mortuorum consilia sequeremini? quin potius Deus ipse hoc prohibet. & cur huius præcepti causa ex Chrysostomo recte colligitur, ne uidelicet peruersa dogma ta diabolus hac ratione inueheret in ecclesiam, & sic progressu temporis ipsius Dei uerbum in contemptum abiret. & aperte inquit Chrysostomus, animas defunctorū in terra nō obambulare. & admonet nos, ne mortuorum testimonij credamus, quoniam cum

Leuit.19.

&amp; 20.

De Laz.

hom.4.

In 4. Matt. multo clarius docti simus à sacris literis, non esit  
hom. 13. à mortuis alia testimonia quæramus. Ut quid igitur  
mortuorum testimonij, qui uerbo Dei contraria do-  
Galat. 1. ceant, credendum est? Si et angelis ipsis talia docen-  
tibus non est credendum, ut inquit Paulus: certifi-  
mè igitur tenet C H R I S T I ecclesia, animas à cor-  
poribus proprijs separatas, errare inter nos amplius  
non posse. iustorum enim animæ cum in manu Dei  
sint, quòd dum in terra essent, tantopere ascendere o-  
ptabant: quî iustū erit, ut rursus ad nos reuertantur  
impiorum uero animæ eternum ignem possideant  
oportet, donec in die iudicij propria induant corpo-  
ra, cum quibus sempiternis gehennæ incendijs affici-  
antur. quòd si inde huic aliquando uenire possent, di-  
luc. 16. ues ille qui Abraam rogabat, ut Lazarum ad fratres  
suos mitteret, ipse profectò ex pœnis illis exiijset, ac  
fratres suos commonuiisset de omnibus, de quibus illos  
monitos optabat. Recedant igitur à fidelium cordi-  
bus mendacia ac somnia uestra: et scripturis sacris  
maiorem in omnibus adhibeant fidem, quam si quis  
ex mortuis resuscitatus illis renunciaret. Et sicut ma-  
ior adhibenda est fides domino, quam seruo: ideo po-  
tius sacrarum scripturarum autoritati credant ( in  
illis enim Dominus loquitur ) quam alicui qui ex  
mortuis resurgeret: is enim non dominus, sed seruus  
est. ubi igitur sacræ scripturæ testimonij habebimus,  
ex mortuis testimonium quærere non solum superflu-  
um, sed sumnum est sacrilegium. ideo diuiti quaren-  
ti, ut aliquis ex mortuis mitteretur ad fratres suos,  
responsum

Responsum fuit: Moysem habent & prophetas: si eis Luc.16,  
 non credet, neque si aliquis ex mortuis resurrexerit, cre-  
 dent. quibus etiam ex uerbis intelligitur, fieri non posse  
 ut alicuius mortui anima rursus in orbem hunc uenire  
 possit, nisi uera fiat etiam corporis resurrectio. sicuti  
 factum testantur sacra literae in his quae a propheta-  
 tis Elia & Eliseo, a CHRISTO, & ab apostolis  
 fuerunt ex mortuis excitati, & in his quoque qui in  
 CHRISTI resurrectionis tempore introierunt in  
 sanctam ciuitatem, & apparuerunt mulieribus.

Responderunt Pharisaei: Hec omnia quae dixisti  
 de imaginibus ac invocationibus sanctorum, sunt ha-  
 retica, quia sunt secundum opinionem Martini Lute-  
 ri. & licet nulla in sacris literis haberetur de his men-  
 tio, omnia tamen quae a nobis docentur, ab omnibus  
 credi deberent: quia non solum sunt secundum sanctos  
 canones, quorum autoritas tanta est, ut si quis contra hos  
 delinquit, uenia illi denegetur, ut patet in decretis. Dist.19. si  
 Sed etiam sancti doctores aperte de his bene senserunt. Rom.

At Eusebius, Quid mihi cum uestris canonibus?  
 inquit: multos quidem habetis quae a sanctis antiquis  
 patribus, qui auaritia non studebant, sancte statuti-  
 fuere, de quibus plurimos in sermone meo adduxi:  
 sed hos ut etiam euangeliū I E S V C H R I S T I  
 conculcastis, ac alios in eorum loca subrogastis, que  
 commodis uestris inseruirent. Quantum uero ad do-  
 etorum autoritates pertinet, quae illis adhibenda erit  
 fides, si aliquid dixerint quod scripturarum testi-  
 monio defendere non possint? Nulla: quia hominis  
 nullius

nullius autoritas contrapios pugnare potest, si illi non addatur diuini uerbi autoritas. Quod autem iſ qui ſomniis ac impietatibus ueſtraris fauerunt, Diuorum numero annumerati ſint, Deus ipſe ſcit. Hoc tamen dicam, quod si ſalui facti ſunt, per fidem nullius I E S V C H R I S T I id contigit, cuius ſanguine factum fuit ut Deus illis condonarit, qua per ignorantiam ſuper fundamentum edificaran: ſic enim combustis ligno, foeno ac ſtipula, ſalui fuerunt. Non autem illis tanquam diuinis oraculis credendum eſt: cum enim homines fuerint, nil impedit quin aliquando ſicut in operibus, ita etiam uerbis ac ſcriptis per ignorantia errare potuerint: quod ut contigeret, non abſq; Domini uoluntate qui ſalutis noſtra rationem habebat, permifſum fuit: ut ſcilicet cauere muſ, ne in cuiuſpiam hominis uerba iuraremus, ſed tantummodo C H R I S T I doctrinam à nobis audiendā eſſe deberemus. Nobis itaq; ſummo ſtudio, ſummaq; cura in uigilandum eſt, an quicunq; ad nos accedant, ac nos doceant, C H R I S T I doctrinam afferant, uel non. Si illam afferant, illos recipiamus, nam qui eos audit, C H R I S T U M audit: & qui eos ſpernit, C H R I S T U M ſpernit: neq; homines tantum, ſed Deum (ut inquit Paulus) ſpernit. Si uero eam non afferant, aut ab ea quam aliquando attulerunt recedant, non recipiamus eos in domum, nec

Luc. 10.

1. Thes. 4.

2. Io. 1. Ave eis dicamus: quia huiusmodi cum non aquiescant ſanis sermonib. Domini noſtri I E S V C H R I S T I, & ei que ſecundum pietatem eſt doctrine, ſuperbi

perbi sunt, nihilq; sciunt, sed ueritate priuati sunt, et 1. Tim. 6.  
 existimant quæstum esse pietatem. ideoq; cum hi uo-  
 lentes esse doctores, non intelligant quæ loquuntur,  
 neq; que affirmant, audiendi non sunt. Quinimo &  
 1. Tim. 1. Doctores de quibus dicitis, hac tantum ratione sibi  
 fidem adhiberi uolunt, si ea quæ dicant, diuini uerbi  
 testimonio confirment. ideo Augustinus inquit: Noli In prol. 3.  
 meis literis quasi scripturis canonicis inferuire: sed de Trin.  
 in illis, id est Canonicis, & quod non credis, cū inue-  
 neris, incunctanter crede: in ipsis autem quod certum  
 non habeas, nisi certum intellexeris, noli firmiter te-  
 nere. Et ad Hieronymum scribens, ait: Tantum scri- Ad Hier.  
 pturarum libris qui Canonici appellatur didici hunc  
 honorem timoremq; deferre, ut nullum earum auto-  
 rem scribendo aliquid errasse firmissime credam. Et  
 paulopost inquit: Alios autem ita perlego, ut quan-  
 tacunq; sanctitate doctrinaq; præpolleant, non ideo  
 uerum putem, quia ipsi ita senserunt ac scripserunt,  
 sed quia mihi uel per illos autores canonicos, uel  
 probabilitate quod à uero non aberret, persua-  
 dere potuerunt. Item alibi: Si aliquid diuinarum scri Ad Paul.  
 pturarum quæ canonicae uocantur testimonio perspi- de uid.  
 cuo firmetur, inquit, sine ulla dubitatione credendum Deo.  
 est: alijs uero testibus, quibus ut credas suadet aliquis,  
 tibi credere uel non credere liceat, sicut eorum dicta  
 meritahabere perpenderis ad faciendam fidem, uel  
 non. Et contra Faustum inquit: Quæ dicuntur, nisi Lib. II. c. 5.  
 uel certa ratione, uel ex canonica autoritate defen-  
 dantur, ac demonstretur, uel ita omnino esse, uel fieri  
 potuisse

## 270 Acta secundi diei.

potuisse, si cui dissiplicuerit, aut credere noluerit, non reprehenditur: in illa uero sacrarum literarum canonica eminentia, etiamsi unus propheta, aut apostolus, aut euangelista aliquid in suis literis posuisse ipsa canonis confirmatione declaratur, non licet dubitare

c. 61. quod uerum sit. Et de natura et gratia dicit: Solis ea nonicis scripturis sine ulla recusatione consensum debeo. Ex quibus uerbis sequitur, quod ab alijs quibuscunq; hominum dictis aut scriptis dissentire licet. Audite quod ex Hieronymi dictis in uestra decreta

2.4.q.1. relatum est: Non afferamus stateras dolosas, ubi appendamus quod uolumus pro arbitrio nostro dicentes, Hoc graue est, hoc leue est: sed afferamus diuinis stateram de scripturis sanctis tanquam de thesauris dominicis. Audite quid dicat Ambrosius: Ratione uel

Li. de Cain & Abel. autoritate hominis moueri contra uerbum Dei, est Cananæū, quod interpretatur mobile et perfidia fluctuans. Quoniam, ut idē inquit, quidquid in sacris literis non est traditum, sceleribus plenum est. Audite

Super 1. ad Corin. c. 4. Origenem quid dicat: Nullum imitemur. Et si uollemus imitari quempia, propositus est nobis ad imitandum IESVS CHRISTVS. Descripti sunt actus apostolorū, et prophetarū gesta de sacris uolumini bus agnoscimus. illud exemplar firmū est, illud propo-

fitum solidū: quod qui sequitur, securus ingreditur. Ad Reg. de recta fide. ideo ut dixit Cyrillus, necessariū nobis est sequi duas literas, et in nullo ab earū prescripto discedere.

In Leu. lib. 5. c. 16. Et ut consiluit Isychius, nobis faciendum est, uidelicet ut nihil aliud queramus aut scrutemur de Dō, pre-

ter id quod euāgelicus sermo nobis tradidit: neq; aliud querendū de C H R I S T O , nisi quod euāgeliū nobis permittit. Ad quæ igitur arma adhuc cōfugietis, ut fabulas uestras contra uerbū Dei inuentas defendatis? non sane ad concilia. hæc namq; ut inquit Abbas De elect. c. Panormitanus, possunt errare. ideo plus credendū est significasti. simplici loco scripturā producenti, q̄ toti simul concilio, sed neq; ad Papæ sanctitatē. hæc nāq; ut idē Pa- 25. q. i. normitanus ait, nō potest disponere cōtra euāgeliū. quod si saceret, non sententiam dare, sed magis errare diceretur, sicut habetur ex uerbis Urbani. Ibidem præterea contra uos loquitur c. omne. & c. contra sta- tuta. & c. satagendum. in quo etiā loco Pelagius Pa- pa fatebatur se sacræ scripturæ subditum esse. Hære- 24. q. Hære- seos saltem crimen uitare deberetis. nam si decretis ticus. uestris credere uolumus, omnes Papæ, & omnes Pa- 24. q. 3. Hæ- pistæ sunt hæretici, tum quia falsas ac nouas opinio- resis. tum quia sacram scripturam aliter intelligunt quam spiritus sanctus efflagitet. Cur autē clauditis ianuam In op. imp. ueritatis hunc nodum Chrysostomus soluit, dicens: in Matth. Quoniā si manifesta fieret ueritas, ecclesia non esset cap. 23. amplius uestra, sed ex sacerdotali dignitate ad humilitate ueniret popularē. Quid ergo: populus ignorās excusabilis erit? Absit. nā ut idē ait, si uestimenta empturus gyras unū negotiatorē et alterū, et ubi meliores uestes inuenieris, et precio uiliori, hic cōparas: i- dero oportet populuū circuire omnes doctores, et inqui- re ubi sincera ueritas uenūdatur, & ubi corrupta.

nam omnium confessiones agnoscere, & meliorent eligere, non est uictum, dicit enim Paulus: Omnia probate: quod bonum est, tenete. Quibus ex uestib; quanta sit omnium uestrum impietas ac tyrranis, patet: nam quod ecclesiæ, ac singulis fidelibus liberum est, singulorū uidelicet opiniones ac confessiones in eorū scriptis legere ac examinare, in miserrimam seruitutē redegitis. Sed ad uestra somnia reuertamur.

Orare siquidem debemus in ecclesia pro inuicent, quoniam nobis expresse in sacris literis mandatum est. præcipitur enim, ut non solum pro iis qui nos amant, sed & pro his qui nos odio prosequuntur oramus: atq; ut hoc faciamus, ratio quoq; nobis suadet. Quam diu enim in hoc habitaculo ingemiscimus, et singulis lamitosum quoddam corpus omnes sumus, & singulis istius corporis membra extamus, ac multis miserijs continuò laboramus. ideo pro inuicem solliciti esse debemus, ita ut gaudeamus cum gaudientibus, ac felicem & compatiamur cum flentibus, & patientibus. Oremus igitur pro inuicem sine intermissione, & si Deus membrum aliquod alterius membra oratione adiuuerit, totum Deo referat, eumq; tantummodo hac ex causa colat, eiq; honorem, gloriam ac potestatem tribuat. ipse enim tantummodo est Dominus Deus noster, qui nobiscum in tribulationibus adstat, ut nos ex eis eripiatur, ac dierum longitudine replete, & ostendat nobis salutare suum.

Psal. 90. Quoniam uero CHRISTVM pro nobis patrem orare credendum est, nolle tam enclaves  
CHRISTI

CHRISTI coeleste quoddam somniare ac fingere  
 regnum, in quo CHRISTVS ipse ueluti miser ac  
 infelix, sanguine undeq; conspurcatus, causam no-  
 stram agat coram patre, ueluti coram inhumanissimo  
 tyranno, ubi genibus flexis procumbat, in numeros  
 gemius singultusq; emittat, ex cuius oculis lachry-  
 mæ ueluti ex fontibus duobus effluant, corpusq; un-  
 decimq; vulneribus ac liuore confessum patri ostendat,  
 miserabilibus uocibus patrem alloquatur, ut sal-  
 tem his rationibus cum flectat. Hoc modo uos Papi-  
 piste CHRISTVM pro nobis patrem orare popu-  
 los docetis. sed absint à fidelium cordibus hæc com-  
 menta, nam ibi nullæ sunt lachrymæ, nullus luctus,  
 nullus dolor, nullus clamor esse potest: sed omnia in-  
 nouamur, sed summum est gaudium, quo nullus qui  
 ipsum aliquando adeptus fuerit priuari potest: at uer-  
 bo Dei muniti credant CHRISTVM ipsum à  
 dextris Dei patris sedere, æqualē uidelicet cū patre  
 plenitudinē potestatis habere in coelo ac in terra, cla-  
 rificatumq; ea claritate quam habuit antequam mun-  
 dus fieret. Quomodo igitur patrem pro nobis orate  
 eo quod in ipso sibi pater complacuit, ut in eius san-  
 guine nobis errata nostra condonaret, in filiosq; ado-  
 ptaret, ac uitam tandem largiretur æternā. Quoniam  
 igitur hæc omnia à Deo per CHRISTVM acci-  
 pinus, ideo CHRISTVS mediator et aduocatus  
 noster dicitur, sicut testatur Ioānes dicens: Si quis pec-  
 cauerit, aduocatum habemus apud patrem IESVM  
 CHRISTVM. sed quaratione: an forte quia plo-

Apoc. 7.

1.Ioan.5.

## 274 Acta secundi diei.

ret<sup>e</sup>quia clamet: quia vulnera ac liuores ostēdat: ab  
sit: sed quia est propiciatio pro peccatis nostris. &

i.Tim.2. Paulus quoque dicit: Vnus mediator Dei & homi-  
num homo C H R I S T V S I E S V S , non quidem  
quia coram patre procumbat ac obsecrat eum ut no-  
bis parcatur, sed quia dedit semetipsum redemtionem  
pro nobis. Gestulationibus igitur uestris non est  
opus: quippe quibus pater flecti possit, ut alicuius

Io.10. forte miseretur, cuius ante mundi constitutionem  
misertus non fuerit: nam C H R I S T V S scit quod  
sibi pater ab origine mundi dederit: hos spiritu suo  
fouet ac nutrit, donec in uirum perfectum eos addu-  
cat: hos p̄e alijs commendatos habet: adeo, ut pro

Io.10. his tantum, nō pro mundo roget: & certò scit eorum  
ne unum quidem posse perire, nec à quo quis de eius  
manibus rapi. nihil igitur opus est, ut Dei Patris con-

[Io.17. filium & uoluntatem, quam ipse in omnibus adin-  
pleuit, quamq; adimplendam fore omnibus predica-  
uit, tentet peruertere . nam sicut certus est filiorum

Esa.b. Dei numerus, ex quo ne unus quidem periclitari po-  
test, ita & synagogæ satanæ certa est multitudo, ex  
qua ne unus quidem saluus fieri potest. nam de his  
inquit Deus: Audiendo audite, & nolite intelligere:  
& uidendo uidete, & nolite cognoscere. imò in co-  
rum ruinam inquit: Crassum redditio cor populi hu-  
ius, & aures eius fac hebetes, & oculos eius obline,  
ne forie uel oculus uideat, uel auribus auditat, uel cor-  
de intelligat, quo cōuersus saluti restitutur. In horū  
nume o ij erāt qui et si tanta signa à C H R I S T O  
faſia

facta uidissent, tamen non poterant credere: & illi Io. 1.21  
quos C H R I S T V S in parabolis alloquebatur, ut Io. 9.1  
ceci fierent, & non uiderent.

Hæc dum loqueretur Eusebius, omnes qui contra  
illum stabant, dissecabantur, ac dentibus in eum fre-  
mebant, & dixerunt Pontifici: Certissimè sciat san-  
ctitas tua, quoniam omnium nostrum ruina ex no-  
bis prodit: quis enim miserum hunc haereses istas per-  
docuit: ac his temporibus totum mundum scandaloso-  
sis, ac piarum aurium offensiis opinionibus imple-  
uit: hoc sane factum est, quoniam aliquot insurre-  
xerunt in nos, qui tantummodo sacræ scripturæ stu-  
dijs incumbunt, neque sacros canones legere ac per-  
discere uolunt: quos tamen si quis ignoret, maxi-  
mum est peccatum, nam eorum unicuique præci-  
pitur, ut debeat omnes sacros canones exactè scire. i-  
deo nullo modo illis parcendum est: quin potius sum  
ma cura querendum, ut hi quibus animarum cu-  
tura committuntur, nihil aliud præter canones legere  
ac docere possint. nam si sacris canonibus obedie-  
rint, sanctitati tuae obedient, cui tenentur semper o-  
bedire: quia talis est consuetudo.

Dist. 38.  
nulli.

Dist. 19. c. A  
omnes.

Eusebius uero nil eos moratus, sermonem suum pro-  
sequebatur, dicens: Et ego ex numero eorum sum qui  
perire non possunt: scio enim quæ uictura sunt super  
me: sed tamen citò pertransibunt, & posthæc nō ero  
amplius in mundo, quia uado ad patrem, non mei  
solus, sed & omnium qui timet nomen sanctū eius.  
ideo uester Pater esse non potest. quia cum ex patre

diabolo sitis, neq; cognoscere, neq; amare, neque ad eum accedere potestis: sed implete mensuram patrum uestrorum, effundite sanguinem meū, et sanguinē eorum qui prædicant euangelium CHRISTI, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est et effusus detur super terram: ut sic eatis in locum uestrum.

Quidam hæc audientes dicebant, Nescimus quomodo huiusmodi hæretici uiuere possint, cum sint excommunicati in coena Domini, et maledicti a sanctissimo domino nostro, et præterea nos continuo in precibus nostris oremus contra eos, et tota ecclesia Romana perfecto odio ad internacionē usq; illos persequatur, sed ipsorum CHRISTVS frontem mere tricis illis dedit, et nolum erubescere. Deberem sa nè aliqua saltē ex parte pudore suffundi, ne sceleris nostra (si quæ in nobis sunt) tam impudenter patere: cum præsertim nos propria ipsorum tunica (si nos peccantes cernerent) obtegere teneātur; sic enim à decretis nostris illis præcipitur.

Dist. 96. c.      Dum uero Pontifex hæc animo suo reuolueret, in scriptis. tanta ira, tantoq; furore est percitus, ut ea que dicta fuerant ferre non ualens, ex concilio tanquam a demone uexatus profiliret. Quod cum ceteri uidissent, exierunt et ipsi: et sic solum est concilium. Servus uero Domini ad carcerem per milites duclus, perseverabat in oratione et lachrymis.

ACTA

## ACTA TERTII DIEI.

 Vm tertius iam illuxisset dies, Pontifex  
 & omnes qui cum illo contra C H R I  
 S T V M ac eius doctrinam conspira-  
 uerant, decreuerunt Eusebium omnino  
 interficere: ideo in unum conueniunt, illumq; uin-  
 clum adduci iubent, ut quod in illum facere designa-  
 tant, tandem absoluant. Eusebius igitur Dei spiritu  
 roboratus, ante illos cathenis uinctus deductus est.  
 Statimq; Magister sacri pallatij, quoniam pridie au-  
 dierat ipsum locutum de prædestinatione, inquit: I-  
 gnis blasphemias tuas corriget. Sed dicas quid de  
 prædestinatione, de qua hibi sermonem habere incoe-  
 peras, sentias, ut audiamus, & iudicium faciamus in  
 animam tuam.

Huic Eusebiorum: Si ex uera C H R I S T I ecclesia  
 essetis, inquit, neq; igni, necq; alijs corporeis armis 16. q. 3.  
 ute remiri, nam ut decreta uestra dicunt, Ecclesia corpo-  
 ralia nescit arma, sed Deum propugnatorem suum,  
 quando ei placuerit, misereri patienter expectat. sed 23. q. 8.  
 necesse est ut opera patris uestri, qui homicida est ab  
 initio, faciat. De prædestinatione autem quid sen-  
 tiat uera C H R I S T I ecclesia, cum fiducia dicam,  
 & non timebo. Audite igitur, & intelligite.

Dens misericors, idemq; pius, qui omnia quæ cùm  
 dixit, tum fecit, propter semetipsum (ut ait Salomon)  
 fecit, etiam impium ad diem malum: ex hominibus  
 (ne nūc de angelis non loquamur) quos non solū in

DE PRAE-  
 DESTINA-  
 TIONE.

finem usque mundi creaturus, sed etiam suapte spati  
te in peccatum labi, ideoq; in mortem cadere per-  
missurus erat: ante iacta fundamenta mundi, secun-  
dum beneplacitum uoluntatis sue quosdam ad uitam  
eternam gratis in C H R I S T O elegit, & prede-  
stinavit: quosdam uero gratia eadem non est digni-  
tus, sed a uita illa eterna reiecit ac reprobauit. Ante  
quam igitur mundi fundamenta iacerentur, omnis  
quæcunq; facturæ erant manus eius adeo præscivit ut  
si facta fuissent, quoniam uocat ea quæ non sunt tan-  
quam ea quæ sunt: & omnia noscit antequam facta  
præscivit inquam, se orbem terrarum formaturum  
euq; innumerum generum naturis, arboribus uidelicet,  
herbis, uolucribus cœli, animantibus terra, pescibus  
maris ornaturum, horumq; omnium hominem quæ de li-  
mo terræ formaturus erat constitutur: præscivit quoq;  
hunc hominem non permansurum in ea bonitate, iusti-  
tia, ac sanctitate quam ei præstare decreuerat: hincq;  
futurum nouerat, ut per eius peccatum mors in omni-  
nes homines introiret, & in omne genus humanum  
dire grassetur, naturaq; omnes filii iræ efficeretur,  
quod sane an factum fuerit, probatione non eget.

**Ioel.2.** Quoniam uero Deus ipse (ut dixi) non tantum iustus  
est, sed misericors, & patiens, & præstabilis super  
malitia, ideo non tantum iustitiam, sed & misericor-  
diam in prævaricatores exercere uoluit. quomodo?  
quia sicut ab initio decreuerat, ita quoque re ipsa  
præstare uoluit: ideoq; quosdam occulto quidem no-  
bis, sed tamen iusto suimet iudicio, à damnatione cri-  
pere

pere noluit: sed eos potius dimisit, ut in foueam quam sibi fecerant caderent, & in ignem quem sibi accenderant comburarentur. nam quamvis hos ex peccato cecos, & induratos ( natura enim peccati homines huiusmodi reddit ) Deus ipse gratia sua uidentes ac molles facere potuisset, iusto tamen iudicio noluit. Hac de causa sacra testatur scriptura, quod Deus aliquos excusat, & indurat. Quae uerba non alio modo intelligi debent, nisi quia eis uisum ac mollitiem dare renuit: sicuti & medicum occidisse illum dicimus, cui poterat opem praestare ne moreretur: sed quia noluit ferre, mortuus est. uidete quomodo exerit se iustitia Dei. si enim omnes predestinati fuissent, & liberati, latenter quid peccato per iustitiam deberetur: sed dum hos ex uasis irae, uisa misericordiae non facit, ostendit in eis iram suam, & notam facit potentiam suam. inter hos connumeratus fuit Pharao. ideo dicit Deus: In hoc ipsum excitauit te ( quatenus uidelicet cor tuum induitum, molle reddere nolui ) ut ostenderem in te uitatem meam, & ut annunciatetur nomen meum in uniuersa terra. ex horum itaque numero saluari nunc poterit aliquis, neque quidquam boni agere quod Deo uerè placeat, atque pergratum sit: neque in his sicut in filiis sibi complacere potest pater. cum enim obstat naturam fœditate peccati uitiosam ac peruersam redditam Deo displiceant, quomodo eorum operi ipsi placere poterunt? cum præterea huiuscemodi uerbis Dei aut non ex corde credant, aut omnino

Esa. 6.

Esa. 4.

August. de

præd. san.

cap. 4

Rom. 9.

aduersentur, quomodo eorum opera accepta erunt illi,  
 cui non nisi per fidem quis gratus est? ideo cum peccati  
 mæ sint arbores, non nisi malos fructus emittere  
 possunt. Ideo omnia uertuntur eis in peccatu: Dei ho-  
 nitas est istis odor mortis in morte, Christusq; eiſidē  
 est lapis offensionis, & petra scandali: ac istis crux  
**C H R I S T I** erecta est in ruinam. Legemq; quam  
**Deus** homini posuit, ut eum coērceret, contemnunt:  
 oculi eorum obscurantur ne uideant, ac aures obtu-  
 rantur ne audiant, illorum uiae sunt tenebre & lu-  
 bricum, & per hæc angelus Domini eos agit. Sathan  
 eis insidet, eosq; per uitiorum abrupta pellit, pecca-  
 tum in illis regnat, Dei promissiones et si omnibus  
 factæ (ut multi arbitrantur) uideantur, quod omni-  
 bus annuncientur, ad hos tamen reuera non per-  
 tinent. nam (ut inquit Paulus) non omnes qui ex  
 Israele sunt, hisunt Israelitæ: neq; qui semen sunt A-  
 braami, omnes filij, sed in Isaaco uocabitur tibi se-  
 men. hoc est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui  
 filij sunt promissionis, aestimantur ex semine. Quid  
 igitur filij promissionis non sunt, ideo promissiones  
 quæ tantum ad ueros filios pertinent, non solum non  
 amplectuntur, sed & quādoq; ut illis annuncientur,  
 non patiuntur: & sic spiritu erroris exagitati, in in-  
 fidelitate nullam salutis suæ rationem habentes per-  
 cunt. quòd si tormentorum poena perterriti salutem  
**S T V M** accedunt, sed ad hypocritas, ut iſ peccatorū  
 suorum fordes abluant: & sic Deum contemnentes,  
CH 2

tuanescunt in cordibus suis: et opus quod Deus in fa-  
 liorum suorum salutem operatus est respuunt. quoniam  
 si illis annuncietur, ab eius auditu cures auertunt. et  
 euangelium, quod uirtus Dei est in salutem omni cre-  
 demi, odio habent. et si qua salutis spes illis supereft.  
 tota in enumerandis peccatis monacho alicui, in su-  
 perficiosis tumieiunijs, tu orationibus, missis, oleo,  
 cereisq; in ecclesia combustis sita est. Lapidès oscula-  
 tur, templi idolorum ter in die aut in hebdomada, iu-  
 xta numerum qui à Papa præscriptus fuit, inuisunt:  
 imagines ac sanctorum reliquias adorant, nec præter  
 hec aliam salutis uiam agnoscunt. modò Lauretū, mo-  
 dò Rom. am, modò Viennā, modò Galliam, modò Hi-  
 spaniam petunt, ut ueniam peccatorum suorum ac-  
 quirant. hisq; se iustificari, beari, uitamq; eternā con-  
 sequi putant. Sed unde omnium istorum fons & ori-  
 gine in Domini sanè Dei nostri consilio, cuius iudicia  
 inscrutabilia sunt: propterea quod in sortem sanctoru-  
 rum prædestinati nō fuerunt. Hisq; non fingo Deum  
 sedere in coelo, et scribere fatales leges quasi in tabu-  
 lis Parcarum, secundum quas uelit distribuere uirtu-  
 tes & uitia, sicut Stoici de fato suo sentiebant. non e-  
 Fulg. lib.  
 him malos ad hoc prædestinatos dico, ut male ope-  
 renur: quia ex peccato prioris transgressionis pullu-  
 lare omnia peccata assero. unde fit ut homo derelin-  
 quès per peccatum Deum, cedat cupiditatibus, eisq;  
 consentiat, ita ut concupiscentia sua illectus, trahatur,  
 capiatur, uinciatur ac teneatur: sed hos prædestinatos  
 dico, ut inuiti iuste patientur pro his quæ iniquè in-

I. ad Mon.

Dei mandata commiserunt. non igitur predestinationis nomine uoluntatis humanæ coactitiam necessitatem exprimo, sed iustum diuini operis dispositionem prædico. nec cogito in fatali motu impelli Paridem, & huiusmodi: sed abiectis deliramentis humanæ caliginis, oculos & mentē ad testimonia de Deo propria refero, & dico Deū esse agēs uerè liberū: sicut i-

Esa.48. pse de se testatur, cum dicit: Ego Dominus, formans lucē, & creans tenebras: faciens pācē, & creans mālū: eumq; adeò liberū prædico, ut omnia quecūq; uoluerit in cœlo, in terra, ac subtus terrā fecerit, ut Iacob elegerit, Esau uerò odio habuerit: Pharaonē regē indurarit, Nabuchodonosorē autē mollem reddidit: Saulē regem reprobarit, Davidē autē pastore in soliū regni pro Saule collocarit: Iudam in locū suum misericrit, Petrum uerò ad poenitentiā reuocarit. Quis hanc Dei libertatē impugnare ausus erit? Dicū preterea iustū esse defendo, ita ut hi quos Deus non predestinavit, licet mali sint, & boni Deoq; grati esse nō possint, suo tamē uitio, sua tamē pessima uolūtate

August. de à fathana exagitata in malum, malo se dico. in eo-  
j. addestin. rū enim potestate est ut peccent, quāuis ut hoc uel il-  
· an. c. 16. lud eorū malitia faciat, non sit in eorū potestate, sed  
Dei diuidētis tenebras ac ordinātis eas. nam et si illud  
malū non impleatur nisi uoluntate Dei, eorū tamē  
malitia illud egit contra uoluntatē Dei: ideo malitia  
sue iusta à Domino mercedē accipere assero. neq; pro-  
pterea Deū iniustitiae arguo. Cum enim ob eorū ma-  
litia Deus eos puniat, nihil iniusti operatur: sed illas

ha pumiens, dat illis quod suū est. & inquit : Tollite  
 quod uestrum est, ac abscede: q, si aliqua que in ge-  
 nere suo bona essent gesserunt, mercede à Deo frau-  
 dati non sunt. eos namq; aluit, sicut illis diuitias, ho-  
 nores, sanitatē, multaq; alia quæ toto corde concupie-  
 runt presulit. Non igitur aut ingratitudinis aut in-  
 iusticie arguatur diuina bonitas : sed eius iustitia sum-  
 ma cū admiratione extollatur. adeò enim iustus est,  
 ut quamvis perderet omnes nationes quascūq; fecit,  
 nullus tamē ob hoc posset eum arguere, quia iuste o-  
 mnia disponit. iusto itaq; eius iudicio in massa perdi-  
 tionis relinquuntur, quicunq; damnātur, & pro me-  
 nitis iustissimè iudicātur. aut enim iacent sub peccato  
 quod originaliter de generatione traxerunt, & cum  
 illo hereditario debito hinc excent, quod non fuit re-  
 generatione spiritus sancti dimissum : aut alia insu-  
 per addidere scelera, alij magis, alij minus, sed omnes  
 mali, omnesq; libera eorum uoluntate, & nō coacta  
 Deū deserunt, & ipsi à iusto Deo deseruntur, ut pro  
 scelerum diuersitate diuersis supplicijs crucientur.  
 nullus itaq; horū conqueratur, sed Dei iustitiā fatea-  
 tur, & dicat, Domine qui misericors ac iustus es, sci-  
 mus quoniam cum bonus sis, omnia bona feceris, &  
 nobile eorum quæ fecisti malum sit, à nobis spontanea  
 est orta transgressio . nam mutabilis natura nostra,  
 cuius incolumentas ab immutabili pendebat essen-  
 tia tua, à summo se bono abruptit, dum proprio per-  
 ueste delectari uoluit. quòd si nobis tuam bonitatem  
 tam impie deserentibus gratia prædestinationis tue  
 succurrere

August. de  
 correp. &c.  
 & gra. c. 13.

Ambr. de  
 uoc. gen. I.  
 cap. ultima.

Aug. de  
Bon. per-  
seu. c. 14.

succurrere noluisti, iustitiam tuam agnoscimus. Sic et  
enim a nobis iniquitas, sic a te iustitia emanauit. Ta-  
ceant hic Tyrij & Sydonij, qui credidissent, & po-  
nitentiam egissent, si C H R I S T I mirabilia facta in-  
dissent, ac dicant: Quia iusto, sed tamen occulto tuo  
iudicio, ante constitutionem mundi nobis datum non  
fuit ut crederemus, ideo iuste quoq; a nobis per te ab-  
latum fuit unde credere possemus. nec quidquam no-  
bis profuit, quod potuerimus credere: quoniam a te  
Deus bone, cuius inscrutabilia sunt iudicia, ac inuecti-  
gabiles uiae, prædestinati non fuimus. Obmutescant  
præterea qui ad tempus credunt, & quandoq; Deo  
obedire uidentur, si postea in tempore temptationis re-  
cedunt, ita ut usq; in finem in eadem obedientia per-  
seuerare non possint, & clament: Domine Deus in-  
stus es in omnibus operibus tuis, nos autem inique-  
te egimus. quoniam et si a te desecrimus, eo quod ab ori-  
gine mundi prædestinati non fuimus in uitam æter-  
nam, uolentes tamen deseruimus te, quoniam figura-  
tum cordis nostri, & cogitatio eius nihil aliud pra-  
ter malum molitur ab adolescentia sua, nisi tu porre-  
xeris manum tuam. Quod si porrigerem noluisti, non  
te, qui iustus es, damnamus: sed peruersitate nostram  
reprehendimus, cui debita pena retribuitur. Hec i-  
gitur, de qua haec tenus locutus sum, est impiorum fors,  
quos in iudicium uinculis æternis sub caligine æter-  
na cruciando, & ad diem poenarum reseruauit.

August. de  
Bon. per-  
seu. c. 22.

Iud. I.

Prou. 16.

Prædestinato autem, quos misericordie uasa  
gratuita bonitate in C H R I S T O facere dignatus  
est,

longè diuersa habetur conditio. Sicut enim Deus  
 volens ostendere iram, et notam facere potentiam  
 suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ apta in inte- Rom. 9.  
 ritum: sic ostendere uoluit diuitias gloriæ sue in ua-  
 samisericordiæ, quæ preparauit in gloriam. Hæc, ut  
 inquit Paulus, Deus benedixit in omni benedictione  
 spirituali in coelestibus in CHRISTO, et elegit  
 eos ante mundi constitutionem, ut essent sancti ac im-  
 maculati in conspectu eius in charitate: et prædesti-  
 nauit eos in adoptione filiorū per IESVM CHRI Eph. 1.  
 STVM secundum propositum uoluntatis sue, gra-  
 tos sibi faciens illos in dilecto filio suo in sanguine e-  
 ius, donans eis remissionem peccatorum. Ut autem  
 ex parte CHRISTI fideles, quib. oculi et aures et  
 ex parte sunt ut uideant, audiant, et intelligant, per-  
 cipient qua misericordiae largitate sit eos Deus pro-  
 fectus, scire debent quod quemadmodum iusto Dei  
 iudicio quidam prædestinati ad uitam æternam non  
 fuerunt, ideoq; sub perditionis massa filij iræ relictis:  
 sic ipsi diuina bonitate electi in CHRISTO, et  
 ad uitam æternam prædestinati fuerunt, ideoq; à mas-  
 sa illi infelici secreti, ac in uasa misericordie præpa-  
 rati. Sic autem Deus eorū misertus est, ut tamen eorū  
 sceleri, et eorū iniquitates funditus delere uoluit. Sed  
 quomodo hoc factum est? misericordia sanè illis exhibi-  
 but, quoniam illos gratis eligendo et prædestinando à  
 peccatorū labore, à satanæ tyrānide, et à gehennæ in-  
 tenuis eripuit: eorū uero peccata gravi poena multā  
 do de-

do deleuit, eo quod illa in filio suo I E S V C H R I S T O, qui peccatum non fecit, licet in similitudine carnis peccati uenerit, adeo magnis flagellis cecidit, ut ad nihil in eius cōspectu redigeremur. Sed qui fieri potest, ut in C H R I S T O peccata percutiantur, et tamen electis condonentur? quia Dei patris bonitate factum est, ut C H R I S T V S super omnē electorum ecclesia caput constitutus sit: & hac ratione ipsa ecclesia corpus C H R I S T I euaserit, ita ut singuli electi membra corporis C H R I S T I designati ac facti sint. Quamobrē necesse est ut dum eorū caput uulneratur, ipsi quoq; capitū suo condoleat, & cōpatiantur, & cōmoriantur, ita ut nō uerbis tanū, sed reue-

**Galat. 2.** ra dicere possint: C H R I S T I confixi sumus cruci uiuimusq; iam non amplius nos, sed C H R I S T V S uiuit in nobis. Illud quoq; considerandū accedit, quod sicut electorū scelera Deus ante constitutionē mundi delenda proposuerat, rationē & modū quoq; quo ilia deleret designarat. sed quisnam hic exiit? C H R I S T V S ipse filius Dei, qui in mundum uenies, natu-

**Esa. 53.** ex muliere, factus sub lege, formā serui accepit, & habitu inuētus fuit ut homo: in hoc Deus pater in suos quos elegerat benignus, & misericors, posuit eorum iniquitates, ut onus eius in corpore suo super lignū perficeret, atq; ibi crucifixus moreretur, ut mortis liuore sanaremur. hocq; mysteriū licet in plenitudine tantum temporū reuelandum & expediriū foret,

**i. Pet. i.** Quapropter C H R I S T I mors ac sacrificiū etiam ante

antequam iaceretur fundamenta mundi, in cōspectu  
patris pergrata admodumq; incunda fuere. In huius  
morte adeò lubenti animo pater ipse sibi cōplacuit,  
ut eis omnib. quos misericordiae uasa facere dignatus  
fuerat, scelerā cōdonaret, Christiq; membra, frātres, Rom. 8.  
ac cohēredes, filios uero suos constitueret, ac sedulō  
ueluti optimus pater eorum curam ageret. hostanto Zach. 2.  
amore est prosecutus Deus, ut eos pupillam oculorū  
suorum uocarit, eos in proprio utero portare testa- Esa. 49.  
tus sit: eosq; adeò diligere, ut nunquam eorum ob-  
liuisci posset, et iam si mulier obliuisci posset infan-  
ti uteri sui. Quid amplius dicam? Deus se illorum  
arcem, clypeum, refugium, protectorem, murumq;  
eneum constituit. hos uallauit angelis suis, ut eos in Psal. 96.  
omnibus eorum uījs custodian, eisq; ministerium  
sum exhibeant. Hos Deus secundum præfinitionem Heb. 1.  
seculorum in mundum mittit, satagitq; ut eis euā- August. de  
gelium annuncietur, & ut audientes credant, ut cre cor. & grat.  
dentes salvi fiant. Sed cur audientes credunt? Quia c. 6.  
tunc uocantur non ea uocatione qua uocati fuerunt August. de  
qui contempserunt uenire ad nuptias, quaq; uoca- prædestin.  
tus fuit Iudas: illa namque uocatione uocantur eti- c. 16.  
am iij quibus C H R I S T V S crucifixus scanda- 1. Cor. 1.  
lum & stultitia est: sed ea uocatione illos uocat quæ  
ad filios promissionis pertinet, quæ est secundum  
propositum Dei: ad quam qui pertinent, omnes  
docentur. De hac locutus fuit Paulus, cum dixit: I-  
psis autem uocatis Iudeis aque Græcis C H R I-  
& T V S est Dei uirtus, ac Dei sapientia. Eorum  
igitur

Ephes. i. igitur qui ante constitutionem mundi secundum Dei propositum uocati fuerunt, certa quædam ac preci-  
pua est uocatio, qua nulli alij uocantur preter eos  
Rom. 8. quos Deus ipse præsciuit, ac prædestinavit confor-  
mes fieri imaginis filij sui. nec ista uocatione uocan-  
tur illi qui in fide quæ per dilectionem operatur, eti-  
am si aliquantulum ambulant, non tam usq; in finem  
perseuerat: nec illi qui ad tempus credunt, sed in tem-  
pore temptationis recedunt. nam qui sancta & firma  
hac uocatione uocantur, postquam prædestinati sunt  
uocantur, per prædicationem uidelicet euangelij: uo-

August. de cati credunt. nam eis aures datæ fuerunt ut audiens  
Cor. & gr. Cor. & gr. credentes iustificamur, iustificati tan-  
dem glorificatur, ut inquit Paulus. Si quando autem  
exorbitent, correpti emendantur. & quidam eorum  
etiam si ab hominibus non corripiantur, tamen in ui-  
am quam reliquerant redeunt: et nonnulli accepta gra-  
tia in qualibet ætate, ex periculis huius uitæ mortis  
celeritate subtrahuntur. Sed unde tanta Dei in ipsis  
bonitas? non sanè ex operibus, neq; ex credemibus,  
neq; ex iustificatis, sed ex uocante: is enim omnia gra-  
tis facit. gratis eligit ac prædestinat, electos et prædes-  
tinatos gratis uocat, uocatis largitur fidem. nam aufer-  
ab eis cor lapideum, & præstat cor carneum, ut cre-  
dant: quin & legem spiritus sancti in eorum corda  
sculpit, & sic credentes iustificantur gratis. iustifica-  
tis postremò uitam æternam largitur: quia hac illa  
ab origine mundi parata fuerat. Nemo itaq; eorum  
Ezech. 36. dicat: Ascendi in coelum, & illinc CHRISTUS deduxit:

Rom. 10.

deduxi: aut descendit in infernum, & illinc C H R I-  
 STVM ex mortuis reuocauit: nemo inquam dicat, Hoc  
 operatus sum, ita credidi, feci quod in me est: ideo  
 de congruo gratiam acceperam: qua accepta, regnum cœ-  
 lorum mihi de condigno debetur. Blasphemie ac im-  
 pie sunt hæc uoces. nam misericordia Dei in omnibus  
 præuenit quos elegit. Quod & aperte cognoscimus, Amb. de  
 si dirigamus mentis intuitum ad illos qui longam a-  
 uoc. gen.  
 lib. i. cap. 5.  
 genes in flagitijs ac sceleribus ætatem, sacramento  
 baptismatis C H R I S T I in ipso uite sine renouan-  
 tur, & sine ullo suffragio bonorum operum in regni  
 celestis consortium transferuntur. quo intellectu di-  
 unum iudicium comprehendes, ac indubitanter a-  
 gnosces gratuita esse Dei munera. & sicut nulla  
 sunt tam detestanda facinora, quæ possint gratiæ ar-  
 cere donum: ita nulla possunt tam præclara opera  
 existere, quibus hoc quod gratis tribuitur, per retrac-  
 tionis iudicium debeatur. uilesceret enim redem-  
 ptio sanguinis C H R I S T I, nec misericordia Dei  
 humanorū operū prærogativa succumberet, si iusti-  
 ficio quæ sit per gratiam, meritis deberetur, ut non  
 munus largentis, sed merces esset operanis. Quod  
 Paulus quam dilucide ostendit, dum Israelis reliquias Rom. ii.  
 saluas esse dixit, non quidē ratione operū, nec etiā ra-  
 tione fidei, que forte à Deo in saluandis præcognita  
 fuisset, quorū gratia eos eligere debuisset, sed per e-  
 lectiōnē gratiæ: et ut sit gratia, inquit Paulus, ex o-  
 peribus esse non potest. nam si ex operibus, non esset  
 gratia. Summum igitur bonum quod electi à Deo  
 accipiunt,

acipiunt, totum gratiae ac misericordie Dei ref-  
rant, dicentes: Domine Deus pater noster, et si nos  
quasi pannus menstruatae, ac filij irae de massa illa  
corrupta ac immundia uenimus, maculamq; immun-  
diciae nostrae in frontibus nostris portemus: tu tui-  
men, qui solus mundus es, mundare nos in sanguine  
unigeniti tui uoluisti, in quibus tibi placuit habita-  
re, in hocque nos ante mundi constitutionem prede-  
stinasti, de mundo uocasti, in mundo iustificasti, &  
post mundum magnificabis, totumq; sine nostris me-  
ritis perfecisti. Non omnibus autem hoc facis, quod  
admirantur omnes sapientes terre. Et nos Domine  
bonitatem tuam in nos considerantes expauescimus,  
& obstupecscimus de altitudine diuinarum sapientiarum  
ad quam non pertingimus, & incomprehensibilitas  
dicia iustitiae tue admiramur: quoniam ex eodem  
luto alios fecisti usq; in contumeliam sempiternam,  
nos uero in honorem nominis tui preparasti. Nihil  
igitur ulterius scrutari uolumus abyssum iudiciorum  
tuorum, sed gratias tantummodo tibi agimus, quo-  
ni am scelerum nostrorum oblitus, omnium nostrorum  
numerum nominaq; in libro uitæ scripsisti, ita ut ne  
unus quidem perire possit. Corde igitur contrito at-  
spiri tu humili oramus te, ut ea nobis praestes, que sat  
etis tuis qui ante nos fuerunt præstisti: uidelicet ut

Aug. de sicut nos in filios tuos adoptasti, sic quoq; instrux-  
bon. per- ut tanquam filij ambulemus in iustificationibus tuis.  
seu. c. 6. nostras igitur uoluntates à malo in bonum flecte, et  
in lapsum pronas ad uiam mandatorum tuorum con-  
uertit,

uerte, & dirige in tibi placitum gressum. Doce nos,  
 Domine, non per legis literam, sed per spiritus gra-  
 tiam, ut quod didicerimus, non tantum cognosca-  
 mus, sed etiam uolendo appetamus, ac agendo perfici-  
 amus. Da nobis timorem tuum in corda nostra, ut  
 à te non recedamus: & sicut operatus es, ut accesseri Aug. de  
 mus ad te, ita operare ne discedamus. Quod si ali- bon.per-  
 quādo ceciderimus, rogamus te ut supponas manum seu. c. 7.  
 tuā, ne collidamur: sed custodi omnia ossa nostra, ita  
 ut nec unū ex eis conteratur nobiscū itaq; sis, & no-  
 biscum labores, quia sine te nihil possumus facere:  
 sed & tu fac in nobis quod placeat coram te. nam  
 per te tantummodo nobis licet tum ut bene uelimus,  
 tum ut bona perficiamus: quia omnis sufficientia Aug. de  
 nostra ex te est. Hoc nobis expedit & credere, & bon.per-  
 dicere: hoc pium est, hoc sanctum est, ut totum seu. c. 13.  
 tibi tribuamus, ut confessio nostra non superba, sed  
 humilis & submissa sit. Cur autem nos uasa mi- Deus in  
 sericordiae, illos irae, nos in honorem, illos in con- prædestinat  
 tumeliam feceris, nolumus inscrutabilia scrutari, ne- tis miseri-  
 que investigabilia uestigare. Taceat hic humana pru- cors, in re-  
 dentia, quæ legi Dei subiecta esse non potest, neque probis iu-  
 stus.  
 auist os suum mutere in coelum, ut scilicet Deum  
 tanquam personarū acceptatorem incuset: sed in no-  
 bis qui liberamur misericordiam, in his uero qui da-  
 minatur Dei iustitiam agnoscat. in nobis qui libera- Aug. de  
 mur, benignissimum largitorem: in his qui puniu- bon.per-  
 tur, iustissimum exactorem contempletur. Deo enim seu. c. 8.  
 datum est, ut rationem ponat c. om seruis suis: neque

T 2 ipse

ipse alicui iniuriam facit. nam si nos à debito liberat, misericors est: si alios non liberat, iustus est. Et in illis iusto eius iudicio demonstratur, qualem nobis quos liberat conferat gratiam. Gratulemur itaque nos qui illuminati sumus, ac liberati gratiam quam non merebamur agnoscamus: gemitilli qui indurati sunt, & iustitiam Dei confiteantur. Dicamus nos qui liberati sumus: Misericors ac miserator Domine, non secundum peccata nostra fecisti nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuisti nobis. Dicant illi qui damnantur: Iustus es Domine in omnibus quæ fecisti nobis, & omnia iudicia tua uera sunt, quia in ueritate & iustitia superinduxisti omnia hæc propter peccata nostra. Nos ergo qui

Aug. de bo liberamur, gratiam diligamus: qui damnantur, debitum agnoscat. si in remittendo nobis debitum honestas, in exigendo autem ab illis equitas intelligitur, nusquam apud Deum iniquitas inuenietur.

Idem c.ii. nam nobis donando, quod non meremur, gratiam gratiam: illis uero non donando, quid omnes merebamur, ostendit: bonus erga nos, iustus erga illos. Cur autem in nobis bonus, in illis autem iustus predicatur? Quia nos fuimus secundum propositum uocati, fuimus ante mundi constitutionem in

Aug. de bo C H R I S T O electi, & ad uitam æternam preno. perseu. ordinati secundum propositum eius qui operatur omni: secundum consilium uoluntatis sue: illi uero nihil horum acceperunt. Sed quare nos accepimus plus quam illi? Nescimus. Quare: quia fatemur nos

non inuenire quod respondeamus. Quare hoc? quia  
in hac re sicut iusta fuit in illis ira eius, ita in nobis  
magna fuit misericordia eius. Quare non illis mis-  
ericordia, nobis autem iustitia? quia filius habet po-  
testatem ut ex eodem luto faciat aliud uas in hono-  
rem, aliud uero in contumeliam. Nunquid igitur  
quia filius potestatem suam in lutum exercabit, di-  
cet fragmentum, Quid me fecisti sic? Quis igitur hu-  
mane conditionis adeo obliuiscetur, ut cum illi po-  
nam fuerint consecuti, querat cur nos gratiam quæ  
nobis non debebatur acceperimus? Et cur ex parvulis  
quibus sine ullo bono uoluntatis merito in originali  
uulnere cum cæteris mortalibus causa communis est,  
cur isti salvi fiant renati, illi pereant non renati? ni-  
hil potest expositionis afferri quo huius causa inue-  
niatur: sed sub illius prouidencia sunt, et omnipo-  
tentia, in cuius manu est anima omnis uiuentis, et  
spiritus uniuersæ carnis. Quis causam scrutetur, cur  
filios regni proieccrit Deus in tenebras exteriores,  
exteros autem ex Oriente et Occidente uocavit, ut cum  
Abraamo, Isaaco et Iacobo recubanti in regno cœlo  
rum? Taceant uniuersæ mortaliū lingue, et diuinā  
electionem non meritis reddi, sed sola uoluntatis Dei  
munificentia fateantur. Sic fatendum est, sic prædicari  
debet, sic populus instruendus est. totū igitur in po-  
testate ac uoluntate omnipotētis Dei siu est. Hæc q̄  
Stoica disputatione non est, quæ fidē et invocationem  
fuerat; sed est uera sacrarū literarum sententia: quā  
satius est in Dei ecclesia prædicare, quam ut omnia

Amb. de  
uoc. gen.  
lib. 5. cap. 7.

in ordinem consilio nostro redigamus, & publice  
tranquillitati consulamus, euertere. Quid enim in  
causa esse potest, ut à uerbo Dei ac eius præscriptis  
declinare debeamus: præsertim cum sciamus uerbum  
Domini illud esse, quod in terram uenit, ut ignem ac-  
cenderet, ac gladium nobis daret, & non pacem? In  
sinceritate itaque uerbi Dei & ueritatis perseueremus.  
quòd si quis à nobis hac ex cauſa refilire uel-  
lit, refiliat, abeat: si tumultuari uolunt principes ac  
belli gerere cōtra nos, tumultuentur, ac occidant nos.  
semen igitur, quod est uerbum Dei, in agrū Domini  
liberè proiçiamus. quocunque uero cadat, aut inter  
spinias, aut supra petram, aut in uiuam, aut in terram  
bonā, Deo ipsi curam seminis cōmittamus, ut scilicet  
secundum propositum uoluntatis sue incrementum  
det: & caueamus o mīnīo, ne quod in agrum Do-  
mini proiçimus, zizaniam habeat: sed liberè di-  
camus, Omnia que eueniunt, necessariò iuxta diui-  
nam prædestinationem eueniunt: nulla est uolunta-

Rom.ii. tis nostræ libertas. Nam scriptum est: Quoniam ex  
Eph.i. ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Qui ope-  
ratur omnia secundū consiliū uoluntatis sue. Nonne

Matth.10. duo passeres asse uaneunt, & unus ex illis non cadit  
super terram sine patre uestro: obsecro quid hac sen-  
tentia clarius dici potest? Vniuersa propter semet-

Prou.16. ipsum operatus est Dominus, impium quoque ad

Prou.20. dicm malum. A' Domino diriguntur gressus uiri,

Prou.16. quis autem hominum potest intelligere uiam suam?

Prou.16. Cor hominis disponit uiam suam, Dominus autem di-  
rigit

Vix gressus eius. Scio Domine quod non est homi- Hier.10.  
 nis uia eius, nec uiri est ut dirigat gressus suos. Hoc  
 idem diuinæ historiæ testantur, cum dicunt nondum Gen.15.  
 completas fuisse iniquitates Amorrhæorum. & fi-  
 lios Heli non audiisse uocem patris sui, quia uoluit 1.Reg.2.  
 Dominus eos occidere. Quid similius casui fortuito?  
 Saul abit ut querat asinas, & ungitur à Samuele, 1.Reg.10.  
 inauguratorq; regno. Item abit cum Saule exercitus  
 quorum Deus tetigerat corda. Item, non acqueuit  
 rex populo, quoniā auersatus fuerat eum Dominus, 3.Reg.12.  
 ut suscitaret uerbū suum quod locutus fuerat. Quid  
 aliud Paulus cap. nono ac undecimo ad Romanos a-  
 git, quām ut omnia quæ sunt in destinationem diui-  
 nam referat? Abhorret ab hac sententia iudicium car-  
 nis seu rationis humanæ, contrà amplectitur eam iu-  
 dicio spiritus. neq; enim uel timorem Dei, uel fidu-  
 ciā in Deum certius discemus, quām ubi imbueri-  
 mus animum hac de predestinatione sententia. An  
 non eam ubiq; in Proverbijs inculcat Solomō, ut a-  
 lias timorem, alias fidem doceat? An' non inculcat  
 eam in eo libello cui Ecclesiastē titulus est? Multum  
 enim omnino refert ad premendā damnādamq; tum  
 humanæ rationis sapientiam tum prudentiam, con-  
 stanter credere quod à Deo siant omnia. An' non  
 hoc uno loco efficacissimè consolatur C H R I-  
 STVS discipulos suos, cum inquit, Omnes capilli ca-  
 pitis uestri numerati sunt? Quid igitur, inquies, nul-  
 lāne est in rebus contingentia? nihil casus? nihil for-  
 tunæ? omnia necessariò uenire docent sacrae literæ?

Esto, uideatur tibi in rebus humanis contingentia: iudicio rationis hic imperandum est. sic Solomon cum in prædestinationis cogitatione uersatus esset, inquit: Et intellexi quod omnium operum Deinul- lan possit homo inuenire rationem eorum que sub sole fiunt. Quod uero afferior hæc sententia de prædestinatione uulgo uidetur, debemus hoc impiæ so- phistarum theologiæ, quæ sic inculcauit rerum con-tingentiam, & libertatem uoluntatis nostræ, ut à ueritate scripture molliculae aures abhorreant: sed in ueritatis confessione perseueremus, uideamusq; ne contingentia, fato, & quibusdam à nobis confici- bonis ordinibus, uera, sancta, & inuiolabilia, ac ne- cessaria Dei decreta conculcemus: & aſſiduis preci- bus ob hoc rogemus Dominum, ut uerbum eius lu- cerna sit pedibus nostris: ne per prudētia, sapientiaq; nostræ carnis tenebrosas semitas ambulantes, impin- gamus in lapidem offendiculi, & petram scandali. Deo itaq; in timore ac tremore iudiciorū eius sub- iecti simus cum omni animi humilitate: & oremus cum, ne nos intentionem inducat.

Tum quidam qui Eusebium admodum amabat, dixit illi: Quomodo igitur Saul credere aut inuo- care poterit, si dubitet promissionem ad se pertine- re? aut si obrepat illa Parcarum tabula, iam decre- tum est te reiſciendum esse, non es scriptus in nume- ro electorum?

Aug. de  
corr. & gr.  
cap. 15. Cui Eusebius: Cum nesciā, inquit, quis pertineat  
ad prædestinorum numerum, quis non pertineat,

sic affici debeo charitatis affectu, ut omnes uelim sal  
 nos fieri: hoc quippe facio, cum singulos quosque  
 (ut occurrerint) cum quibus id agere ualeam ad hoc  
 conor adducere, ut iustificati ex fide pacem habeant  
 ad Deum, quam prædicabat etiam Apostolus, cum  
 dicebat: Pro C H R I S T O legatione fungimur,  
 tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro  
 C H R I S T O, reconciliamini Deo. Quid est enim  
 Deo reconciliari, nisi pacem ad illum habere? Pro-  
 pter quam ipse Dominus I E S V S dixit discipulis,  
 In quancūq; domū intraueritis, primum dicite, Pax  
 huic domui. & si ibi fuerit filius pacis, requiescat sis  
 per eum pax uestra: sin autem, ad uos reuertetur.  
 mihi quidē tunc incipit aliquis esse filius pacis, cum  
 obdierit & crediderit Euangelio, & ex fide iusti-  
 ficatus pacem ad Deum habere cooperit: secundum  
 autem prædestinationem Dei, iam filius pacis erat.  
 Neq; enim dictum est, Super quem requieuerit pax  
 uestra, sicut filius pacis: sed, Vbi fuerit filius pacis,  
 requiescat super eum pax uestra. Iam ergo & an-  
 tecquam illi annuciaretur hæc pax, filius pacis ibi  
 erat: sicut eum nouerat atque præscierat, non ego,  
 sed Dominus. Ad me ergo qui nescio, quis nam sit  
 filius pacis, aut quis non sit, pertinet nullum exce-  
 ptum facere, nullum discernere: sed uelle omnes ho-  
 mines saluos fieri, quibus prædicto hæc pacem. Neq;  
 metuendum mihi est, ne illam perdam. nam si ille  
 cui prædicto non est filius pacis, ignorantie me ad  
 me reuertetur: mihiq; proderit hæc prædicatio, non

illi: si autem super eum requieuerit, & mibi & illi.

C.16. Ideo omnibus tum euangelium annuncio, tum medicinalem ac seueram correptionem adhibeo: sed tamen Dei est, hæc illis reddere utilia, quos ipse præsciuit, ac prædestinavit. Neminem igitur docco ut dubitet an regni cœlorum promissiones ad se pertineant: quin potius omnes instruo, sicut & te aliquando docentem audiui, ut uoluntatem Dei ex euangelio discant: cognoscantq; promissiones à Deo per C H R I S T V M factas omnibus uniuersim prædicandas. Audiant C H R I S T V M omnes ad se uocantem, dum dicit: Venite ad me omnes qui laboratis ac onerati estis: audiant & Deū ipsum omnes pariter ad pœnitentiam inuitantem, dum inquit:

Esa.21. Cōuertimini, et uenite omnes gentes. Doceo, inquit, ut omnes Deo fidere discant, ut Deum inuocent, ut ad Deum confugiant. Non igitur si hæc doceo, si dem & inuocationem euerto. Sed tamen fateor, quod etsi C H R I S T V S omnes ad se uocet, nullus tamen unquam accedet, nisi eum pater traxerit. Hoc

Ioan.6. dico, quod etsi Deus omnes uocet ut ad se conuerterentur, nullus tamen unquam conuertetur, nisi Deus ipse eū conuerterit. Hoc prædico, quod etsi C H R I S T V S dixerit,

Hierem.31. tantur, nullus tamen unquam conuertetur, nisi Deus ipse eū conuerterit. Hoc prædico, quod etsi C H R I S T V S dixerit, Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me: nihil tamen ab illo trahetur præter id quod in illo ante mundi constitutionem prædestinatum fuit ut traheretur. Hoc testificor, quod etsi C H R I S T V S præceperit apostolis dicens, Prædicate euangelium omni creature: Qui credit in me, habet

habet uitam aeternam: nullus tamen credet praeter eos  
 qui praeordinati fuerunt ad uitam aeternam ut cre-  
 derent. Quod si quis ad tempus credere uideatur,  
 qui tamen ad uitam aeternam praedestinatus non fuerit,  
 diabolus ueniet, & tollet uerbum de corde eius: aut Matth. 13.  
 facta tribulatione & persecutione propter uerbum,  
 statim scandalizabitur: aut sollicitudo seculi & falla-  
 cia diuinitarum suffocabunt uerbum. Hec igitur doceo,  
 hec a uerbo Dei edocitus sum, hoc ueritatis uerbum,  
 hoc prius, hoc sanctum est. quod si uero aliquis in firmis  
 ueritatis lapide impingat, Deus cum illo agat quod  
 libet. segmentum enim manuum suarum est, & scit quid  
 de illo agere constituerit. Qui igitur dispensatores my-  
 steriorum Dei constituti sunt, fideles in ministerio  
 existant, et Domini uerbum ita pertractent, que ad-  
 modum a Domino ipso datum est ut pertractetur.

Cum autem hypocritæ qui astabant hæc audi-  
 rem, rplebantur zelo & spiritu malo: & contra-  
 dicebant spiritui sancto, ac blasphemabant uerbum  
 Domini, dicentes: Hæc sententia de prædestinatione  
 quam dixisti etsi uera sit, annunciarunt tamen non de-  
 beret homines enim plerosq; in desperationem im-  
 pellit, ut dicant: Si in potestate ac uoluntate Dei  
 est, ut nullius rei habita ratione, aliquem uel eligat,  
 uel rejicit, ut quid credimus? ut quid speramus? ut  
 quid laboramus? ut quid affligimur? Ducamus in bo-  
 nis dies nostros, et res nostræ Deo ipsi curæ sint: quia  
 si nos elegerit, aut prædestinarit, a nullo sane de ma-  
 nibus eius rapiemur: si uero in electoru numero com-  
 putati

putati non erimus, quicquid operemur, opera & o-  
leum amittitur.

His uero Eusebius: O pleni omni dolo, inquit, &  
omni iniuitate, filij diaboli, & imitici omnis iusti-  
tiae: usquequo elaborabitis, ut vias Domini ueras  
rectasq; subuertatis: si doctrinam de prædestinatione  
docere malum est, cur C H R I S T V S illa docuit?

Ioan.8. cur ab illo exiere illæ uoces, Qui ex Deo est, uerba

Ioan.10. Dei audit: propterea uos nō auditis, quia ex Deo nō

Ioan.17. estis? Non creditis, quia nō estis ex ouibus meis? Cur  
dum oraret patrem, inquit, Ego rogo tantum pro  
eis quos dedisti mihi, & non pro mundo? Cur Pe-

A ct.1. trus inquit, Iudan abiisse in locum suum? & hacten  
caussa de apostolatu præuaricatu fuisse, ut illuc iret?

A ct.13. Cur scribit Lucas, quod prædicantibus Paulo ac  
Barnaba, crediderunt quotquot præordinati fue-  
runt in uitam & eternam? Cur Ioannes inquit, quo sā

1.Ioan.2. ex ecclesia exiisse, quia non erant ex ijs qui sunt  
C H R I S T I? Cur Paulus millies de prædestinatio-

Gen.25. ne differit? Cur & Deus ipse tantum discriminem in-  
ter Iacob & Esau haberet uoluit, ut antequam nasce-

Malach.1. rentur, hunc reprobavit, illum autē elegerit? Cur per

Exo.33. Moysen quoq; dixit, Miserebor cui uoluerio, & mi-  
sericordiā præstabo cui mihi placuerit? Cur & pro-

phetæ eandem de prædestinatione sententiam docue-  
runt? Cur & C H R I S T V S præcepit apostolis

suis, ut euntes in uniuersum mundū prædicarent ac  
docerent ea quæ ab illo prædicata ac docta fuerant?

Cur inter cæteros ecclesiæ uestræ doctores Thomam

Aquintan-

Equinatem non arguitis? Cur sententiam de prædestinatione passim à monachis dæmonianis annuntiatur, & aduersus quoscunq; qui aliter sentiant defenditur? Dicamus igitur cum Augustino: Sicut prædicanda est pietas, ut ab eo qui habet aures audiendi, recte Deus colatur: & sicut prædicanda est charitas, ut ab eo qui habet aures audiendi, Deus & proximus ametur: ita & prædicanda est prædestinatio beneficiorum Dei, ut qui gloriatur, nō in seipso, sed in Domino glorietur.

At urgebitis, dicentes, Ex hac prædicatione multi scandalizantur, & admodū offenduntur. Sed diu nobis, quod magis attendendum est fructui centesimo, qui ex semine quod in terram bonam cecidit colligitur, quam timendum de eo qui amittitur, eo quod aliquot semina aut iuxta viam, aut inter spinas, aut supra petram decidere debeant. Et de hoc C H R I S T I quoq; habemus exemplum quod imitemur, nam et si scribæ & Pharisæi de eius doctrina scandalizabantur, nunquam tamen à prædicatione cessare uoluit. uæ nobis, si propter scandalum aliquorum ueritas taceri debuisset. nam quomodo C H R I S T I doctrinam unquam audiremus, cum non solum inter Iudeos scandalum, sed & inter gentes stultitia quedam haberetur. Ecclæsiæ igitur Dei, ac his qui ordinati sunt ad uitam eternam, consulamus, eisq; ueritatem annunciemus, ut ueritatem ac bonitatem Dei per prædicationis verbum exterius pulsans, ac spiritum sanctum interius

terius operantem cognoscentes, coelestis hereditatis arrabonem accipiant: quo testimonio certi sint, se intra filios Dei per IESVM CHRISTVM computatos esse: atq; ut hoc telo muniti, aduersus quoscunq; mundi seu satanae ieiustus sese tutari pos-  
sint: ac ut spiritu ipso sic illustrati, terrena queq; ac carnalia spernentes, que Dei sunt querant: ut ui-  
delicet sancte, iuste, pieq; sicut filios Dei decet ui-  
uentes, tandem re uera percipiunt ac possideant, ea  
que sibi ante constitutionem mundi donata fuisse  
cognouerant.

Et conuersus Eusebius ad quosdam qui speciem pietatis gerebant, sed eius uirtutem abnegabat: Quis inquit, non miretur impia somnia, quæ aliqui ex uo-  
bis quandoque somniantes inuulgatis? Plerisque ego ex uobis cōcionantes audiui, ac dicentes: O po-  
puli, si ueram de prædestinatione sententiam exactè optimeq; intelligere wultis, singatis Deum esse mer-  
catorem aut publicanum quēdam qui domi suā resi-  
det, ac in numeros famulos habet quos mittit ad sui-  
met negotia pertractanda: & sicut famuli res per-  
actas domino renunciant, ita ipse eosdem homines  
modò creditores, modò debitores suos designat:  
sciatisq; Deum non alia ratione homines prædesti-  
nare. nam continenter innumera millia angelorum  
per totum terrarum orbem mittit, ut singula opera  
hominum quæ sub sole fiunt examinent an bona ma-  
la ue sint. Si itaque ab angelis dicitur Deo, Hodie  
Petrus

Petrus bonum quoddam opus operatus est, iejuna-  
uit in honorem beatæ virginis reginæ nostræ, con-  
fessus est omnia peccata sua sacerdoti, aliquot tri-  
entes enumerauit sacrificulo pro Missa quam dixit  
in honorem quinque vulnerum filij tui, in hono-  
rem sancti Antonij, aut Rochi, aut sanctæ Camillæ,  
aut beatæ Helenæ Bononiensis: statim Deus librum  
uite accepit, ac scribit, Petrus ratione iejunij, con-  
fessionis, rationeq; trienni pro Missa sibi promeruit  
vitam æternam. Si uero altero die idem Petrus di-  
xerit ac crediderit aliquid quod deroget autoritat̄  
Pontificis, honori qui imaginibus debetur, aut ali-  
quid cōtra purgatorium locutus sit, & hæc Deo per  
anglos statim renunciantur, Deus summopere in-  
dignatur in Petrum: ac ideo accipiens librum, no-  
men ipsius ac bona eius opera cuncta delet, & sic  
non amplius est in numero prædestinorum, sed  
reprobatorum. Huiusmodi uero liber summa custo-  
dia apud Deum seruabitur usque ad diem iudicij.  
Sed tunc cum omnes erimus ante tribunal C H R I-  
STI, ut rationem reddamus de operibus nostris,  
liber ille aperietur, & omnium nostrum rationes  
subducuntur: quibus subductis, compertum erit qui  
nam prædestinati, quiue reprobati erunt. nam Mi-  
chael Angelus stateram suam efferset, in cuius altera  
lance ponentur singulorum nostri opera bona, in al-  
tera uero opera mala. & ijs ad æquilibrium iudica-  
tis, si mala bonis plura extabunt, ad ignem æternum

cum

cum diabolo & angelis eius mittemur: si uero bona  
 malis præualuerint, dabitur nobis regnum cœlorū,  
 in quo erimus sicut angeli Dei. Vbi patet, quod Lu-  
 terani errant, cum dicunt prædestinationem Dei e-  
 Eph. i. ternā immutabilemque esse, eo quod Paulus dixerit:  
 Elegit nos ante mundi constitutionem, & prædesti-  
 Rom. ii. nauit nos in adoptionem filiorum: Reliquie secun-  
 dum electionem gratiæ salutis factæ sunt. nam Paulus  
 et si in tempore præterito loquatur, in tempore tamen  
 præsenti intelligenda sunt omnes illæ uoces, E-  
 legit, Prædestinavit, Vocavit, Iustificavit: ac inter-  
 pretandæ sunt nō Luteranorum more, ut habetur in  
 textu. nam litera occidit, spiritus autem uiuificat: sed  
 pro præsenti, uidelicet Eligit, Prædestinat, Vocat, ac  
 Iustificat. & sic clare patet, quod Deus singulis ho-  
 ris prædestinat, eligit, uocat, & iustificat. & pre-  
 terea hinc coniectari licet, quod singuli possunt iu-  
 xta meritorum aut scelerum suorum numerum ac  
 exigentiam, saepissimè ex prædestinatis reprobos fieri, &  
 econtra ex reprobis prædestinatos saepenume-  
 ro euadere. & sic aliqui hac hora prædestinati esse  
 possunt, altera uero reprobri: tertia prædestinati,  
 quarta autem rursus reprobri. nec hoc aliunde quam  
 ex sacris literis accipitur: nam ipsæ mentionem de li-  
 bro uitæ faciunt, in quo nomina nostra aut scribuntur,  
 si bona operemur: aut ex eo delentur, si bonita-  
 tem deserentes, iniqua sectemur. ideo in Apocalypsi  
 scribitur, quod qui uicerit, non delebitur de libro ui-  
 tæ. quod præterea regnum cœlorum adipiscamur  
 non

non ueluti Luterani somniarūt, uidelicet ex gratuita  
 tantum Dei bonitate, qua ab ipso prædestinati, uoca-  
 ti, ac iustificati sumus, sed ex proprio operum nostro  
 rū merito, patet in Apocalypsi. ibi enim aperte scri- C. 20.  
 bitur, quod iudicati sunt mortui secundum opera i-  
 psum. Et C H R I S T V S præterea testatus est se Matth. 25.  
 nobis regnum coelorum dare, quia fame ac siti labo-  
 ranibus necessaria ministrauerimus. Videte igitur,  
 ne Luteranorum doctrina fallat uos. O' impios uer-  
 borum spiritus sancti carnafices: qui Deum publica-  
 num fecistis, qui bonorum nostrorū egeat, quiq; Pauli  
 li uerborum peruersione æternam Dei prædestina-  
 tionem in sanguine Domini nostri I E S V C H R I  
 S T I ante mundi constitutionem factam, tempora-  
 riā ueluti quandam mercandi artem constituisisti,  
 qua unusquisq; proprijs operibus eam sibi acquirere  
 possit. Si ita intelligendus est Paulus, ut uestrūm ple-  
 riq; dicit, cur non dixit, Deus singulis diebus ac sin-  
 gulis horis nos eligit, nos prædestinat, nos uocat, nos  
 iustificat? an forte adeò ignarus sermonis fuit Paulus,  
 ut nesciret ista exprimere? aut forsitan adeò obscurè lo-  
 quiuoluit, ut non ab omnibus intelligeretur? sed hic  
 non erat mos Pauli: quin potius dicebat se omnia o-  
 mnibus fieri, ut omnes posset lucrificare C H R I-  
 S T O. & se malle quinq; uerba sic eloqui ut intelli i. Cor. 9.  
 geretur, ac alios erudit, quam mille uerba sermone t. Cor. 14.  
 ignoto proferre, quin iussit ne quid in ecclesia annū-  
 ciaretur quod non ab omnibus intelligi posset. Simpli-  
 ei sermone locutus est Paulus, & cæteri apostoli, &

cū simplicitate ac animi humilitate legendā sunt eorum  
 scripta: sed interpretationū uestrarum mēdacia  
 Eph. i. facile deteguntur ex dictis ipsiusmet Pauli. nam cum  
 adiderit uerbum, Ante constitutionem mundi, mani-  
 festum est librum rationum operum uestrorum pror-  
 sus dilaceratum: nec uestram <sup>euangelium</sup> ex Paulo ac-  
 ceptam, illum concinnare posse. Quanta uero sit im-  
 pietas eorum qui asserunt, prædestinationem non à  
 Deo gratis ame originem mundi sic prædestinante,  
 sed ab ipsius hominis operibus ac uiribus pendere,  
 uel ex hoc colligi potest, quod innumeris totius scri-  
 pturæ testimonij aduersamini. Nunquam Pelagius  
 August. de  
 prædestin.  
 sen. c. 18.

talem in Dei bonitatem blasphemiam dixit. Is enim  
 tantummodo asserebat, Deum ante mundi constitu-  
 tionem eos præscisse qui ex libero uoluntatis arbi-  
 trio futuri erant sancti & immaculati, et ideo hu-  
 iusmodi in hac præscientia, qua eos tales futuros pra-  
 uidit, electos dicebat: sed tamē prædestinationē hanc  
 æternam ac immutabilem esse prædicabat: non au-  
 tem, quemadmodum uos asseriris, in dies & in ho-  
 ras & in momenta mutabilem. Et tamen menticba-  
 tur. quia non dixit Paulus: Elegit eos, quia futuri  
 essent sancti & immaculati: sed, Ut essent sancti. V-  
 bi manifestum est, homines sanctos esse, quia Deus  
 eligens ac prædestinans eis donauit ut sancti essent.  
 Si enim prædestinati non fuissent, sancti esse non  
 poterant, quia nulla sanctitatis adesse poterat causa.  
 Opera igitur nostra neque quoniam à Deo præ-  
 uisa sunt, neque quoniam à nobis in dies agantur,  
 prede-

prædestinationis caussa esse possunt. Quid dicam  
operae immo neque fides, quam Deus in nobis futuram  
præuidicerit, tantæ Dei bonitatis causa esse potuit.  
Quod Augustinus tamen aliquando credidit, sed po- De prædi-  
s ea ueritatem rei agnoscens, errorem suum palam cō- sanct. 3.c.

fueri non erubuit.

Sed dimitamus hæc, & alia ratione perpendamus  
quemadmodum neque fides, neque opera, prædestinatio  
nis caussa esse possint. & quæ nā hæc est: quia tam fi-  
des quam opera, prædestinationis sunt effectus. De fi-  
de namque dicit Paulus: Charitas cū fide à Deo patre Eph. 6.  
nostro. & rursus: Vobis datum est ut in C H R I- Philip. i.  
S T V M credatis. Et C H R I S T V S dixit aposto-  
lis: Vobis datū est est nosse mysteria regni Dei. & cū Luc. 8.  
Petrus dixisset C H R I S T O, Tu es C H R I-  
S T V S filius Dei unius: statim dictum fuit illi, Ca-  
ro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui  
in coelis est. De operibus uero inquit Paulus, quod  
Deus prædestinatus ac creatis in C H R I S T O I E- Eph. i.  
s V, opera præparauit, ut in ipsis ambulent. Quin  
& inquit, Deum in ipsis & bonum uelle, & perficere Philip. 3.c.  
cere misericorditer ac perbenigne operari. Non igno-  
tur aut in fide aut in operib. gloriari quis debet, qua-  
si à se ipso aut crediderit, aut operatus fuerit, ob que-  
præuisa prædestinatus fuerit: sed glorietur in Do-  
mino, qui illum sic prædestinavit, ut & fidem & bo-  
na opera largitus sit.

Scire præterea debetis, quod quemadmodum ter-  
reni patres quamvis filios honorum suorum hæredes

constituant, non sanè alicuius eorum operis aut labo-  
ris causa, sed tantum amoris gratia, quo eos propte-  
rea quòd filij sunt diligunt: illos tamen interdum ad  
uirtutes sequendas impellit pollicitatione bonoru-  
m quæ tamen iam hereditatis ratione ad eosdem perti-  
nent: interdum uero illos à uitiorum semita deterrēt,  
cōminatione iræ ac indignationis suæ, & bonorum  
priuatione. Sic quoq; ex Deus noster cum patris per-  
sonam sese induerit, patris quoq; morem imitatus est.  
Primò namq; quos sibi in filios ante constitutionem  
mundi adoptauit ac elegit, eos adeò amauit, amatq;  
ut non alicuius ipsorum operis, sed tantum amoris  
quo eos prosequitur gratia, regni cœlestis heredes  
constituerit: quoniam uero filios huiusmodi non igna-  
uos ac fōcordes esse uult, ideo non tantum beneficio-  
rum cōmemoratione quæ in eos conuulit, illos ad uitio-  
utes ac bona opera sectanda, & mandata sua custo-  
dienda impellit: sed et quandoq; id agere uoluit: alijs  
quoq; stimulis adhibitis, uidelicet dum bonis operi-  
bus singularia ac æternæ præmia pollicitus est: malis  
uero iram, indignationē, ac mortem æternam pre-  
scribit. hinc fit, ut aliquando legamus remissionem  
peccatorum ac uitam æternam, elemosynis, mansue-  
tudini, iustitiæ, iniuriarū obliuioni, inimicorum di-  
lectioni, ac cæteris operibus bonis pollicita esse: ali-  
quando uero iram, tribulationem ac ignem æternum  
operantibus malum comminari. his enim rationibus  
Deus filios ad sanctimonium ac pietatem dirigit: im-  
pios uero non quidem ad impietatem & scelerate-  
ctanda

flanda cogit, liberè enim ac uoluntariè (ut ante dixi)  
 peccat, sed ab eis impietatis corū excusationē auferit.  
 nam cū innumera à Deo beneficii acceperint, æterna  
 præmia operibus bonis proposita uiderint, peccato  
 rum stipendia, æternā morte esse cognouerint, quam  
 poterunt scelerum suorū excusationem in die iudicij  
 afferre nullam profectò. Quod autem ad librum ui-  
 te attinet, nihil aliud eius nomine intelligi debet, nisi  
 eternum atq; immutabile Dei propositum in electis  
 ac prædestinatis: in quo quicunq; scripti ac numera-  
 ti sunt, salvi fiunt necesse est: quicunq; uero in illo nō  
 fuere scripti ac prædestinati, pereat oportet. ideo di-  
 citur in Apocalypsi: Qui nō est inuictus in libro uitæ  
 scriptus, nūssus est in stagnū ignis. At dicet aliquis:  
 Si Dei tantū propositū quos eligit ac prædestinavit,  
 seruat: cur igitur toties in sacris literis habemus, q;  
 reddituri simus rationē de operibus nostris, ut iuxta  
 illorum merita accipiamus? Cur C H R I S T V S di-  
 cet apertè in die iudicij, Venite benedicti patris mei,  
 percipite regnū quod uobis paratū est ab origine mū  
 di, esurui enim, & dedistis mihi māducare: sitiui, et  
 dedistis mihi bibere? Non equidē dicuntur ista, quia  
 regnum cœlorū non ex gratuita bonitate iuxta pro-  
 positum uoluntatis diuinæ donetur, sed operū meri-  
 to (sic enim diuinarū scripturarū testimonia de præ-  
 destinatio ac Dei proposito destruerentur) sed ut  
 modum agnoscamus, quo Deus se iustum totius or-  
 bis iudicem in die iudicij ostendere decreuit. nam et-  
 si iustus sit, & iuste omnia disponat: ita tamen iudi-

rium quo totum humanū genus iudicaturus est, trāsigere statuit, ut iustus etiā ab omnibus impijs predicitur. Ideo cum electorum æterna prædestinatione admirabile atque abditum sit mysterium, ut simpli citer tantum in cordis humilitate credi debeat, nec à quoquam exactè uestigari ac comprehendendi posset, ex operibus quæ coram omnibus manifestabuntur tanquam uiuis prædestinationis seu reprobationistis testibus unumquemque iudicare decrevit. hæc enim ex proprijs hominū conscientijs coram omnibus in medium prodibunt: conscientiæ namq; illi sunt libri de quibus inquit Ioannes: Vidi mortuos magnos & pu

fillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est liber uite, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum: sicq; fiet ut iusti non in se, sed in Domino glorientur, eo quod eum agnoscunt auctorem electionis, uocationis, iustificationis, sanctitatis, ac glorificationis & omniū bonorum que illis uenerunt: reprobi uero iustū iudicem confiteantur, dicentes: Meritò super nos induxit omnia mala & indignationem ac iram tuam Domine, quia non obedi uimus mandatis tuis.

DE MIS-

SA.

Tum quidam Eusebiū accusantes, dixerūt: Num locutus es in anima tuam. nam si Deus ex uniuscuiusque operibus tanquam ex ueris ac certis testibus hominem uel reprobū uel prædestinatum esse iudicat, sanè constat te ex reproborū esse numero, cum bona opera ac saluti necessaria prorsus contēnas. Per uul-

## Acta tertij diei.

312

los namq; annos peccata tua sacerdoti confiteri noluisti: corpus quoq; C H R I S T I nec semel in anno sumere:nec postremò (quod summū est scelus ) Missam audire: quin potius eam tanquā quid profanū ab omni natus es: et tamē, ut habemus in canone illo sacrosan tho, ibi est hostia illa pura, hostia sancta, hostia immaculata, panis sanctus, & calix salutis perpetuae.

His Eusebius : Si Deus, inquit, nobiscum iudicio contendens, in examen adduceret, an peccata nostra sacrificulo confessi simus, an missas celebrari iusserimus, aut eas dieb. festis audierimus, uel alia opera que ab hominibus sine uerbi sui testimonio iniquè inuenienta sunt, operatisimus, hæc ab omnibus fieri debeantur: prædicarem: hæc bona, hæc sancta esse dicem, hæc bonitatis nostræ testes futura esse in die iudicij assererem: sed cum potius hæc omnia uana esse Matth.15. afferat, nec his se oblectari testetur, ac ista se non quæ Esa.1. vere clamet, cur ego illa sectari debeo: certò nāq; scio, Deum omnibus qui uerbo ac mandatis eius relicts, uana hæc sequuntur, in die nebulae ac turbinis dictiorum esse: Quis hæc quæsiuit de manibus uestris? Sed Esa.1. opera quæ bonitatis nostræ testes futura sunt, hæc dicuntur quæ nobis à uerbo Dei prescripta sunt ac mā data ut operemur. tunc enim C H R I S T I discipuli dicemur, cū fecerimus ea quæ ipse nobis præcepit: ut operatur patientiā, mansuetudinā, pictatē, fraternitatis amore, modestiā ac misericordiā, sobrietatē, iniuiorū dilectionē, crucis tolerantiam, et huiusmodi,

hæc igitur nō uana ac iniqua à nobis (sicut tamen à uobis causati sumus) dicuntur, sed pia ac sancta habetur. ad hæc homines quoscumq; hortamur, hæc eos secutura ad iudicij usq; diem probamus. Missam uero uestram præ omnibus iniquitatibus quæ in regno uestro aguntur, longè inquam ac impiam esse, non sine uerbi diuini pluribus testimonij asserimus. hanc arcem summā totius uestri regni esse defendimus, in qua satan regnat, et in qua totius Papistici regni uis ac spes sita est.

Tum seditio magna orta est, & insurrexerunt ui ri illi absq; misericordia in Eusebium, clamantes: Op primamū inimicum nostrū. Et in concilio ferè ab eorum furore ac manibus occisus fuit. illum enim adeò percusserunt, ut de uita dubitaret. Dominus autem qui nunquam derelinquit sperantes in se, eorum manus compescuit, ut eorum iniquitates per seruū suum ecclesiæ suæ retegerentur. Cum igitur manus à uerberibus continuissent, dixerūt: Dicas nobis palam quid de Missæ benedictæ sacrificio sentias.

Tum Eusebius: Libentissime, inquit, faciam, ut fideles agnoscāt uos illos esse pseudoprophetas quos CHRISTVS uenturos esse prædictit, ac CHRISTVM pluribus in locis ostensuros, ac dicturos: Ecce CHRISTVS hic, ecce illic, ecce in deserto, ecce in penetralibus: quibus tamen nō cōsiderendū dicit CHRISTVS nam filius Dei uenturus est in mundo, non clām, ita ut hominū manifestatione aliquad opus sit, sed manifestō, sicut fulgur quod ab Oriente in occidente

in occasum transit. Sed rem propensius aggrediamur, & quæ potiora ac præcipua occurunt capitulo discutiamus, ac breuißima quam fieri poterit oratione absoluamus.

Hoc igitur primò sciendum est, scelus & abominationem magnā in Dei ecclesiam irrupisse, quando post Domini nostri IESU CHRISTI aduentum sacerdotis nomenclatura locum obtinuit: eaq; tanto celestior, quanto maiorem sacerdotum gregem homines excoigitarunt. quod eam ob rem argui debet, quia CHRISTVS est sacerdos in æternum, & Heb.7. ] uerus Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, & à peccatoribus segregatus, & excelsior cœlis factus, sempiternum habens sacerdotium, unde saluare in perpetuum potest, accedens ipse ad Deum, & semper uiuens ad interpellandum pro nobis. ideo cum talem habeamus sacerdotem, cur alij institui debent sacerdotes? Ante CHRISTI quidem aduentum plures fiebant sacerdotes, eo quod morte prohiberentur in æternum manere, sed cum CHRISTVS à mortuis excitatus, non amplius mori possit, cum iureiurando sempiternum à Domino sacerdotium accepit, quando uidelicet illi à Deo dictum fuit, Tu es sacerdos in Psal.109. eternum secundum ordinem Melchisedech: ideo prout ab ecclesia sacerdotum nomen esse debet. nam si ante CHRISTVM aliquis inueniri potuisset, qui nunquam morti obnoxius fuisset, nunquam aliis summus sacerdos subrogatus esset. Addam & hoc, uidelicet quod plures tunc temporis inueniebantur

- Heb. 10. sacerdotes, ut ex eorū multitudine que plures offere  
bat hostias, quæ peccata auferre nō poterāt, agnosce  
retur quantæ uis ac uirtutis C H R I S T I sacerdotiū  
futurum esset, qui unica illa sui oblatione perfectos  
rediturus erat perpetuò illos qui sanctificandi erāt.  
Illi quoq; in sanguine alieno, uitulorum scilicet, tau-  
rorum & hircorum, in sancta introibant, ut C H R I-  
S T I sacerdotium longè præstantius esse patēret. hic  
enim per proprium sanguinem introiuit in cœlum.  
Heb. 9. Illi prius pro suis, mox uero pro populi deliciis ho-  
stias offerebant, ut C H R I S T I innocentia mani-  
festaretur: nam in consummatione seculorum ad  
profligationem peccati (duntaxat tamen populi)  
corpus suum obtulit, ut suos sanctificaret. Illi semel  
in anno introibant in tabernaculum manufactum,  
ut tabernaculum in quod ingressurus erat C H R I-  
S T V S longè excellentius illo dignosceretur. nam in  
cœlum ingressus est, æterna redemptione inuentus.  
Heb. 5. Illi continuò easdem offerebant hostias, & quoti-  
die præstò erant ministrantes, & sacrificiorum offi-  
cia peragentes, ut oblationis C H R I S T I per-  
fectio omnibus innotesceret. nam hic cum unam tan-  
tum obtulisset hostiam (semetipsum uidelicet) in  
sempiternum sedet in dextera Dei, nec amplius of-  
fert semetipsum. Quamobrem in ueteri Testamento  
omnia illa fiebant, ut C H R I S T I sacerdotium lon-  
gè efficacius ac perfectius adumbraretur. Cum uero  
iam aduenerit C H R I S T V S, cessent oportet om-  
nes alij sacerdotes. noctis enim umbras tenebrasq; sol-  
oriens

tricens radijs suis depellit. Illorum præterea hostiae  
que in proprio sanguine macabantur, CHRISTI  
corpus adumbrarunt, quod extra ciuitatem in ara  
trucis oblatum fuit. cumq; unica corporis CHRISTI  
oblatione sanctificati sint fideles, cur aliae offerren-  
tur hostiae quibus sanctificari speremus? Comper-  
tum igitur nobis sit, nullū præter CHRISTVM  
statui posse aut dici sacerdotem aut hostiam. quia  
cum fideliū cœtus oblatione tamū corporis C H R I  
T I sanctificari posset, si sacerdotes aliqui ut nos san-  
Heb.13.  
ficarent constituerentur, necesse foret eos ali-  
quid habere quod pro sanctificatione nostra offer-  
rent: quascunq; uero hostias offerrent, uanae essent:  
quia in CHRISTItantū sanguine fit remissio pec- Heb.9.  
catorum. Qui uerā fieri posset, ut corpus C H R I  
S T I ab aliquo rursus offerri queat, cuius oblationis  
causa sacerdotis nomen aliquis sibi arroget? impossibi-  
le sane hoc est. Ipse namque C H R I S T V S  
tantummodo id agere poterat, quod & semel tan-  
tum facere uoluit, dum scilicet semetipsum patri of-  
ferens, multorum tulit peccata. Nec aliquis dicat,  
Ego quoque offerre possum corpus C H R I S T I,  
& hanc potestatem ab episcopo accepi. is namque  
mihi apposito pane dixit: Frange, & accipe po-  
testatem offerendi corpus & sanguinem C H R I-  
S T I. inuentiones enim hæ uestræ à CHRISTO  
ipso detectæ sunt. Nam inquit: Nemo tollit ani- Io.10.  
mam meam à me, sed ego pono eam à meipso, quia  
potestatem

potestatem habeo ponendi animam meam. Sed et pi-  
 latus, dum sibi hanc arrogaret potestatem, temerita-  
 tis suae deprehensus fuit. illi enim C H R I S T V S di-  
 Io. 19. xit: Non haberes in me potestatem, nisi tibi datum  
 fuisset desuper. ideo necesse fuit ut per spiritum san-  
 ctum semetipsum offerret immaculatum Deo. Cur igit  
 tur uos non pudet, quod solius C H R I S T I est auto-  
 ritatis ac potentiae, usurpare sed non amplius impo-  
 netis fidelibus. impietas namque uestræ, quas (qua-  
 uera est auaritia ac cupiditas) confinxistis, agno-  
 uerunt. et sacris literis fidem adhibentes, dicunt: Do-  
 minus noster I E S U S C H R I S T V S formam ser-  
 ui accepit, usque ad mortem patri obediens, pro nobis mor-  
 tem gustans, ad profligationem peccati per hostiam  
 suam semel apparuit, et semel oblatus est ad multo-  
 rum tollenda peccata. unde factum est, ut per obla-  
 tionem eius semel factum in sempiternum sanctifica-  
 ti simus. nam unica oblatione offerens semetipsum,  
 ingressus est in celum, ut appareat uultui Dei pro no-  
 bis, non ut sepe offerat semetipsum. Postquam enim  
 ex uirtute Dei surrexit a mortuis, propter passio-  
 nem gloria et honore coronatus est, et accepit no-  
 men quod est super omne nomen. sed et in ipso diui-  
 nitatis plenitudo corporaliter inhabitat, et accepta  
 omni potestate in celo et in terra a Deo patre, ca-  
 pte ecclesiæ constitutus est, et in omnibus primatum  
 tenet, ac supra omnes caelos uerus Deus omnia in o-  
 mnibus operans, sedet ad dexteram maiestatis in ex-  
 gelsis: et potestatem accepit a Deo patre, ut iudicet  
 omnem

omnem carnem. & credimus eum tunc tantum cor-  
 poris sui ueritate ad nos uenturum, seseq; omnibus  
 nobis manifestaturum, ubi uiderimus eius inimicos  
 scabellum pedum illius poni, cum uidelicet uenerit  
 iudicare uiuos & mortuos. His igitur diuinis testimo-  
 nijs C H R I S T I fideles muniri, uobis qui C H R I-  
 S T V M de cœlis in uestris missis detrahere dicitis,  
 non credent: scientes quoniam oportet cœlos ipsum  
 recipere usq; in tempora restitutionis omnium. Abe-  
 act. 4.  
 antiq; uir missæ uestræ, & sinite ut sermo Dei cur-  
 rat, qui corpus C H R I S T I ab oculis nostris abla-  
 tum esse testatur, eumq; in die tantum iudicij ad nos  
 uenturū docet. Quod si, ut fingitis, C H R I S T V S  
 de cœlis descen deret in manus uestras, dum innume-  
 ris illis gesticulationibus uos coram populo tam egre-  
 giæ exercetis, C H R I S T V S continuò nobiscum in  
 mundo esset. nam et si unusquisq; uestrum Christum  
 unum deuoret, innumeritamen C H R I S T I apud  
 uos carceribus mincipati detinentur. Verba ipsius  
 C H R I S T I perpendite, quibus se corpus suum à  
 nobis auferre dicebat. Inquit enim: Pauperes semper Io. 12.  
 habebitis uobiscum, me autem non semper habebitis.  
 Relinquo mundum, & uado ad patrem. Modicum,  
 & non uidebitis me, quia uado à patrem. Ego post-  
 hac nō ero in mundo. Expedit uobis, ut ego uadam.  
 his enim abiero, paracletus non ueniet ad uos. Va- Io. 14.  
 do parare uobis locum. Adhuc modicum, & mun-  
 dus me iam non uidet. Si diligeretis me, gauderetis u-  
 tiq; quia uado ad patrem. cum essem cum eis, ego Io. 17.  
 seruabam

seruabam eos in nomine tuo: nunc autem ad te uenio:  
An non uidetis quemadmodum his uocibus C H R I  
S T V S corpus suum de hoc mundo prorsus abstulerit?  
nec ea conditione abstulit se, ut singulis diebus in  
panis innumeris frustulis insit, eo quod quinq; uer-  
borum ui descendere cogatur. Nam si hoc fieret, an-  
gelorum uerba quib. apostolis C H R I S T V M qui

A&t.1. ascendebat in coelum insipientib. dictum fuit, cum ita  
rediturum, quemadmodum uiderant illum ascendentem,  
falsa essent. Si igitur assumptus est a nobis, nobiscum  
non est: nec erit, nisi cum uidebimus eum reuerti eo  
modo quo abiit, in nubibus uidelicet celi. Quin et

Luc.21. C H R I S T V S ipse non alio modo se in mundure  
diturum esse prædixit, quod tum cōpleri uidebimus,  
cum uenerit una cum angelis suis in flâmine ignis dan-  
tis uindictam ijs qui non nouerunt Dcū, et qui non

z. Thes.1. obediunt euanglio Domini nostri I E S V C H R I  
S T I. interim uero corpus eius aberit a nobis, licet  
secundum diuinitatem suam, spiritum, ac uirtutem no-  
biscum, et ubique sit. hoc enim pollicebatur, dum dixit:  
Vobiscum usque ad seculi consummationem. Nec di-  
catis, ipsum corpore quoque ibi adesse, ubi cum diui-  
nitate adfuerit, nam sic uera humanitatis ratio tolle-  
rebat, quæ eodem in tempore plura non potest occu-  
pare loca. Quod si ibi adesset corpore, ubi manet di-  
uinitate, nunquam ab angelis dictum fuisset mulieribus:  
Surrexit, non est hic. Nec Euāgelistæ dixissent: Verit  
I E S V S ad discipulos suos ianuis clausis. utrobius  
enim corpore affuisset, sicut aderat diuinitate. Por-  
tentum sum

tentosum igitur mendacium tuetur, qui hoc defendit:  
 & Augustinus mendacium eius conuincit, quia ostendit  
 corpus CHRISTI quod a mortuis resurrexit, in u-  
 no tantum loco esse oportere, & eius uerba in Decre Tract. 30.  
 tis patrum uestrorum relata sunt. Nec propterea quia super Io.  
 CHRISTVS coelos ascenderit, corpusque suum na-  
 turale nobis usque in finem seculi relinquere noluerit,  
 conqueri debemus, ac si nos maximo amore non sit  
 prosecutus. Quin potius eum nobis hac in causa con-  
 suluisse dicamus. Nam dum ascendit in coelum, sum-  
 mopere spem nostram erigit, ita ut certo statuamus  
 nos quoque qui in eum credimus, illuc quandoque ascen-  
 suros esse. Absurdum siquidem foret, ibi caput no-  
 strum uidere, quod nunquam nos, qui eius membra su-  
 mus, perueniremus. Ideo CHRISTVS antequam  
 coelos ascenderet, saepe ad hanc spem nos erigere uo-  
 luit, ut cum dicebat ad patrem: Pater, quos dedisti mi-  
 hi, uolo ut ubi sum ego, & illi mecum sint, & uideant IO. 17.  
 claritatem quam dedisti mihi. & ad apostolos: Vado,  
 ut patre uobis locum:uterum ueniā, & assumā uos ad me IO. 14.  
 ipsum. Et si ob eius abscessum modestia aliqua fide  
 libus futura erat, illa regni coelestis expectatione de-  
 leuit, ac spiritu consolatore misso leuauit. Impie igitur  
 nos papistae illud uestrum corpus CHRISTI reale  
 ac naturale configitis. hoc est preceptum illud, cuius  
 causa plerique CHRISTI religionem detestantur,  
 que namque religio tam absurdus fuit, ut panem adora-  
 rit? quis igitur uestra non derideat insaniam, ac scelus  
 in CHRISTI maiestatem non detestetur? Pistorum  
 potestatem

farinam subigunt, eamq; in medio candenis ferro  
 leo imuncti comprimunt, ac panem conficiunt: uos bi-  
 strionū more induti hoc accepto pane, eoq; sursum,  
 deorsum, prorsum, retrorsum, dextrorsum ac fini-  
 strorsum nullies circumactio, tandem leui quodam  
 somno correpti, euigilatis, ac eleuatis oculis in cœlū,  
**CHRISTVM** rogatis ut in manus uestras descen-  
 dere uelit: & sic prolatis à uobis his uerbis, HOC  
 EST ENIM CORPVS MEVVM, ex opere operato  
**CHRISTVM** dicitis in manus uestras descente-  
 disse: & quod antea panis erat, in substantiam cor-  
 poris quod **CHRISTVS** ex Maria uirgine assun-  
 psit, commutatum esse: & hoc proprijs manibus po-  
 pulis uorādum præbetis. O' populorum cæcitatem.  
 si à uera **CHRISTI** fide alieni non essetis, ac eius  
 euangelio, magisq; impiorum hominum fabulis cre-  
 deretis, notum uobis esset, quod reale corpus **CHR**  
**STI** non potest à quoq; ore corporis manducari, nec  
 non sciretis, quod eis manducaretur, nihil tamē pro-  
 desse posset: utrumq; enim **CHRISTVS** ipse do-  
 cuit. nam dum de hoc cibo quādoq; cōcionatus esset,  
 quidam ex sermone cius scandalizati fuerunt, ac si  
 dixisset hominem uitam habere non posse, nisi cor-  
 pus eius realiter ac corporaliter dentibus tereret, &  
 sanguinem biberet: sed uerborum suoru sententiant  
 ueram uoluit exprimere. ideo his qui scandalizati fue-  
 rint, dixit: Verba quæ locutus sum uobis, spiritus &  
 uita sunt: caro non prodit quidquā. Quibus uerbis  
 innuit, mandationem de qua disseruerat, non car-  
 nalcens

nalem, quæ de omnibus fieri deberet, esse: sed spiritualem, quæ fide perficitur. nam si carnaliter corpus ēius a nobis māducaretur, nihil sanè prodesse posset, quia ex carne non nisi caro gigni potest: quod uero ex spiritu nascitur, spiritus est. Quid igitur utilitatis fidèles a nobis hauriunt, dum frustulum panis capientes, prauaq; doctrina imbuti, putant se uerum illud corpus C H R I S T I quod crucifixum fuit manducare? Agnoscere saltem deberent, quoniam quod accipiunt, in uentre uadit, et per secessum emituntur: sed dicitis, Species seu accidentia panis, non autem eius substantia, emittitur. nam substantia panis, in substantiam corporis C H R I S T I mutata fuit. Dicite autem mihi, quomo lo accidentia illa panis, quæ ante corpus C H R I S T I obtegebant, ab ipso corpore separata sunt? et postquam separata sunt, quō ab ijs uera caro C H R I S T I? In corpus quidem assumens hominis conuerti non potest. nam sic C H R I S T V S non animæ sed corporis cibus, sicut et alia quævis caro, extaret: sed nec in animam pertinere non potest. Quis Lucianus magis ridicula unquam excogitauit? Pudeat igitur uos missas istas ad celum usq; attollere, pudeat uos coram populo mimicas illas gesticulationes histriorum more ac circuitum peragere. nam neq; C H R I S T V S, neq; apostolorum aliquis, huiusmodi ridicula ecclesiæ C H R I S T I obseruanda dederunt: seria tantummodo, pia sancta q; pertractarunt: sed satanas impiissi

mi Antichristi auxilio isthac in Dei ecclesiā inueni-  
xit : ut pro C H R I S T I corpore panē offerēs, illos  
deciperet. Ideo indumentis illis, argēto, auro, gēmisq;  
contextis illud circūdari uoluit . thura, funeralia, uree-  
os, cruces, cereos, instrumēta musica addidit, ut un-  
diq; populus ueluti ad uitulū aureū adorādum acce-  
reret, dicens : Hic est Deus tuus, qui eduxit te de ter-  
ra peccati. ô Deus bone, quāto honore Missam hanc  
per traclandam esse dicitis, nam altare ferro incisum  
esse debet, in quo ossa mortuorū ex quæda alia inclu-  
datur. oleo ac cera intūgatur oportet, linte amībusq;  
trib. tegatur. Sacrificuli indumenta, ac cingula ab e-  
piscopo benedictātur: calix, ex cætera quæ ad ipsum  
pertinet sancta sint. Mirū præterea est, quot pecca-  
ta, quot scelerā in huius celebrationē fieri coītingat,  
si aliquis quæ obseruanda sunt, non obseruet. nam si  
sacrificulus amēquam Missam celebrare incipiat, ma-  
tutinas horas non absoluerit, peccataq; sua non con-  
fessus fuerit aliij sacrificulo, aut propositum confi-  
tendi non habuerit, aut uestibus non benedictis in e-  
ius celebrationē usus fuerit, aut aliquam omiserit,  
grauiiter delinquit. Si uerba canonis clare ac distin-  
cta qualibet uoce nō dixerit, aut aliquod uerbū pre-  
termiserit, aut quæ secretō dicenda sunt clara uoce  
protulerit, aut aliquid quod ad canonē nō pertineat,  
dixerit, aut quempiā alloquatur, si crucē aliquam ex  
his quæ fieri præcipitur neglexerit, grauiiter peccat.  
si aquā uino non miscuerit, aut corporis fragmentum  
uel sanguinis guttula in terrā cadat, etiam si supra ster-  
cus cade-

eus caderet, à sacrificula ipsa lingua excipi debet: si  
 super altaris linteamina ceciderit, cōburi debent: ci-  
 neresq; in loco aliquo per episcopi manus benedicto  
 ac sacro honorifice recōdi debent. si araneus aut mu-  
 scacalicem ingrediantur, aut comedenda sunt anima-  
 lia illa, aut comburenda, & intra cæteras reliquias  
 reponēda. Si Missa idiomate aliquo celebretur quod  
 populus intelligat, sacerdos tanquam hæreticus ac  
 schismaticus condemnari debet. si iejuno stomacho  
 non celebretur, mortaliter peccat qui eā celebrarit.  
 Sic clericus dum corpus C H R I S T I attollitur, cere-  
 os non accēdat & cāpanula per eum non pulsetur,  
 aut sacrificuli posteriores partes non detegat, & ip-  
 se grauiter errat: ac uerberibus est edocēdus, ne post-  
 ea huusmodi peccata nō sine totius populi scandalo  
 cōmittat. Populus deniq; si hanc nō iejuno stomacho  
 audiāt, nihil illi prodest: si dum panis aut uinum at-  
 tollūtur genibus, non procūbat, ac peccatorū suorum  
 inde uenia petat, mortaliter peccat. Si quoq; recedat,  
 antequā à sacrificulo benedicatur, Missa illa ne tam il-  
 lum quidē prodest. Si aliquis dicat omnia bona illius  
 sacrificij sacrosancti caussa à Deo obtineri nō posse,  
 hæreticus habetur, ac comburitur. Sed ubi in hac  
 tragocoœdia, quam Missam uocatis, elucet uesti-  
 gium coenæ Dominicæ, quam Dominus I E S V S  
 in qua nocte tradebatur instituit? Quis uos docuit, ut  
 panem populo non ad manducandū, sed adorandum  
 ostendatis? an fortè dixit Paulus, Cum conuenitis ad  
 uidendum & adorandum: nequaquam: sed dixit, Ad

manducandū? Vbi C H R I S T V S p̄cepit, ut uos  
 Cor. ii soli manducaretis ac biberetis: quin potius ipse p̄-  
 cepit, ut omnes ex eodem pane manducarent, & ex  
 eodem calice biberent. Et Paulus nō alia ratione ce-  
 nam Dominicam apud Corinthios fieri uolebat, nisi  
 Matth. 26. quemadmodū p̄ceperat C H R I S T V S. ideo di-  
 cebat: Ego accepi à Domino, quod & tradidi uobis:  
 & cum C H R I S T V S dixerit se cœnā illam insti-  
 tuisse, non quidē ut eius corpus nobiscū perpetuò ma-  
 neret, ut scilicet corporis eius sacrificio s̄pissimè per  
 acto remissionē peccatorū facilius ac cōmodius habe-  
 re possemus: sed ut ipsius celebrationē, sacrificij quod  
 semel corporis sui mox facturus erat, perpetuō memo-  
 res essemus, cur uos non Cœnā, sed Missam appellā-  
 tis: hancq; sacrificium tam pro uiuis, q̄ pro defunctis  
 esse dicitis: quomodo igitur uerba C H R I S T I ex-  
 ponentis, Hec quotiescunq; feceritis, in me m̄m cōme-  
 morationem facietis: quomodo illa Pauli, Quoties-  
 cunq; māducabitis panē hunc, et calicē bibetis, mor-  
 tem Domini annūciabitis, donec ueniat? Non adeo à  
 uerbo Dei errabant prisci illi qui dicebāt: Deus, qui  
 nobis sub sacramento mirabili passionis tue memorā  
 reliquisti, tribue quæsumus ita nos corporis et sanguī  
 fructum in nobis iugiter sentiamus. Quibus uerbis  
 uos tamen non creditis, et si eorum autoribus glorie-  
 mini: uerūm picarum more canitis quæ non intellig-  
 tis. illi enim sacrificij tantum memoriam uocarunt,  
 nos uero sacrificium pro peccatis esse dicitis. sed

Sed audiant C H R I S T I fideles, quónam pacto Dominicæ  
 C H R I S T V S ecclesiæ suæ in hac cœna consolute-  
 rit, quaq; ratione celebrari debeat. Hanc instituit,  
 cœnæ ra-  
 cum ut eius fideles qui suæ natura propter Adami  
 peccatum facile Dei beneficiorū obliuiscuntur, per  
 eam tanquā per signū quoddā sanctū diuimumq; ab i-  
 psius Dei unigenito institutū, ad memoriā perpetuō  
 reuocare possint, quemadmodū ipse C H R I S T V S  
 propter eorū peccata mortuus, eos à satana ac aet-  
 erna morte liberarit, ac Dei filios, regniq; aeternihare  
 des constituerit: iū quoq; ut ipse met C H R I S T V S,  
 nunquā ecclesiæ suæ deesset, quin eam perpetuò pro-  
 prio corpore cibaret, ac proprio sanguine potaret.  
 Quoniam igitur Deus à fidelibus suis non tantū re-  
 quirit, ut ad tempus credant, sed ut etiā in fide perse-  
 uerent: ideo ut eorū fides magis magisq; indies exer-  
 ceretur, augereturq; ac firmaretur in publica depræ-  
 dicatione beneficiorum per mortem C H R I S T I  
 sibi collatorum, sacrosanctam hanc cœnam in ec-  
 clesia sua fieri instituit, in qua sub panis ac uini sym-  
 bolistum recordaremur eius quod nobis toties ex e-  
 uangelio annunciatum est, corpus uidelicet & san-  
 guinem C H R I S T I pro nobis tradita, ut nos mun-  
 daret ab omni iniquitate: tum quoq; ut eius corpus  
 manducaremus, & sanguinem biberemus. Quomo-  
 do autem sacrosanctum hoc C H R I S T I institutum  
 ac sacramentum in ecclesia exerceri ac fieri debet?  
 ea sane ratione ac ritu quo à C H R I S T O ordina-  
 tum, & à Paulo postea explicatum ac edictum est.

ut scilicet uniuersa ecclesia quæ in una aliqua urbe,  
 uel (si populus uidelicet ob eius multitudinem commo-  
 dè in unum cōuenire non potest) in eadem paroccia  
 unā conueniat, & omnes ex uno pane manducent,  
 & ex uno calice bibant: præmissaq; prius de benefi-  
 cio mortis C H R I S T I prædicatione, huiusmodi ce-  
 na celebretur. & populus sibi persuadere non debet,  
 panē hic māducari, neq; uinū bibi, ut ex eis corpora  
 alantur ac roborentur: sed rationem usus, cui CHRI-  
 S T V S hæc dicauit, consideret: uidelicet ut hu-  
 iusmodi panis esu, ac uini potionē, testetur se uerē cre-  
 dere, quod C H R I S T V S dum eam institueret cre-  
 dendum proposuit, C H R I S T I scilicet corpus pro-  
 ecclesiæ salute morti traditū. Quisquis igitur ad co-  
 nam hanc accedere querit, diligenti examine semet-  
 ipsum prius probet, an uerē ex toto corde C H R I-  
 S T O uni hominū redemptori fidat, an omnimodam  
 salutis suæ spem in uno C H R I S T O collocarit, an  
 idolis omnibus, ac omnibus satanæ ac Antichristi  
 mendacijs, quibus pleriq; homines tanquam salu-  
 tis suæ autoribus fidunt ualedixerit, huiusmodi men-  
 dacionum genera, sunt indulgentiæ Papistice, pe-  
 regnations uane, sanctorum iuuocationes, ca-  
 dauerum cultus, operum quorumcunque fiducia,  
 qui itaque omnibus his se renunciasse prorsus no-  
 uerit, & unicum tantummodo C H R I S T V M  
 tanquam salutis suæ anchoram amplexum esse, tu-  
 to alacritéque cum timore Domini aspersus cor &  
 conscientia mala ad mensam Domini sacro sanctam  
 accedat,

cedat, & gratias Deo agat super inenarrabili  
 eius dono, in eo gaudeat ac glorietur: tuncq; cer-  
 to statuere poterit, se ueram C H R I S T I fidem  
 habere, cum uidelicet lubentissime uerba Dei audit,  
 cum tales erga Deum se habere animum cognoscit,  
 quem filius erga patrem habet, ut scilicet uehemēti  
 desiderio Deum honorare optet, non uerbis tantum  
 modo dicens, Domine Domine: sed factis semetipsum  
 de die in diem innouando in iustitia ac sanctitate, car-  
 nem suam cum uitijs & concupiscentijs crucifigēdo,  
 & omne opus bonū subsequendo. Qui itaq; hæc sibi  
 à Deo donata cognoverit ac senserit, ad Domini cœ  
 nam accedat: ac beneficia quæ à Deo per I E S V M  
 C H R I S T V M accepit contēpletur, ac semetipsum  
 consoletur in huius diuinae cœnæ celebratione: consi-  
 deretq; quod C H R I S T V S cum nos Deo patri in  
 proprio sanguine reconciliarit, sub panis ac uini sa-  
 cramento, ut à nobis illud beneficium in memoriam  
 reuocaretur, instituit: ut per hoc agnosceremus De-  
 um patrem uerum ac optimum esse ecclesiæ sua pa-  
 trem familiās: cum eius nō modò corpus, uerum etiam  
 animam pascat, ac uitæ æternæ spe munit, ac fortē  
 reddat aduersus quoscunq; mundi, carnis, ac satba-  
 na ictus. Quæ omnia communione corporis, ac san-  
 guinis filij sui fieri dignosci potest, quorum uoluit  
 esse signa panem & uinum: per hæc enim nobis in-  
 nuitur, quod quemadmodū panis alit, nutrit, confir-  
 matq; corpora nostra, uinumq; illa lœtificat: ita nos  
 corpore Domini nostri I E S V C H R I S T I ac eius

sanguine quē pro nobis fudit, adeō robustos reddit, ut  
 mortale ac corruptibile corpus hoc, cœlū ipsum con-  
 scandere p̄ssit: adeō lētos efficit, ut in tribulationib.  
 quoque lētemur: adeō fortes, ut nihil à charitate &  
 amplexibus Dei separare nos possit: adeō hilares, ut  
 etiam in morte ipsa cantaturi simus in cordibus no-  
 stris Domino. Hęc omnia assequi debent qui CHRI-  
 STI carnem spiritualiter manducant, ac eius sanguini  
 nem bibunt, hi enim fructus sunt, qui dignè cœnanti  
 bus communicantur: his uidelicet qui CHRISTO  
 totis uisceribus adhærent, credentes nullum aliū pra-  
 ter CHRISTI TV Minueniri posse panem uitę ater-  
 nę. Ex his patet, me panem & uinum, non pura ac  
 nuda corporis & sanguinis CHRISTI signa sta-  
 tuere, quę tantum hęc significant, & hęc nobis in  
 memoriam reuocent: sed dico in illis exhiberi quod  
 significant, uidelicet corpus & sanguinem CHRISTI.  
 At hoc non omnibus comedentibus & biben-  
 tibus exhiberi dico, sed his tantum, qui fide, que est  
 os animę, in cœlum ascendunt. neq; enim Caperma-  
 ta sum, qui naturale ac proprium Dominū mei E-  
 SVCCHRISTI corpus è cœlo detrahere uelim,  
 ac uorare. Caueat igitur unusquisq; ne ad hanc cœ-  
 nam accedat, nisi prius semetipsum probarit, an sci-  
 licet ea uerè credat quę credenda illi sunt, an scele-  
 rum suorum eum uerè pœnitiat, an fratre suum uerè  
 diligt, an illi ex corde condonarit. quicunq; enim so-  
 Christianos profiteri uolunt (quod sanè in coena hac  
 sacrosancta fit) hęc omni i facere tenentur. Quod si  
 hęc

huc negligant, qua conscientia poterūt ad coenam accedere, ut ibi cœnando protestentur se esse ex populo Dei: Promissiones in corpore & sanguine C H R I S T I factas ad se pertinere? se membra, fratres, cohæredesq; I E S V C H R S I T I, ac Dei filios esse? O misera illius conditionē, qui sine uera C H R I S T I fide ad coenam illam accedit. nam ficte ac indigne manducat: & licet fidelium oculis imponat, Deus tamen qui scrutatur renes & corda, non irridebitur. nam ueluti alter iudas non corpus C H R I S T I manducat, neq; eius sanguinem bibit, sed tantum panem & uinum, atq; una cum his iudicium sibi manducat ac bibt. Si quis igitur est fornicator, aut avarus, aut idolis seruiēs, aut homicida, aut periurus, aut maledicus, aut blasphemus, aut fur, aut cōtumeliosus, aut parentibus inobediens, aut alienorum appetens, a Domini mensa abstineat: quod si huiusmodi palam ecclesiam scandalō suo offendit, nec admonitus fese corrigere uoluit, cum eo potum cibumq; illum Dominicum non sumat ecclesia. Qui itaq; praeerit eccliae, infirmi huiusmodi fratribus saluti inuigilet, & eum à mensa arceat, ut confusione accepta, peccatum suum agnoscat, defleat, ac ab eccliasi ueniam petat, & sanguine in posterum uiuat, ut sic sanatus, dignè partem ac uinum Domini cum fidelibus sumere possit, ac salutiferos fructus inde percipere.

Quidam ex circumstantibus murmurabant, dicens intra se: Satius huic misero sane fuisse tacuisse, quam ita audacter locutum fuisse.

Hos uero cum audisset Eusebius: Hæc locutus sum  
uobis, inquit, quia non timeo eos qui occidunt corpus,  
animum autem non possunt occidere. Nec miru uobis  
hoc sit: nam & leges uestræ dicunt: Quilibet semper  
tenetur ad fidei defensionem, & causam redditum, ui-  
23. q. 8. qui-  
cunqz.  
83. dist. er-  
ror.  
ii. q. 3. qui-  
quis.  
torem, iram Dei in me prouocarem.

Surrexerunt tum quidam alij qui claves scientie  
tenentes claudebant regnum cœlorum, ita ut non so-  
lum ipsi non intrarent, sed nec alios sinerent, ut euas-  
geliu ueritatem cognoscentes intrare possent, ac Eu-  
sebio dixerunt: Quid tua refert, ut pudenda nostrata  
acriter ubiq; locorum ac gentium iniulges ac repre-  
hendas? Putas forte nos hac in re adeò cæcos ac men-  
te captos esse, ut nesciamus quomodo res sese habe-  
ant: scimus equidem apostolos panem ac uinum nun-  
quam adorasse, nec etiam populis ut adorarent o-  
stendisse, legimus enim apostolicæ ecclesiæ fideles no-  
in adoratione, sed in fractione panis communicasse:  
& Paulum dixisse, Panis quæ fr̄agimus, & non cor-  
pus quod immolamus. &, Quotiescunq; manduat-  
bitis panem hunc, scripsisse: nō, corpus CHRISTI  
scimusq; uerba ipsius CHRISTI, Hoc est corpus  
meum, de pane illo quem manib. tenebat dicta fuisse,  
sed mystice, qua demonstratione corpus CHRISTI  
quod crucifigendum erat, indicaretur. non enim tan-

tam dixit, Hoc est corpus meū: sed addit, Quod pro  
 uerbis tradetur. Quibus uerbis dilucide agnoscimus,  
 panem non esse corpus C H R I S T I, quod in cruce  
 pro nobis traditum fuit, sed signum ipsius ueri corpo-  
 ris, quod uerè paulopost à Iudæis capiendum, fla-  
 gellandum, ac crucifigendum erat. Nec secus nos coe-  
 nam Dominicā pertractare deberemus, quām in pri-  
 mitiuā ecclesia pertractata fuit. namq; sic faciendum  
 nobis esset, non solū ut C H R I S T I doctrinā pure  
 ac sincere tractaremus: sed etiā ut decretis nostris obe-  
 diremus. hæc enim nobis præcipiūt, ut ea obseruemus  
 que in primitiuā ecclesia obseruabantur. Sed quoni-  
 am hinc haurimus aurum, argentum, prædia, alimen-  
 ta, & quibus induamur, ideo doctrinam quam in po-  
 pulos nostros inueximus, defendere uolumus: &  
 quanvis dictum sit nobis à decretis nostris, quod ad  
 fidem suscipiendam nullus sit cogendus: tamen uelint  
 nolint populi, uolumus ut ea credant, que nos eis cre-  
 denda proponimus, ac eos igne perdimus qui ea de-  
 struere moliuntur. Scias præterea Eusebi, quod nobis  
 perspectissimum est, calicem illum non C H R I S T I  
 sanguinem, sed uinum continere: C H R I S T V S e-  
 nim hoc clarius ostendere non poterat, cum uidelicet  
 calice apostolis bibendū tribuens, dixit: Non bibam Matth. 26.  
 amodo de hac genimine uitis: sed cōsultò in Missa hæc Marc. 14.  
 uerba negligimus, ne forte hinc occasionem cogno-  
 scandi ueritatem populi acciperent. Nos præterea  
 non fugit, quid hac in re Augustinus cæteriq; docto-  
 res senserint, quorum doctrinam cum eam compro-  
 bauerint

Dist. 92.  
cantantes.  
& eadē di-  
c. in sancta.

Matth. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

bauerint concilia nostra, reprobare non possumus.  
 Augustinus itaque dicit, uerum C H R I S T I cor-  
 pus in uno tamum loco esse posse: & quis iste locus  
 sit, exprimit. Inquit enim: Noli dubitare ibi nunc  
 esse Dominum I E S U M C H R I S T U M unde  
 uenturus est: memoriterq; recole & fideliter tene  
 Christianam confessionem, quoniam resurrexit a mor-  
 tuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Dei pa-  
 tris, nec aliunde uenturus est ad uiuos mortuosq; iu-  
 dicandos: & sic uenturus est angelica illa uoce te-  
 stante, Ire uisus est in cœlum, & eadē uisibili forma  
 atq; substancia, cui profecto immortalitatē dedit, na-  
 turam nō abstulit, secundū hanc formā non est putan-  
 dus ubiq; diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuin-  
 itatem hominis astruamus, ut ueritatem corporis au-  
 feramus: non est autem consequens, ut quod in Deo  
 est, ita sit ubiq; sicut est Deus. Et licet sententiam no-  
 stram quibusdā C H R I S T I sermonibus tueamur,  
 ut cum dixit, Nisi manduaueritis carnem filii ho-  
 minis, & biberitis eius sanguinem non habebitis ui-  
 tam in uobis: scimus tamē uerba illa figuratiuē intelli-  
 genda esse. sicut Augustinus nos docuit, dicens: Figu-  
 ra est præcipiens passioni Dominicæ esse communi-  
 candū, & suauiter atq; utiliter recondendū in memo-  
 ria, quod pro nobis caro eius crucifixæ ac uulnerata  
 sit. Augustini præterea uerborū recordamur, quibus  
 dixit panem nō corpus suum, sed corporis sui signum  
 esse. dicit enim: Non dubitauit Dominus dicere,

De doct.  
Christ.li.3.  
cap.

Contra A-  
dam Man. Hoce est corpus meum, cum nihilominus signum daret  
corporis

corporis sui. Ac non ignoramus, quid idē quoq; dicat  
super illa C H R I S T I uerba quibus dixit, se locu-  
rum fuisse uerba spiritus & uitæ. dicit namq; spiri-  
tus & uita sunt, idest spiritualiter intelligite. non e-  
nim corpus quod crucifixuri sunt Iudei, neq; san-  
guinem quem effusuri sunt manducaturi estis. Quibus  
ex uerbis intelligimus spiritualē quandam esse man-  
dationem corporis & sanguinis C H R I S T I:  
quam ipse Augustinus fide inquit fieri, dum dicit,  
Credet, & manducasti. Et licet sēpē numero panem  
ac uinum, corpus ac sanguinē C H R I S T I esse dicat,  
noscimus tamen hoc ab illo ratione representationis  
& significationis dici, sicuti & dies Paschæ uocatur  
Pascha, eo quodd sacramenta earum rerum nomina  
assununt quarum sunt signa. Eusebius preterea in-  
quit: Quod eis Constantinus Imperator in C H R I-  
S T I ecclesiam ingressus esset, non tamen signū Do-  
minice mortis statim accepit. En quomodo Eusebius  
panem non dicit naturale corpus esse C H R I S T I,  
sed signum Dominicæ passionis. Ambrosius quoque  
super illi Apostoli uerba, Mortem Domini annun-  
ciabit, inquit: Quia morte Domini liberati sumus,  
huius rei memores in edendo & potando carnem &  
sanguinem, que pro nobis oblata sunt, significamus.  
Et Hieronymum habemus, qui exponens uerba  
C H R I S T I, Accipite & manducate, dicit: Post-  
quam typicum Pascha fuerat impletum, ad uerum  
Paschæ transgreditur sacramentum: ut quomodo in  
præfiguratione eius Melchisedech summi Dei sacer-  
dos

De consec.  
dist. 2. non  
hec.

De consec.  
dist. 2. ut  
quid.

Ad. Bonif.  
ep. 13.  
Eccl. hist.  
li. 9. c. 9.

De consec.  
dist. 2. quia.

dos fecerat, ipse quoq; ueritatem sui corporis & san-  
 Etym. 1. 6. guinis repræsentaret. Isidorū Episcopum Hispalen-  
 sem idē sensisse scimus. Inquit enim: Panis ac uinum  
 prece mystica, & prolatione uerborū CHRISTI  
 consecratur in memoriam pro nobis Dominice passi-  
 onis. Pōtifices quoq; aliquot habemus, qui rem quo-  
 modo se h̄aberet aperte dixerunt. Gregorius namq;  
 ille magnus, super illa uerba, Hęc locutus sum uobis  
 apud uos manens, dicit: Verbum incarnatum & na-  
 net & recedit: recedit corpore, manet diuinitate.  
 Quod tamē non dixisset, si illū reuera in frustulo pa-  
 nis habere possemus. Gelasius præterea noster & il-  
 le Papa, in concilio Romano testatus fuit, in Eucha-  
 ristia ita permanere naturam panis & uini, sicut in  
 CHRISTO manet substantia & natura hominis  
 De consec. coniuncta diuinæ. Quid plura? Glossa quoq; nostra  
 dist. 2. com inquit, panem significare corpus Christi, & calicem  
 perimus. sanguinem Domini repræsentare: ideo recte ab Augu-  
 stino dictum est, nihil miraculi ibi fieri. Hęc omnia  
 li. 3. c. 10. optimè noscimus. Sed quoniā de amplissimis obla-  
 tionibus quas ex missis colligimus actum esset, si por-  
 puli rei ueritatem agnoscerent: ideo cum à uobis Lu-  
 teranis in angustias redacti sumus, ac urgemur, per  
 quasdam conciliorum, ac constitutionum nostrarum  
 ambages circumimimus: & quando defensioni nostra  
 nullum nobis amplius superesse locum uidemus, ad  
 Dei omnipotentia confugimus, ac dicimus nihil esse  
 impossibile apud Deum: ideo rationibus non esse in-  
 quirendum, quo nam pacto panis in corpus, & ui-

In Homil.  
Pentec.

Gelasius.

num in sanguinem C H R I S T I conuertatur. Sed tam  
men hanc nostrā rationem nihil ualere cognoscimus.  
in rebus namq; fidei, nō quid Deus facere possit, sed  
quid fecerit ac docuerit, querendum est. ideo frustra  
dicimus, Deū omnipotentia quæ nullis clauditur ter-  
minis facere potuisse, ut eadem caro idemq; corpus  
C H R I S T I plura occupet loca, ut nullo non con-  
tineatur loco, ut ubiq; esse possit, ut quavis careat  
specie, nam cum sciamus C H R I S T V M fratrib.  
suis per omnia (præter peccatum) assimilatiū esse, ne-  
cessē est ut dicamus eius carnem eandem prorsus ma-  
nere, nec ullā præter gloriæ ex infirmitate mutatio-  
nem adeptā esse: ita ut si quis dicat, quatenus caro est  
corpus, certis constare dimensionibus, unoq; ali-  
quo loco eodem tempore contineri, is nihil à rei natu-  
ra alienum & absurdum dicere uideatur, ideo nobis  
fatendum est, sicut Deus uult ignem esse ignem, &  
aquam esse aquā, ita uult carnē esse carnem. Cum igit  
barrem ita se habere noscamus ex plurimis sacræ scri-  
ptis & testimonijs, & priscorū patrū sentenijis frustra  
ad Dei omnipotentiā tanquā in tutissimam arcē confu-  
scimus: & scimus bucellā hanc quā populo adoran-  
dam proponimus, à statua illa Babylonie regis figura-  
tam suisse: illā enim ad sonum cornu, tubæ, citharæ,  
sambucæ, nabli, symphonie & omnium instrumen-  
torum musicorū Babylonij procidentes adorabant.  
quod uero si quis adorare nolebat, in fornacē ignis ar-  
dens mittebatur. Hanc & quæ ad sonū organorū, cam-  
panarumq; procumbentes populi adorant: & pecto-

ra percutientes, terram osculantes, ac innumerā suspiria emittentes, lachrymas profundentes, delictorum suorum (cuiusvis generis illa sint) ueniam ab hac petunt. Quod si quis rei ueritatem agnoscat, ideoque una cum alijs insanire ac illā adorare nolit, mox in ignem coniicitur. Quantum uero ad ea quae in Missa fieri continentur, & oculis subiecta sunt, non à CHRISTO, neque ab apostolis (quemadmodum populi credunt) ordinata fuere, sed ab hominib. singula aut impie contraria. Dei uerbum excoigitata, aut aliunde comportata, in eumque ordinē redacta quē hodie seruari uolumus. Si quis enim concilia, decreta, Volaterranū, Sabellici, Platinamque, ac huiusmodi qui ecclesiæ nostræ acta ac constitutiones describunt, perlegat, haec omnia quibus autoribus inuenta sint reperiet. Dicunt enim quod,

Felix 1. altarium consecrationem instituit, insitque ut in loco sacro tantummodo celebraretur, & ne quis nisi iniciatus celebraret.

Gaius 1. ostiarios, lectores, exorcistas, acolythos, subdiaconos, diaconos ac presbyteros, & episcopos consecrari iussit.

Pius 1. uetuit ne panis terram, lignum, aut linteum attingeret.

Stephanus 1. uestes sacerdotales, ac altarium tegumenta excoigitauit.

Sixtus 2. uetuit ne sacerdos uestibus sacris nisi in sacro loco uteretur.

Zepherinus 1. uasa que antea lignea in cena Domini adhibebantur, ut uitrea in posterū fierent instituit. Urbanus

Urbanus 1. uasa quæ uitrea apponebantur, uel  
carea, uel argentea, uel stannea esse præcepit.

Soher uasa quæ sacra uocamus, ne à mulieribus  
tangerentur, uoluit, ac decreto mandauit.

Symmachus Missam in cū ordinē digestit, quo eam  
hodie digestam conspicimus: licet multa quoq; post  
Symmachum ab alijs addita sint.

Vigilius, ut Missam celebrans faciem ad Orientem  
uerteret, mandauit.

Alexander 1. panem azymū, & ut uinū aqua com-  
mictum in Missa usui foret, præcepit. Canoniq; ad-  
iecit uerba illa: Qui pridie q̄ pateretur, & cæt. usq;  
ad uerba, Hoc est corpus meum. & peccata huius-  
modi sacrificio deleri docuit: ac ut una tantummodo  
Missa à singulis sacrificis diceretur, præcepit.

Damasus 1. instituit ut confessio in Missæ initio  
fieri deberet.

Cælestinus 1. Introitum Missæ largitus est.

Telephorus hymnum qui incipit, Gloria in ex-  
tensis Deo, addidit: ac ut ter in nativitate Domini à  
singulis sacerdotibus celebraretur, ordinauit.

Gelasius 1. collectas siue orationes, gradualia, ac  
Canonis principium interposuit.

Hieronymus Dalmata Epistolam ac Euangeli-  
um inseruit.

Marcus 1. Symbolum quod à concilio Niceno  
persanctè ex euangelij fontibus in ecclesiam à fideli-  
bus in Arriani dogmatis confusione cantandum  
deductum fuit, huic nostræ Missæ adiunxit.

Gregorius 1. statuit ut κυριελειτον ᾱ græcis in-  
tuatu nouies decataretur. Alleluia quoq; ex Hebreo  
rum idiomate desumptū adiecit, offertoriū addidit.  
Tres illas postulationes Canoni interposuit, & post  
cōmunionē antiphonas cani ordinavit, ac orationem  
Dominicā super corpus C H R I S T I decatari posuit.

Nothgerus Abbas S. Galli, primus sequentias ap-  
posuit, ac antiquas fere omnes ipse cōposuit: posteri  
aut hūc imitari uolentes, multas alias excogitarunt.

Syricius 1. orationem illam que incipit, Commu-  
nicantes, & cæt. Canoni adiunxit.

Leo 1. uerba illa, Sanctum sacrificium, imacula-  
catam hostiam, & cæt. ac orationem que incipit,  
Hanc igitur oblationem, inseruit.

Gregorius 3. addidit uerba Canonis que leguntur,  
& eorum quorum solēnitas hodie in conspectu  
tuae maiestatis celebratur.

Pelagius 1. mortuorum memorias fieri precepit.

Pelagius 2. quotidianam præfationem adiunxit:  
aliæ uero ab alijs quibusdam, sicut illis usum est, fa-  
ctæ, ac Missæ adhibitæ fuerunt.

Innocentius 1. osculum pacis sacerdotibus tan-  
tum dari mandauit.

Leo 2. ut & laicis quoq; daretur constituit.  
Sergius 1. Agnus Dei ter cantari in singulis Mis-  
sis uoluit.

Sixtus 1. hymnum qui incipit, Sanctus, ex Esaiā  
acepit, ac ut in Missa ter caneretur, decreuit.

Leo 3. thuris usum altaribus assignauit,

Inno-

Innocentius 3. Eucharistam in templis seruandā  
esse sanciuit.

Honorius 3. iussit ut in elevatione Eucharistie po-  
pulus inclinaretur, ac ut decenti habitu, ac lumine  
ad infirmorum aedes deportaretur.

Cum igitur hæc omnia sciamus, non opus est ut  
à quoq; ea nos doceamus, sed uelit nolit cum tacere  
uolumus. hac ex causa Berengarius Diaconus An-  
degauensis, quia rei ueritatem quemadmodū & nos  
cognoscimus nouerat, illa in vulgo disseminare uo-  
luit: sed à Benedicto nono hæreticus declaratus fuit,  
ac tandem ueritatē negare coactus fuit. hac ex causa  
cōcilia multa collecta furunt, uidelicet Vercellense  
sub Leone 9. Lateranēse sub Nicolao 2. Manu:num  
quoq; sub Alexandro 2. celebratum, contra Beren-  
gariū decreuit quod & Romanum sub Gregorio-  
7. collectum, fecit.

Hæc cum Eusebius audijisset, inquit: Non equi-  
dem mirum, si Daniel sub cornu illius typo uos ad-  
umbrans ait, uos oculos habere, sed ueh uobis quia  
peccatum uestrum quād maximum est. nam si cæcē-  
sseis, nō haberetis peccatum. Sed nunc uidere pos-  
sunt C H R I S T I fideles, uos propter auaritiam a-  
gnitam ueritatem impugnare, in spiritum sanctum  
peccare, Iudæ proditoris uicarios esse, cum Dei filiū  
in Misericordia uestra uendatis: eiusq; premium nō ino-  
pibus ac mendicis, neque in sepulturā pauperum  
peregrinorum detis, quēadmodū scribæ ac pharisæi  
sacerdūtēs fecerunt: Sed in detestabilissimos usus impendatis,

nempe in crapulas ac ebrietates, gladiatores, histrii  
nes, lenones, meretrices ac cinædos. Quomodo que-  
so cum huiusmodi tracteis merces, dicere poteris  
uos simoniacos non esse nam, ut scitis, simonia nihil  
aliud est quam receptio alicuius rei pro sepulturis,  
exequijs, & pro quocunq; sacramento. Ea igitur  
puniri deberetis poena, qua hi qui crimen lese maiestatis  
simoniae.

D. simonia.  
c. cum. in  
ecclesiæ.

15. q. 3. sanè statis admittunt. Sed hæc transeat, & populorum  
conscientias scrutemur. Qui enim fiet ut populi tu-  
tò, ac ut dicitis salua conscientia de manibus uestris  
panem illum sumant? iuxta namq; leges uestras,  
7. q. 1. me- lius est mori sine Eucharistia, quam de manu he-  
retici sacerdotis communicare. ideo à uobis nullus  
poterit bona conscientia communionem accipere?  
quia cum simoniaci sitis, uos quoque hæreticos esse  
dicendum est, ut Gregorius Nazanzenus testatur  
qui dicit, quod spirituali precio mercari, nihil alius  
est quam capitale crimen, ac simoniaca hæresis.

Gregorius  
Nazianz.

Respondit quidam iuris ponificij peritus, di-  
cens: Dicas quicquid uelis, hæreticus es: & illos  
De simon. quorum causa Missas dicimus, cogere possumus ut  
c. ad apo- nobis soluant. nam cum emere ac uendere Missas, mos  
c. ad apo- sit diuturnus, ideo obseruari debet pro lege. Quod  
stolicam.

Dist. 12. c. si dicant Luterani, simonia est tum in emente, tum  
diuturni. in uendente, mentiuntur: quia Papa hoc in negocio  
diuturni.

Dist. 13. dispensat. potest enim dispensare non solum contra  
ius naturale, sed etiam contra apostolicum. nec opor-  
tetur disputare an hoc agendo bene faciat, quia nemini  
etor. licet de eius iudicio disputare, quare necessario con-  
cluditur,

eluditur, quod qui dicunt oblationes, quae in eccl- 17.q.4. si  
tis fieri consueverunt, remouendas esse, incisti sunt, quis.  
quia aduersatur ecclesijs. Dimittamus uero huiusmo  
di sermonem, & referas nobis, an credas in sacrosan- Dist. 22, o<sup>m</sup>  
ctam confessionem, quae alicui nostrum fieri debet,  
queq; confessio auricularis uocatur.

Huic Eusebius: Confessio equidem peccatorum DE C O N-  
que Deo fu, inquit, pia ac sacrosancta, hominiq; salu F E S S I O N E  
tem querenti necessaria dicenda est. Ad Deum itaq; auricu-  
lari. accedendum est, nam ut ipse inquit, nullus præter  
ipsum iniquitates nostras delet, nec earum amplius Esa. 43.  
recordatur, dum nos coram ipso ingemiscimus. Hoc Ezech. 18.  
ludet illi nouerant, qui dicebāt: Quis potest peccata  
cum dicebat: Confitabor aduersum me iniustitiam meā  
Domino, & tu condonabis eam. Quod si quis se sa-  
cerdoti ostendere uelit, procumbat coram C H R I-  
S T O, qui est uerus sacerdos, accedes in sanguine suo  
ad Deum, semperq; uiuens ac interpellas pro nobis: Heb. 7.  
is euangelio credit, uni Deo per Dominum nostrum  
I E S V M C H R I S T V M fidat. sic enim remis-  
sionem peccatorū acipiens, iustificabitur: spiritum Rom. 8.  
adoptionis filiorū percipiet, quo ad opera carnis mor-  
tificanda agetur, & tandem uitæ æternæ hæres consti-  
tuetur, & gloriabitur in spe gloriae filiorū Dei. Cō-  
tinenter igitur uerborum C H R I S T I recordetur,  
quib. dixit: Qui credit in me, habet uitam eternam. neq; Ioan. 1.  
curet ut homines peccatorū suorū cōfessiones audiat,  
uiaj; corū vulnera sanare debeant. Quid ab illo au-

**Chrysost.**  
hom. 2. in  
ps. 50.

**Chrysost.**  
hom. 4. de  
Lazaro.

**De remis.**  
pec. i. q. i.  
ut eviden-  
ter.

**De cōsecr.**  
dist. 2. Itera-  
tur. ibidem  
dist. 4. ne-  
mo. i. q. i.  
gratia.

dire uolunt quis sit, qui tamē nolūt ab ipso audiri quā  
sint: sed peccata sua dicat, ut delean tur: & si confus-  
ditur alicui dicere quā peccauit, dicat ea quotidie in  
anima sua, non conseruo suo qui exprobret, sed Deo  
qui ea curet. Peccata sua super stratum suum con-  
teatur, ut ibi conscientia recognoscat mala sua. Non  
igitur in conseruorum suorum theatrum adducatur,  
non hominibus peccata sua detegere cogatur, repe-  
tit coram Deo conscientiā suā, ostēdat Domino uul-  
nera sua, & petat ab eo medicamenū: ostendat se ei  
qui nihil opprobret, sed humanissime curet: caucat  
homini dicere, ne exprobret. non enim conseruo est  
confidēdum, qui in publicum proferat: sed Domino,  
qui confitemis curam gerit. Quodq; Deus tantum-  
modo, et non homo, peccata hominib. remittere pos-  
sit ac condonare, patres uestrī testati sunt, corūq; no-  
tes intra leges uestrās retulisti, sed tamen eos audire  
contēnitis. Valeat igitur confessionū uestrarū impo-  
sturā, quibus profitemini peccata dimittere cuicunq;  
ea in aurib. uobis obmurmuret, quibusq; miseris ac  
afflictas conscientias cruciatias, & à C H R I S T O  
auellitis, hominumq; inuentis fidere docetis.

Vbi quæso aut C H R I S T V S, aut apostolorum  
aliquis, aut primitiæ ecclesiæ doctores ac patres hu-  
iuscmodi carnificias construxerunt? Si ha cōfessio-  
nes uestra ad salutē consequendā admodū necessarie  
sunt, quo iure Nectarius ille Constantinopolitanus  
episcopus eas ex medio sustulerit quid cum illis actum  
foret, qui ante Innocentium 3. confessionis huiusmodi  
autorem

auctorē (hanc in concilio Lateranensi fieri decreuit)  
 mortui sunt: filii' ne irae, satanæ ue mācipia cēsendi  
 sunt: itérne quo ad cœlū ire possent occlusum eratē  
 absit. Quin potius si eos peccatorū suorū poenituit,  
 ac euangelio crediderunt, peruenit in eos regnū cœ-  
 lorū, ac seruati sunt. Non igitur quibusdā uestris alle-  
 gorijs de lepra ac leprosis excogitatis populo impo-  
 natis. nā si leprosi in Hebreorū populo sacerdotibus  
 fese ostendere tenebātur, non sanè id fiebat ut ab ipsis  
 sanitatem consequerentur. nam antequā ad ipsos accē-  
 derent, sanati erant: sed populus qui lepra corripie-  
 bat, ex Dei mandato à reliquis secedebat, donec sa-  
 nitatem consequeretur, qua consecuta tenebatur fese  
 sacerdotibus offerre, ut ipsi iudicarent rectēne sa-  
 natus esset, uel non. hoc uero totum fieri præceperat  
 Dominus, ne totus Israel is populus lepræ commacu-  
 laretur contagio. Quòd si hæc ἀληθινὰ dicta sen-  
 timus, ut uidelicet lepræ nomine peccata quæ sacer-  
 doti ostendenda sint innuantur, illa profectō non ho-  
 mini alicui, sed uni C H R I S T O , cuius sacerdo-  
 tes illi figura extabant, manifestanda sunt. Ad ipsum  
 igitur accedere debemus corde contrito atq; humiliato,  
 hoc enim ipse nunquam despicit, sed potius uni-  
 uersa delicta condonat, ac perfectè sanat. Si uero uos  
 sacrificuli Papistæ sacerdotum illorum quibus le-  
 prosi ostendebantur munus obire uultis, lepram conta-  
 giosum corporis malum iudicate: nec ulterius trans-  
 grediamini, nullibi enim uobis datum est ut populo-  
 rum delicta ad uos tanquam ad iudices deferantur,

ut singulorum conscientias perscrutemini, ut omnia  
qua*e* in singulis domibus sunt secretiora rememini.  
Eu*ā*geli*j* quidē ministri, seu Episcopi in C H R I S T I  
ecclesia esse debēt: sed illud tantummodo munus obire  
debēt, quod illis à C H R I S T O ut obeant datū est.  
Quod autem, & quale hoc sit, facile est uidere, si di-  
ligenter inspiciatur quomodo ipse C H R I S T V S  
apostolos suos populū ministros, pastores, episco-  
posq; instituerit. Illis sanè nō dixit, Veste*s* ad terram  
usq; demissas, ac longis ornatae caudis habebitis, au-  
reos anulos ac gēmas præstantissimas in digitis sem-  
per deferre recordabimini, crucē argenteam, auream  
ue collo appensam geretis, pileo cornuto caput orn-  
bitis: uos olea sacra conficietis, templa consecrabitis,  
uestes benedicetis, campanas baptizabitis, unum-  
quempiam ex uobis Papam creabitis, & eius pe-  
des tanquam uiliissima mancipia osculabimini, gre-  
ges uestros alijs cōmittetis episcopis, qui nullam ht-  
redditus magnos ab ouibus rapietis, hominum quo-  
rundā multititudini crines incidentis, campanulam pul-  
sandā offeretis, uectē extrahi ac imponi mandabis,  
libros tangere præcipietis: funibus quibusdā collum,  
brachia, ac corpus ligabitis: manus eorum iungetis,  
ac panem offretis, ut ex eo C H R I S T V M confi-  
ciant: cisq; potestatem dabitis, ut singulorum pecca-  
ta audiant: ac his auditis, satisfactionis opera iniun-  
gitis singula errata remittant: uel si noluerint, retine-  
ant.

ant. non in qua dixit, Ex libidine uestra omnia facietis, et quae cuq; feceritis in terra, ego uelut bonū, iustū, sanctū, in cœlis cōprobabo. Nihil horū dixit. Sed quidē Misit eos in uniuersum mundum, ut prædicarent euangelium omni creature: ac ut recte et cum animarum salute prædicarent, aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. hoc igitur ministrorum ecclesiae munus est, hoc illorum onus, hæc illorum autoritas, hoc illis à CHRISTO præceptum est, hæ sunt regni cœlorum claves. Ecclesiæ igitur episcopi ac ministri ueri tantum illi sunt, qui CHRISTI euangelium annunciant, populumq; hortantur ut euangelio credant: moneniq; ac obseruant, ne in incredulitate persistent. harum autem clavium Dominus ipse est CHRISTVS nam credentibus regnum cœlorum aperit, et nemo claudit: incredulis uero claudit, et nemo aperit. hisq; clavis CHRISTVS uititur eorū qui ecclesiæ euangelium annunciant ministerio. hinc fit ut ministri peccata remittere uel retinere populo dicātur. Quod Am  
brosius innuere uoluit, cum dixit: Peccata per uerbū dimittuntur. cuius interpres Leuita est. Quid igitur auriculari uestra confessione opus est: Sancta siquidē est delictorum ac misericarum nostrarum mutua confessio: ut quemadmodū unū corpus in CHRISTO IESV sumus, et alter alterius membrum, ita mala nostra inuicem cōmunicemus, pro inuicemq; oremus, ut ab illis eripiamur. Et ut hoc agamus, hortatur nos Iacobus, dicens: Cōfitemini alterutru peccata uestra,

Libr. de Cain & Abel.

ut saluemini. Aequè sancta illa est confessio que in ecclesijs uerè Christianis peragitur, dum uidelicet fideliū cōctus unā cōgregatus scelerā sua in corde suo coram Deo confitetur, dicens: Peccauimus, iniustē e-  
gimus, iniquitatem fecimus, iam non sumus digni ut nos ueluti filios tractes: attamen non secundum sce-  
lerā nostra, quorum numerum multitudinem sce-  
maris ac stellarum coeli superare nosti, facias nobis:  
sed secundum multitudinem misericordiæ tuae pro-  
pitius esto peccatis nostris, & da nobis cor nouum ac  
spiritum nouum, ut in nouitate uitæ ambulemus o-  
mnibus diebus uitæ nostræ. Huius generis confessio  
ab eis siebat qui poenitentes, ac euangelio credentes,  
ad Ioannis ac Apostolorum baptisma ueniebant. San-  
cta præterea illa est confessio, quia quis misericordiā  
Dei sibi abundè exhibitam cognoscens, scelerā sua  
palam confiteri non erubescit, quemadmodum Paul-  
us. hic enim se misericordiam consecutum esse co-  
gnoscens, dicebat: Blasphemus sui, contumeliosus, ac  
persecutor ecclesiæ Dei: ideo non sum dignus uocari  
apostolus. Auricularem autem illam confessionem,  
quam Innocentius 3. qui anno 1198. Pontifex creatus  
fuit, exco gitauit, quis sanctam uocabit: quis eam pec-  
cata dimittere, ac regnum cœlorum aperire afferet:  
uerius quis diceret hanc in sanguinis CHRISTI  
conculcationem inuentam fuisse. Et quamvis ipsius  
Innocentij & aliorū qui post ipsum perditionis filij  
fuere, leges ac decreta uobis faucent: multi tamen ex  
patribus uestris idem uobiscum non sentiunt. nā hor  
tantur

tantur homines, ut unā cum David Deo dicāt: De- De penit.  
 lictum meum cognitum tibi facio, & iniustitiam Dist. i. qui-  
 meam non abscondo. Hortantur eos, inquam, ut Da- dam.  
 uid meminerint, qui remissionem peccati sui accepit,  
 eo quod dixerit in corde suo, se uelle confiteri aduer- 1590.01  
 sum seipsum iniustitiam suam Domino. & hanc con- 1590.01  
 fessionem perfectorum esse dicūt, & Deum tantum  
 peccata remittere afferunt. nā scribitur in hunc mo-  
 dum: Confessio quæ soli Deo fit, quod est iustorum,  
 purgat peccata. & præterea habentur hæc uerba:  
 Antequam ad sacerdotem perueniat peccator, emun-  
 datur, dum per cordis contritionē ante oris confessio  
 nem peccati uenia indulgetur. & paulopost cōcludi-  
 tur: Ergo sola contritio, in qua fit resuscitatio, tollit  
 peccatum. habet enim suū resuscitatorem sibi præsen-  
 tem, sc̄q; inhabitantē. & rursus dicitur: Non in con-  
 fessione peccati remittitur, quod iam remissum esse  
 probatur. fit itaq; confessio ad ostensionem penitentie,  
 non ad impetrationē ueniae. & rursus: Confessio  
 sacerdoti offertur in signū ueniae acceptae, nō ut remis-  
 sio accipiatur. Et Gratianus post quādā rationes al-  
 latas, inquit: Luce clarius cōstat, peccata dimitti nō  
 oris confessione, sed cordis contritione. Ut quid ergo  
 post peccatorū remissionē denuò uobis singula pec-  
 cata enumeranda sunt? nunquid fortè cum poeniten-  
 tia Deus dat dona sua?

At illi suā ~~ταλινγοδιαν~~ caneabant, dicentes: C H R I  
 S T V S illam instituit.

Eusebius autem, Cur ergo canones uestri inquit,  
 ista

De penit.  
 Dist. i. con-  
 uertimini.

Ibidem c.  
 cum ergo,

ista referunt? Cur Petrus tantum doluit & fleuit coram Deo, & absq; ulla peccati confessione alicui facta ueniam adeptus est? Cur Gratianū tanquam hereticum & in C H R I S T I constitutiones blasphemū non cōburitis: is namq; in dubio relinquit, utrum aliquis ad confitendū obligetur, uel nō. post multas enim uariorum autorū in utramq; partem sententias inquit: Cui aut̄ harū potius adhærendū sit, lectoris iudicio reseruatur. Cur una cum Gratiano glossatore ipsum non cōburitis: is enim aperte dicit, nos ex institutione tantū hominū obligari ad confitendum, & propterea Græcos ad cōfessionē hanc nō teneri, quia nunquam constitutionē illā receperunt. Cur & patr̄ normitanus non cōburitur: nam & ipse assertit confessionem esse iuris humanū. à qua sententia nec Felimis, nec alij ueteres iuris consulti dissentiant. Nihil igitur de confessione hac C H R I S T I fidelibus curandū est, in qua quæ à uobis clam fiant, turpe est dicere. nec mirū, si clādestinas illas peragere uelitis, cū enim pleriq; uestrū in illis scelera multa admittat, lucē oderunt. Hęc uehiculū uestrum est, quo animas à uera fide, à uera spe quæ tamū Deo debentur, abducuntur, ut fragmentis cordis uestri fidant. Quot, ô Deus bone, arbitrantur se illa delictorū suorū congerie detecta, illaq; manū uestrarū super eorū capita impositione quorūcunq; scelerū ueniā, ac uitā aeternā consequi: et uestris illis satisfactionis operibus iniunctis, Deo admodū recōciliari putant, ut eis regnū cœlorū meritò debeat: & sic uestri sceleris causa excidunt à gratia,

De pœnit.  
mit. i.

De pœnit.  
i. dist. 3.

De pœnit.  
& remis.  
cap. omnis  
utriusq;  
sexus.

gratia, & C H R I S T O euacuatur. hic est confessio  
 sionis uestræ sanctissimus fructus. Quid, si farta ue-  
 stra proditiones, fornicationes, adulteria & eius ge-  
 neris plurima uix credibilia enarrare uelle: quot sce-  
 lera simplices adolescentes adolescentulasq; perdoceatis  
 que antea ignorabai: quot matrimonia cladesina ibi  
 peraguntur: quot lenocinia committuntur: quot inde  
 oria sunt quædoq; odia, cōtentiones, cædes, incædia:  
 Narrent hæc omnia lustra, & cubilia illa uestra in  
 quib. sanctissima hæc cōfessio celebratur. Narret I-  
 talia, narret Gallia, narret Germania, narret Hispania,  
 narret Anglia, proferat quæq; terrarū partes hu-  
 lus sanctissimæ matris mōstra horrēda. Cur nō pudet L. i. ff. de na-  
 his mēdacijs populū Dei decipere? Sed intelligat insi-  
 piētes in populo, & stulti aliquādo sapiant, neq; pa-  
 tiatur uos de mēdacio uestro ulterius cōmoda percipi-  
 pere. Sic enim iuxta leges fieri debet, quin et propter  
 mendaciū puniendi estis. Quid quæso tam sanctum  
 C H R I S T V S ecclesiæ reliquit, quod uos uestris  
 fragmentis nō corruperitis? Miror sanè uos adeò à bæ-  
 plissimi sacramēto manus continuisse, ut cū oleū, sal, demū. ff. de  
 ac saliuā addideritis, illud funditus non inuerteritis, fideiussor.  
 ita ut nec aquæ, nec Patris, filij, & spiritus sancti ue-  
 liqui eluceret. Taceo quod C H R I S T O sapientia  
 res uideri uolueritis. nam cum C H R I S T V S duo  
 tantummodo sacramēta nobis reliquerit, alia quinq;  
 uos addere uoluistis. Inuentæ nanq; ut dixi, ac extru-  
 ctæ ab Innocentio 3. confessioni auriculari, uos cōtri-  
 tionē ac satisfactionē adiunxitis: & sic cerberum  
 illud

illud quod poenitentia nuncupastiis constructum fuit;

Gaius uero ordinis sacros excoigitauit.

Dicitur sub-  
diaconus.

Innocetius i. infirmorum unctione ordinavit. nec  
uobis ad hoc sacramentum erigendum Iacobi dictum  
suffragatur, cum dicit: Infirmatur quis in uobis, indu-

Iac. 5. cat presbyteros ecclesiæ, et orent super eum, ungen-  
tes eum oleo in nomine Domini. Iacobus enim eo in  
loco magnifici doni quod C H R I S T V S primiti-  
uæ ecclesiæ pastoribus cœtulerat, mentione facit. illis  
namq; præstiterat, ut ad ægros accedentes, eosq; oleo

Març. 6. ungentes pariter sanarent. quod et in euangelio ma-  
nifestum est. scribitur enim: Vngabant oleo multos  
ægros, ac sanabantur. Q uod non omnibus datum erat:  
oleum enim tantæ uirtutis non extabat. ut à quo quis  
ungeretur. ægros quoscumq; sanaret: sed Apostoli pre-  
cipue hoc præstabat, nō quidem olei, sed orationis uir-  
tute. ideo et ipse Iacobus nō oleo uirtutem sanandi  
tribuit, sed orationi. ideo inquit: Et oratio fidei san-  
bit infirmum, et alleuabit eum Dominus: et si in  
peccatis fuerit, remittentur ei.

Fabianus Pont. quartū sacramentiū, qd' Christu-  
m vocauit, sine ullo uerbo Dei testimonio erexit. Quid  
quæso hoc magis ridiculosum uideri potest? Episco-  
pus sedet histrionis modo indutus, omnes, ad eum  
accurrunt, corā eo genua flectunt, ipse eorum fronte-  
tem inungit, ac mox colaphum infringit. que hinc  
gratia? quæ puerorum utilitas? quæ ipsorum ædifica-  
tio? non' ne melius esset ut pueri in C H R I S T I do-  
ctrina, quam dum baptizabantur percipere non po-  
terant.

lerant erudirentur. quod si episcopi facerent, ut eorum muneris est, tunc pueros spiritu sancto ungere, & in C H R I S T O eos confirmare uerè dicerentur. Matrimonium postremò quod ob humani generis propagationē à Deo institutum fuit, inter ecclesiā sacramēta cōnumerastis: sed uos grauiter errasse patet, ut enim aliquid inter C H R I S T I sacramenta cōnumereretur, uerbum Dei primò habeat oportet, quo institutum atq; praeceptum fuerit: ut uidelicet ab omnibus suscipiatur. Dei præterea promissio nem annexam teneat: ac postremò externum signū ac ceremoniam habere debet, non ab homine, sed à Deo ipso designata, que pro certa ac firma promissionis tessera habeantur. Matrimonium igitur licet à Deo institutū fuerit, ac honorabile & immaculatū habeatur, cum tamen nō ea cōditione præceptū fuerit, ut ab omnibus contraheretur, sed unicuiq; liberū sit: nec diuinā ullam promissionē annexam habeat, neq; signū externū quod ipsius promissionis certum signaculū sit, inter ecclesiā sacramenta cōnumerari non debet. Addā & hoc, quod si C H R I S T I ecclesiā sacramentū esset, nusquā extra ipsam ecclesiā reperiretur: C H R I S T I enim sacramenta in ipsa tantū ecclesia excentur. Duo igitur tantummodo sacramenta noscit C H R I S T I ecclesia, & horum tantum Ambrosius in tractatu de sacramentis mentionit, baptismi uidelicet ac sancte oratione.

Prætereundum quoq; non est aliud scelus quod aduersus Dei uerbum cōmisiſtis, illud autem est, quod

DE MAGI-  
STRATVS  
autoritate  
in omnes  
Christia-  
nos.

Rom.13.

1.Pet.2.

Marc.12.

DE LI-  
BERTATE  
Christia-

eos q̄uestro addic̄ti sunt regno, adeò à principibꝫ ma-  
gistratibusq; abduxistis, ut illis tributa uectigaliaq;  
que eis iure diuino debētur, nolint persoluere. Quis  
uos edocuit tam sanctas leges sancire? Paulus ne? at  
hic omnibus obfq; ullo discrimine præcipit, ac dicit:  
Omnis anima potestatibus sublimioribus subditas fit:  
qui potestati resistit, Dei ordinatione resistit: qui ue-  
rō resistunt, ipsi sibi damnationē acquirunt: Subditi  
estote non solū propter irā, sed & propter conscienciu-  
tiam. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributū:  
cui uectigal, uectigal. Docuit uos forte Petrus? at in-  
quit: Subiecti estote omni humanae creaturæ propter  
Deum, siue regi tanquam præcellenti, siue ducibus  
tanquam ab eo missis. Inſitne hoc CHRIS TVS?  
at iubet, dicens: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: et  
quæ sunt Dei, Deo. At dicetis: Quoniam sancti su-  
mus, & Deo seruimus, & ea quæ Dei sunt queri-  
mus, ideo liberi esse debemus à magistratum ditio-  
ne. Sed satis de sanctitate uestra diximus. quis uero  
unquam sanctior extitit CHRISTO? quis maiori  
Dei sunt magis quæsiuit? sed tamen magistratu[m] pro-  
fe ac Petro debitum staterem persoluit. quo igitur di-  
uino humanœ iure ferre potuistis innumerā illas  
uestras leges, quibus uos ac bona uestra ex magistra-  
tu[m] ac principiū potestate ac foro subtraxisti?

Quid præterea dicā? populos eosq; duxisti, ut  
se satanæ filios arbitrentur, si quibusdā diebus car-  
nes, ac quosdam alijs generis cibos manducent. Ma-  
gnat

Quia sane fuit omnium uestrum impudentia ac impie-  
tas, nam contra diuinarum literarum testimonia hu-  
iusmodi leges tulistis, contra quas Paulus maximè in-  
uehit, dices: Omne quod in macello uenit māducate,  
nihil interrogantes. Nemo uos iudicet in cibo aut in  
potu, aut in diebus festis, aut in his quæ futurū um-  
bre extabant. Nihil est per se commune ac immun-  
dum, sed ei tantū qui existimat illud immundum esse.  
omnia munda mundis, coinquinatis autem & infide-  
libus nihil est mundū, sed coinquinata est eorū mens  
& conscientia. Et C H R I S T V S apostolis suis præ-  
cepit, dicens: Comedite quæ apponuntur uobis. Num  
salubriora fortè præcepta uos statuere potestis quam  
ipse C H R I S T V S? Dicam & hoc: Si ab aliqui-  
bus cibis abstinentia esset his qui C H R I S T V M  
volunt, ab his proculdubio abstinere deberēt qui ido-  
lis sacrificarentur: at Paulus nec ut ab his abstineant  
concedit. sed inquit: Si quis infidelium uocat uos ad  
coenam, & uultis ire, omne quod uobis apponitur,  
manducate, nihil interrogantes, propter conscientiā,  
non quidem tuam, sed aliorum. Maximo quoq; sacri-  
lego in C H R I S T I doctrinā pugnatis. C H R I-  
S T V S namq; dicit, nihil eorum quæ comeduntur, Marc.7.  
posse hominem inquinatum reddere. Vos uero dici-  
ti: Si quis die Veneris, Sabbatiue carnes absq; urgen-  
te necessitate comedenter, peccati mortalis reus esto.  
Unde uobis tanta autoritas? unde huius mortalis pec-  
cati fons, ac origo? num fortè dierum ratione? at hi-  
uclut & reliqui dies aequè sancti sunt: & Paulus eos Galat. 4.

1. Cor.10.

Colos.1.

Rom.14.

Tit.1.

1. Cor.10.

Marc.7.

Galat. 4.

grauiter reprehendit, qui dies obseruant, & met-  
ses, & tempora, ac annos. omnes enim Christiani cer-  
tò scire debent, quoniam dies, quicunq; illi sint, non  
in hominis perniciem, sed salutem creati sunt. Quid

Marc. 2. innuere uoluit C H R I S T V S, cum dixit, Sabbathū  
propter hominem, non hominem propter Sabbathum  
factum esse. Num foris ciborum ratione peccatum  
oritur, eo quod carnes male sint? at Moses inquit,

Gen. 1. quod cuncta que à Deo creata fuere, sunt ualde bo-

1. Tim. 4. na. & Paulus de cibis loquens, dicit: Omnis creatura  
bona est. num foris manducantium ratione peccatum  
oboritur? at manducant cum gratiarum actione, &  
benedicunt Deo. Quid igitur dicemus: uos sanè nō  
Christianos esse, cum hac in causa, ut Augustinus in-

Ad Ianuar. quit, contra C H R I S T I doctrinam ac fidem fa-

Ep. 219. ciatis. Christianorum enim non est, credere cibos ma-

De eccl. ficias, percipientibus communicare posse. Quin et  
fiaſt. dog- iuxta decreta uestra, hæresis suspicionem incurrit,  
māt. lib. i. cum carnes ita detestemini, ut ne olera quidē in qui-

cap. 17. bus coctæ sint degustare uelitis. ideo merito à conci-

Dist. 30. ca. lijs Bracarēsi secundo, ac Toletano tertiodecimo ex-  
quis. communicati estis. hæc namq; eos anathematizariūt,

1. Tim. 4. qui abstinent ac qui prohibent eum carnium. Non

Super ep. igitur mirum, si Paulus hanc uestridoctrinā falsam,  
ad Heb. dæmoniorūq; esse dicit, quippe que, ut Chrysostomus  
ho. 33. ait, interim at magis, magisq; sub peccato homines  
constituat.

Tum quidā ex his qui faciē suā exterminant, ut ap-  
pareant ieuniales, irridebat Eusebiū, ac dicebant: Co-  
medianus

Medamus igitur, ac bibamus, cras enim moriemur.

Quibus ille: Pharisaeorum uerè fratres estis, inquit, nam & hi cum CHRISTVM manducantē ac bibentē cernerent, offendebātur, illumq; uini potatorem appellabant. Epicureorū sanē sectā non defendo, sed ex ore altissimi ueritatem haurio, & quoscum Luc.iiii.  
que hortor, ac per Dominum IESVM rogo, nē eo- Philip.3:  
rum corda grauentur crapula & ebrietate, nēne eo- Rom.13:  
rum uenter illis deus sit, neq; in comedationibus ac Heb.13:  
ebrietatibus ambulent, sed induant Dominum IES-  
VM CHRISTVM, ut sic gratia Dei cor suum  
fabile reddant, non escis, que non profundit his qui  
in eis ambulant. Hortor inquam eos ut sempiternum DEI EIVS  
ieiunium obseruent, ut uidelicet à quibuscumq; pessi- NIO.  
nus tum cogitationibus, tum sermonib. tum actis ab-  
stineant. quoniā huiusmodi ieiunium Deo quam grati-  
tissimum esse sacra testatur scriptura. Doceo prete- 1.Tim.4:  
rea, non ut in ieiunijs certos dies certaq; cibaria obser-  
uent: bæc enim bona creati sunt, ut percipiantur cum  
gratiarum actione fidelibus qui cognoverunt uerita-  
tem, sed ut uno etiam atque altero die à quibusuis  
tum cibis tum delicijs abstineant, si à necessitatibus  
urgeantur: ut puta si caro ita aduersus spiritum con-  
cupiscat, ut spiritus uix repugnare possit. nam sine  
Cerere & Baccho friget Venus. idem quoq; agendum  
doceo, dum maximis oppressi calamitatibus, ad Dei  
auxilium configiunt, sic enim liberius orationi uac- Nchémah:  
bunt: huius generis ieiunia à sanctis uiris, sanctisq; Iud.20.  
mulieribus ueteris Testamenti facta reperimus: neq; 1.Reg.7:

apostolos sanctosq; quotquot in nouo Testamento ieiunasse legimus, alius generis ieiunia instituisse credendum est. Ieiunium igitur Christianum quis suscipiet, si uel ut peccata defleat, uel ut carnem suam crucifigat cum uitijs ac concupiscentijs, uel ut orationibus uacet, non tantummodo à uescendis carnis, uel certis quibusdam cibis, uerū etiam ab omnibus delicijis se subtraxerit? Quid quæso, boni quid sancti operatur, qui ut uobis obtemperet, modica carne cum sobrietate manducare execratur, piscibus autem ac certis quibusdam cibis à uobis præscriptis uentre ad summum usq; oris implet? quid horum Deo gratius? quid sacris literis magis conuenit? quid rationi? quid corporum saluti magis congruum est? ô inauditam hominum cæcitatem: qui sobrietatem diligit, mortaliter peccat, eo quod modica carne contentus, uentrem alijs cibis complere noluit. qui uero crapulæ ac ebrietati indulget, apud Deum meretur, eo quod semel tantum in die comedit, & carnes comedere renuit: quid magis impium excogitari potest? Optimum sane ac Christianæ ecclesiæ ministris & pastoribus dignum esset, si his sublati de medio legibus, quæ grauiora sunt legis custodiretis, & ut alij quoq; ea custodirent summa cura perdoceretis, nempe fidem, misericordiam, ac iustitiam: et illa gustare populos prohibeatis, quæ de corde exeuertia hominem inquinatum reddunt. hæc sunt cogitationes præuae, homicidia, adulteria, furtarum discriminæ leges huiusmodi tulistis? recordari

dari sanè debueratis, regnum Dei escam & potum Rom. 14.  
 non esse: sed iustitiam, gaudium, pacemq; in spiritu  
 sancto. Christianos tamen quoscunq; admonitos uo-  
 lo, quod etsi cuiuslibet generis ciborum uesci possint,  
 infirmos tamen, ac in C H R I S T O paruulos & de- Rom. 14.  
 biliores sustineant, nec cibo suo illos perdant, pro qui-  
 bus C H R I S T V S mortuus est, nec infirmas fra- 1. Cor. 8.  
 trum conscientias scādalo percutiant. nam sic in illos  
 peccantes C H R I S T V M ipsum, cuius hi membra  
 sunt, offendunt. Quapropter si carnium esu fratrem  
 suum scandalum accipere cognouerint, non mandu-  
 cent carnes in æternum, ne illum scandalizent: expe Rom. 14.  
 dit enim aliquādo ut Christiani fratrum charitatis ac  
 conscientiae rationem habentes, se se propria libertate  
 spolient. quod & Paulus agebat. cum enim liber esset  
 ex omnibus, omnium tamen se seruum faciebat, ut o- 1. Cor. 9.  
 mnes C H R I S T O lucrifaceret. Quid quæso Chri-  
 stianis prodesset scire inter cibū & cibum, inter diem  
 & diem iudicandum non esse, si absq; ulla charitate  
 fratrem in C H R I S T O infirmum, qui inter haec  
 iudicandum esse putat, offendant cogitent itaq; quod 1. Cor. 8.  
 scientia inflat, sed charitas ædificat, & vinculo chari-  
 tatis fratrem amplectantur. nam & is qui diem sapit,  
 curat, & tanquam alijs sanctiorem obseruat, se id fa-  
 cere arbitratur quod Domino placitum sit: & qui  
 alicuius generis cibum non manducat, propter Domi-  
 num non manducat, sed se id quod Domino placeat  
 facere arbitratur: uerbo potius eum doceant ac eru-  
 diant, ut sic libertatem Christianam cognoscens, non

Rom. 14. amplius offendatur: interim uero qui libertatem no-  
scunt, ne ponant offendiculum fratri uel scandalum:  
potens est enim Deus illum statuere. sed nos cant bo-  
num esse non manducare carnem, neq; bibere uinum,  
et offendatur, et sic fidem ac libertatis sue cogitio  
nem penes se metipos habeant, nec eam in huiusmodi  
qua fine discriminare fieri uel omitti possunt ostendent.  
Vos uero cum Christianorum libertatem iudicare no-  
ueritis, nec Pauli praeceptum audieritis, nil mirum si  
Dominus ecclesiae sue misertus, homines diuino spiri-  
tu edocet his temporibus miserit, qui iniquis uestris  
legibus obtemperat: nec putetis uos C H R I S T I ecce-  
si am perpetua tyrannide uexaturos, impietas enim  
uestra iam diu manifestata est. Nam si paucule illae  
leges de leitunijs quas Montanus inuehore in eccl-  
Eccle. hist. si am curauit, tanquam hereticæ (ut Eusebius testa-  
lib. 5. ca. 10. tur) condemnate fuerunt, quomodo pie, sancte, ac  
Christi inæ iudicabuntur innumeræ ille quas de qua-  
Gra. dist. 5. dragesima Telephorus: De quatuor angarijs Cal-  
Stapuimus. latus: De sanctorum uigilijs Bonifacius tulere? Has  
Dist. 76. igitur execrabantur quicunq; uere Christiani esse no-  
lei, conabumur q; ut perpetuo à quibuscumq; uitijs  
ietuni ac liberi sint. sèpiusq; in eorum calamitatibus  
ac errorib. deflendis à cibis ac delicijs abstineant, et  
sic auxilium Domini, eiusq; misericordiam cum la-  
chrymis ac orationibus implorent.  
Tum quidam ex his qui similes sunt sepulchris de-  
albatis, que foris quidem hominibus speciosa uiden-  
tur,

*Intus autem plena sunt ossibus mortuorum, dixit:  
Quid tua refert, etiam si duplo scelestiores essemus?  
Satis nobis hoc esset, quam quemadmodum tu hæreticos esse.*

Eusebius autem, Satis mihi est, inquit, ut secundum uiam hanc quam hæresim appellatis, Deo meo per I E S U M C H R I S T V M deseruiam,  
Et credam omnibus quæ in Euangelio scripta sunt,  
Et labore ut sine offendiculo conscientiam meam habeam ad Deum et ad homines semper: quam somnia nostra amplecti, nam propter me nomen Domini blasphemaretur in ecclesia, quemadmodum Et propter uos.

Alij uero dixerunt ei: Si Euangelio tantummodo credis, cur igitur leges ac instituta nostra non suscipsis, cum tamen C H R I S T V S dixerit: Quæcumq; Matth. 23 dixerint uobis, seruate Et facite secundum uero opera eorum nolite facere.

Recte, inquit Eusebius, C H R I S T V S id præcepit faciendum, dum tamen scribæ ac Pharisæi super Mosis cathedralm federent, Mosis uidelicet legem, uerumq; Dei cultum docerent, quemadmodum Et Moses docuit. Si uero extra Mosis cathedralm federent, fabulas uidelicet ac somnia confingentes, populumq; à uera Dei doctrina, pietate, religioneq; abducentes, non modò tunc ut eos audiamus non præcipitur, sed potius acribus sermonibus sunt arguendi. Et hoc C H R I S T V S ipse fecit, dicens: Quare transgre- Matth. 15. dumini mandatum Dei propter traditiones uestræ?

illisq; comminabatur, dicebatq; : Væ uobis scribæ &  
Pharisæi hypocritæ, qui tulistis claves scientiæ. Si igit  
tur & uos super C H R I S T I cathedralm sederetis,  
C H R I S T V M scilicet, eiusq; euangelii annuncia  
retis, audiēdi utiq; essetis, & uæ illis qui uobis nō ob  
temperarent. nam qui uos speneret, C H R I S T V M  
spenerent. cum uero turpis lucri causa mendacia, im  
piaq; dogmata, ac dæmoniorum doctrinam doceatis,

Matth. 7. cœnere à uobis debent populi, sicut illis cœnendum  
præcepit C H R I S T V S, cum ad eos in uestimentis  
ouium accedentes, lupis ipsis rapaciores sitis. sed &  
Augustinus admonet, ne uobis ulla habeatur fides.  
Super. Io. inquit enim, sedendo super cathedralm Mosis legem  
tract. 46. Dei docent: ergo per illos Deus docet. sua uero si illi  
cap. 10. uelint docere, nolite audire, nolite facere: certè enim  
tales sua querunt, non que I E S V C H R I S T I.

Murmurantes autem illi intra se dicebant: Et si fal

1. Barbari - si essemus prophetæ, ac seductores, præstaret sequi  
us. ff. de of- communem nostrum errorem, quia communis error  
ficio præto facit ius. Quòd si arguendi essemus, non tamen pistro  
ris.

ribus, non coriarijs, non sutoribus, & huius generis

Dec. 5. Tit. nebulonibus ac indoctis, huiusmodi munus incumbit.  
8. cap. 14. nullus enim laicus neq; uerbum Dei prædicare po  
test. nam Gregorius 9. hoc eis prohibuit: neq; in re

Dist. 17. Sy  
nodum. bus ad fidem spectantibus conuenire possunt, quia fa  
cerent contra decreta nostra. neq; publicè aut priu

Ibidé epis  
copi orien  
tum de fide disputare possunt, quia hoc illis similiter

Ibi. nemo. prohibitum est. ex quibus omnib. patet, quòd nullus

Ibi. nō est. laicus potest nos nec publicè, nec priuatim arguere.

Hic

His ita blasphematisbus dixit Eusebius: Licebit igitur Ibidē con-  
 uobis cuncta in Deum ac homines scelera ac rapinas cilia.  
 moliri, neq; loquetur aliquis cōtra uos? Sed sciatis spi- 6. de hære-  
 ritum Domini infirma mundi semper elegisse, ut for- tics.  
 tia confunderet, & ignobilioribus nobiliora prostra-  
 uisse. Quis Pharaonis cor induratum arguit? Moses  
 pastor. Quis Achab ac Iosaphat reges? Micheas.  
 Quis impiā Iezabel ac prophetas Baal? Elias. Quis  
 Nabuchodonozor? Daniel. Quis cōtra senes illos con-  
 surgit qui Susanna opprimere tentarum? idem Daniel  
 adolescentis. Quis contra scribas, Phariseos, pōtifices,  
 senioresq; Iudeorum; filius fabri, & apostoli piscato-  
 res. Quis cōtra ecclesiæ tyrānos ac persecutores? mar-  
 tyres. Hi pusillus grex cōtra fortissimos ac potentissi-  
 mos illos gladio spiritus qui uerbum Dei est pugnarūt,  
 ac eorum iniquitates arguerunt, & Dei partes ad-  
 uersus illos tutati sunt. Nihil igitur mirum, si hodie  
 cum spiritus Domini principes omnes uobiscum for-  
 nicari uideat, ignobiles quo suis ut uobis resistat exci-  
 tet, ne amplius doctrinis uestris populos seducatis.  
 quid si Dominus spiritū suum mitteret in filios et fi-  
 lias nostras, ac prophetarent, uosq; arguerent? possu-  
 mus enim omnes prophetare, ac quæ nobis manife- 1. Cor. 14.  
 stantur, alijs reuelare.

Dixerunt Eusebio: Quomodo igitur hi quos in-  
 ter diuos annumeratos scimus, hæc dogmata compro-  
 barunt, quæ homines (ut tu inquis) seducunt?

Respondit: Nescio quidem quomodo in diuorum  
 numero computari possint, qui animas à simplicitate

Matth.19. quæ est in C H R I S T O I E S V abducunt, cum  
 C H R I S T V S testatus sit, illis expedire ut appensa  
 mola asinaria in profundum maris demergantur. &  
 Galat.1. Paulus dicat, Anathema eum esse qui aliud euangelii  
 um aliām ue doctrinam annunciarit, præter C H R I  
 S T V M crucifixum. Hoc uerè scio, quòd Deus ipse  
 qui scrutatur renes & corda, & non Papa, nauti qui  
 ordinati sint ad uitam æternam: hocq; non ignoro,  
 quòd C H R I S T V S oues suas adeo cognoscit, ut  
 pæstoris more uocet eas nominatim: & Deo Patri di-  
 cat, Ecce ego & pueri mei quos dedi sibi mihi. Si uero  
 hic uester Papa diuos eos facere uoluit, ostendite quòd  
 nam pacto id potuerit, & ubi à Deo illi datū fuerit,  
 ut cereos aliquot accendens, quasdamq; cantilenas  
 dicens, ei pecuniam acipiēs, diuis adnumeret quem-  
 cunq; uelit.

Dixerunt illi, Non sanè asserimus Papam fa-  
 titatem ullam hac ratione homini cuiq; communicare,  
 sed tantummodo illum inter sanctos qui celum  
 possident connumeratum ostendere.

Tunc Eusebius: Quomodo igitur, inquit, hominis  
 sanctitas Papæ innescere potuit? Si quoniam mul-  
 tibona opera fecerit, dicatis quoq; oportet, quomo-  
 do operum bonitatem cognouit? nam hæc non ab eo  
 quod foris in opere splendet, sed ab ea quæ in corde la-  
 Luc.18. tet fide ac charitate dignoscitur. O Pharisee qui non  
 eras ut ceteri homines, raptor, iniustus, adulter, qui  
 ieiunabas bis in sabbato, ac decimas omnium da-  
 bas quæ posidebas, si hisce temporibus inuerhos  
 uixisses,

lxxiij, Diuorum numero associatus essemus. nam Pa-  
 pa hoc beneficium tibi praestasset, & diuini honores  
 tibi impenderentur, thura darentur, lampades acen-  
 derentur, ossa tua miracula ficerent, tibi multi genua  
 sacerdotes, ferta pararent, oscula figerent, tabellas  
 pro gratiarum actione appenderent, aras ac templis  
 construerent, nomen tuum non hominibus solum, ue-  
 rum etiam demonibus timorem incuteret, si iejuna-  
 bas bis in sabbato, modò famem expellere posset, nun-  
 quam enim altari tuo deessent omnis generis cibariaz  
 si alicui beneficium aliquod impenderes, illum ingra-  
 tuudinis arguere non posset: si aliquando irascereris,  
 missis illis sacro sanctis benevolentiam tuam iterum  
 compararet. Quid plura in sacro forte canore, quo  
 singulis diebus innumeri sunt C H R I S T I , una  
 cum alijs diuis coniunctus essemus. Siue Papa igitur sit,  
 siue homo qui quis alius, ex operibus quenquam diuo-  
 rum noscere non potest: quomodo igitur Papa nouit  
 aderat ne apud Deum ante constitutionem mundi,  
 quando electorū nomina scriebantur in libro uitæ?  
 aut accepit ne libellū aliquem qui prædestinatorū nume-  
 rū, ac nomina, eorumq; parentes ac patriā, familiamq;  
 cōtineret? O' igitur fabulosum ac impiū Alexādri 3.  
 decretū, quo præcepit, ut nullus pro sancto haberetur,  
 nisi prius editio Papali canonizaretur. Sed nil mirū,  
 si tot ac tam impias fabulas populū uestrū docere po-  
 possis, per facile enim hoc uobis fuit, postq; ipsum uer-  
 bo Dei omnib. modis priuatis: è re nāq; uestra fuit, ut  
 populū uelamine eius oculis obducto tanquā cæcus à  
 uobis

Dec. 3.

tit. 46.

uobis quocunq; traheretur : ideo quæ in sacris literis ecclesiæ proposita sunt, ignota populo lingua annuntiatis, ut uidelicet facillimè à somnijs uestris decipiatur, cum tamen in unaquaq; C H R I S T I ecclisia siue Gallica, siue Hispanica, siue Græca, siue Italiæ, omnia quæ ad pietatē ac Dei cultum pertinent, ea debeat lingua proponi ac annunciarī, quam omnes intelligent: hac ex cauſsa Paulus inquit, illum ecclesiam C H R I S T I ædificare non posse, qui linguis tantummodo peregrinis ac populo ignotis loquitur: sciriq; non posse q; citharizatur, si cithara incertam det uocem: militesq; ad pugnam se nequaquam accincturos, nisi uocem tubæ intelligent. ideo inquit Paulus, quod qui linquis loquitur Deum quidem alloquitur, ac semetipsum ædificat, ecclesiæ autem nihil prodeſt. nam nec ædificat, nec hortatur, nec cōſolatur: quomo do enim idiota qui à te doceri debet, cum nihil eorum quæ dicis intelligat, poterit unā tecum, Deum benedi cere, Deum inuocare, aut respōdere, Amen? Paulum audire deberetis, qui dicit se malle quinq; tantum uerba cum ecclesiæ ædificatione loqui, q; decem militia absq; ulla ædificatione. Deum quoq; ipsum uobis hac in re magistrum proponere deberetis: que enim ipſe in sacris literis non peragit, ut à nobis eius sermones percipientur? cum sanè tantæ sit maiestatis, ut à nullo hominū uideri aut percipi posſit, se tamen oculos, manus, pedes, aures, ac singula humani corporis membra suscipere uoluit, ut nos ad uitam æternam ædificare posset, utq; eius sermones intelligere possemus, Cui

Cur igitur uerbum Dei ecclesiæ non restituitis? idq; 1. Cor. 14.  
 lingua ecclesiæ non ignota annunciat? Paulus qui-  
 dem sermonem linguis peregrinis prolatū ex C H R I  
 STI ecclesia nō penitus tollit. inquit enim: Velim o-  
 mnes uos loqui linguis, magis autē prophetare: et mu-  
 lamini ut prophetis, et loqui linguis nolite prohibe-  
 re. iubet tamen ut id quod quis lingua ( populo uide-  
 licet ignota ) dixerit, interpretari debeat: quod si null  
 us adsit qui interpretetur, præcipit Paulus ut is qui  
 legebat, aut loquebatur, taceat, et sibi tantummodo lo-  
 quatur, ac Deo, qui eum intelligit. Sic enim omnia ad  
 ecclesiæ ædificationem fierent. Sed tantum abest ut  
 illam queratis ecclesiæ ædificationē, ut potius illam  
 ritibus uestris destruere conemini. nam non solū que  
 ecclesiā edificassent, ex ecclesia repulisti, et si que  
 bona supersunt, ut à populo non intelligantur pro-  
 babilis, sed cum summa in Deum blasphemia ac in  
 ecclesiæ perniciem quāplurima, que bonos ecclesiæ  
 mores corrumpunt, annunciat. Que nam adeò ob-  
 scena, adeò uenerea esse possunt, que in medio eccle-  
 siæ proferre non ausi sitis? quibusq; musicae uoces,  
 harrijq; generis instrumentorum uetus non addideri -  
 tis Non ista docet Paulus: sed inquit, Omnia honestē  
 et secundum ordinem, ac in ecclesiæ ædificationem  
 fiant. Quod si uero cantandi uetus in aliquam inuechi-  
 tur ecclesiā ( non enim omnes ecclesiæ canere con-  
 fuerūt ) eiusmodi sit qualē Paulus præcipit, cum  
 dicit: Loquentes uos metipso in psalmis, hymnis et  
 canticis spiritualibus, cantantes et psallenies in cor-  
 dibus

Eph. 5.  
Colos. 3.

Dist. 92. *in sancta.*  
 dibus uestris Domino. Resipiscatis igitur, ac huiusc  
 modi uana ac immunda ex C H R I S T I ecclesia ab-  
 iungiatis: nam secus facientes non modo in Deum ac in  
 eius ecclesiam peccatis, sed et in leges patrum uestro-  
 rum. Hæc sunt quæ ex sacris literis depromere volui,  
 ut uniuersus orbis laqueos agnoscat quibus à uectis  
 omnes irretiti sunt. Accedant huc præstantissimi illi:  
 Ecchius, Bonderius, Cornelius, Florebellus, Cathari-  
 nus: accedant impiæ illæ uniuerstates, Lupaniensis  
 siue Louaniensis, ac Sorbonica Parisiensis: accedant hy-  
 pocritæ, impij, sacrificuli, reuerendissimi, beatissi-  
 miq; accedant inferoru spiritus, ac Papismu suu quem  
 construxerūt tucanur: Verbum Dei quod per os meum  
 audistis opprimant, comburant, ex mundo pellant, si  
 possunt. Quomagis illud oppugnare tentabunt, co-  
 magis Deus illud fortius, potiusq; reddet. Moliantur  
 quicquid uelint, insidias parent, libellos in dies  
 augeant, in Christi Aia imprimi curent, ut crescentis  
 euangelij lucem extinguant. Quomodo, ô Deus opti-  
 me, stare poterunt aduersum faciem tuæ si seruos tuos  
 occiderint ne loquatur, alios post illos excitabis: si et  
 hos extinxerint, lapidibus iubebis ut eos increpemus  
 si aures obturauerint ne audiant, uenies tu Domine  
 cum omnibus angelis et sanctis tuis, et destrues illos  
 in ira furoris tui, et in sulphure ac igne combures  
 aduersarios tuos.

Cumq; Eusebius sermonem suum prosequi uellet,  
 commota fuit omnis multitudo scribarum ac Phariseo-  
 rum super his quæ dicta fuerant. Sed surgens Antichristus

Nus, iussit ut seruus Domini in carcerem duceretur, i-  
bi in vincula coniectusq; in castinum cu*stodire-*  
tur statimq; præstò fuit præfetus militie, qui corre-  
pnum in carcerem duceret: cumq; educeretur de syna-  
goga, loquebatur ad ministros, dicens: Scio quòd per  
ignorantiam putatis obsequium uos præstare Deo, si  
in me secundum eorum iussa sœuiatis: resipiscite, &  
credite in eum qui datus est uobis Dominu*nostrum*  
**I E S V M C H R I S T V M**, & uiuetis in nomine  
eius. Egressoq; coetu militum de concilio, fecuti sunt  
seruū Domini fratres multi, qui alloquentes cum sua-  
debat, ut perseueraret in gratia Dei usq; in finem:  
quocum milites apprehendere uellet, prohibiti sunt  
a Domino & ipsi fugientes exierunt de finibus eorum,  
& reliquerunt patrem, matrem, uxorem, filios, &  
agros propter nomen **C H R I S T I**.

Qui uero astabant in concilio, angebantur cordi-  
bus, cogitabantq; ut Eusebium interficerent, & dice-  
bant adiuicem: Audiuiimus quæ dixerit hic hære-  
ticus, & quam audacter locutus sit uerba blasphe-  
mie in sanctissimum ac beatissimum Pontificem no-  
strum, in leges nostras ac traditiones patrū nostrorū:  
reus proculdubio mortis est, et cōburi debet. cunctiq;  
Pontifici suadebant, ut eum diutius uiuere non pa-  
teretur. Quidam autem qui occultus discipulus erat  
**I E S V**, dixit coram omnibus: Abstineamus ab homini-  
bus huiuscmodi, & sinamus eos uiuere, & liberos  
omnes relinquamus: sciamusq; quoniā si ab hominib.  
corum doctrina erit, dissoluetur: si ex Deo fuerit,  
dissoluere

Act. 5.

dissoluere non poterimus. Huic uero Pontifex respon-  
dit: Locutus es in animam tuam. & tunc in carcerem  
coniectus es, nec amplius in terris uisus es. Et sic so-  
lutum est concilium. Ciuitas autem tota diuisa est, ita  
ut alij starent a Pontifice, alij uero ab Eusebio. cumq;  
Antichristus tumultum audijisset, Eusebium morti-  
tradere decreuit.

Dixit autem Dominus nocte illa Eusebion: Noli ti-  
mere, sed loquere: & ne taceas nomen meum, ego e-  
tim tecum sum, ut educam te de manibus eorum, &  
acipies regnum patris mei, quod tibi paratum fuit ab  
origine mundi. ne igitur timeas eos, quia ego protec-  
tor tuus, & non derelinquam te. Ipse uero positis in  
terram genibus, orauit ad Dominum, ac dixit: Domine  
qui fecisti cœlū & terram, mare, & omnia que in eis  
sunt, qui nosti corda filiorū hominum, quoniam uana  
sunt, aspice super seruum tuū, et ne derelinquas eum,  
quia fortitudo mea, ac liberator meus tu es. Quis po-  
terit resistere bestie, nisi tu Deus adiuues eum? ob-  
secro ergo te, ut mecum sis, ac mecum labores, & confir-  
mes me, ita ut non pereat anima mea: & si inueni gra-  
tiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam, &  
CHRISTI tui, qui me redemit sanguine suo, & con-  
cedas ut ubi ille est, & ego sim, & uideam claritatem  
uestram, ut sic laudem nomen uestrū in sempiternum.

Mane uero facta conuocatū est concilium: & uni-  
uersa multitudo scribarum ac Pharisæorum, qui ado-  
rabant Antichristum ac satanā, cōfedit: miseruntq;  
cohortem, ut seruum Domini coram se in conciliū ad-  
ducerent.

qui dū adduceretur, liberè loquebatur, suadens ea quæ sunt de regno Dei.

At quidā qui eū comitabantur, dicebant ei: Vides quot milia hominū credunt Pontifici, studiosiq; sunt eius traditionū? audiuius autē de te aperte, quod de fessionem doceas à Pontifice, & passim subuertaseius regnum: tibi igitur consulimus, ut in sententiam nostram uenias, ut saltem animam à gehennæ incendijs eripias.

Eusebius autem intuens in cœlum, plenus spiritu sancto, locutus est in hunc modum: Viuit Dominus, in cuius conspectu hodie sto, ut tu ear nomen sanctum eius, quia non derelinquam uerbum sanctū eius, quod caro & sanguis non reuelauit mihi, sed pater noster qui est in cœlis. huic igitur inhærebo: quia sicut stellæ non obscurat nox, sic inhærentes firmamento sa- Dicit 38.

cripturæ non obscurat mundana iniquitas. Tu sicut, verò Domine Deus omnipotēs, confirma me, ne timeā ab aduersarijs tuis, tu scis quomodo insidiantur ani- mæ meæ, libera ergo illam à manibus eorum, ut glori- fice te in eternū, & da mihi ut malim pro ueritate II. 9. 3. ne ; pati supplicium, quam pro adulacione beneficiū, ne mo.

Dominum, qui redemit me, coram hominibus negans, confessionem accipiam coram Deo. præsta igitur ut dū profide morior, immarcescibile uitæ coronā acipiam.

Cum uero Eusebius conciliū ingressus esset, sedens 23. 98. omni.

Antichristus pro tribunali dixit:

Nos Iulius III. seruus seruorū Dei, cum Eusebiū

Vranium in erroribus suis contra Apostolicæ nostræ

A. A. sedis

sedis amplitudinē perseveramē uiderimus, uoluimus  
 ex debito officij nostri, & prout tenemur eius causā  
 expedire, ac debito fine terminare, & uis ac iustitiam  
 ministrare. Ne igitur Dominicus grex, cuius cura &  
 administratio nobis cōmissa fuit, hoc hæresis contagio  
 inficiatur, uidimus formā iuris ac sacrorū nostrorum  
 canonū, & sic cum Domini adiutorio, ac beati Petri  
 principis apostolorum autoritate uisit uidentis, ac  
 calculatis calculandis, & consideratis considerandis  
 ad nostram hanc definitiūam sententiam omni meliori  
 modo, uia, iure, & forma, quibus melius potuimus ac  
 possumus deuenire uoluimus. Dicimus, pronuncia-  
 mus, iudicamus ac sententiamus, Eusebium Vranium  
 fuisse, & esse hæreticum pertinacem: & cum contra  
 & aduersus ipsum non habeamus amplius quod fa-  
 ciamus, illum tanquam hæreticum pertinacem tradi-  
 mus & relinquimus brachio seculari animaduersione  
 debita puniendum. Item cum in hæresis pestem pro-  
 lapsus sit, & perseverarit ac perseveret, eum dicimus  
 ac declaramus illegitimum esse possessorem omnium  
 bonorum tam mobiliū quam immobiliū quæ haec-  
 nus occupauit: ideo omnia eius bona mobilia & imma-  
 bilia pronunciamus ac sententiamus ipso iure came-  
 ræ sedis nostræ confiscari, & sic ea confiscamus &  
 confiscata esse pronunciamus. Et quamvis Dominus  
 dicat, Filius non portabit iniqutatem patris, quoniam  
 tamen plenitudinem potestatis à Deo accepimus, ut  
 uidelicet ligare aut soluere pro libito nostro possimus:  
 propterea ad omnium hæreticorum qui in maiestate  
 sedis

sedis nostrae consurgere audient confusionem, ac terrorem, ulciscimur iniquitatem patrum in filios & nepotes, non tantum usq; ad tertiam & quartam generationem: (etiam si sedem nostram non oderint) sed in eternum. ideo prædicti Eusebij filios ac nepotes tam in genere masculino, quam foeminino (quamvis catholici ac Romanæ ecclesiæ obedientissimi sint) exheredamus, ac exheredatos pronunciamus, ita ut de Eusebij bonis nec trientem unum per se uel per alios, directe uel indirecte, recipere, tenere, aut possidere possint. Et sic dicimus, pronunciamus, iudicamus, & sentiemus: et hæc pro dictis, pronunciatis, iudicatis, ac sententiatis habemus.

Moxq; adductus est Eusebius à scribis & militib. ad presidē qui Philargyrus dicebatur, ac dixerūt ei: Per sanctissimum ac beatissimum dominum nostrum contrahominem hunc processum fuit, & inuenimus eum subuententem regnum nostrum, ac decreta sumorum Pontificum penitus tanquam impia ac profana destruentem. ideo cum hæreticus pertinax inuentus fuerit, ac iudicatus, eiusq; filij ac nepotes bonorum illius possessione priuati fuerint, nihil ulterius habemus quod in eum faciamus: nobis enim (ut scis) non licet interficere quenquam, irregulares enim redderemur. Propterea eum ad te adduximus, ut pro hæresis sue merito digna morte condemnes: neq; dubites hoc ex animo, ac alacriter facere. si enim malefactor ac mortis reus non esset, nequaquam tibi eum tradidissimus. Praes itaq; ut scribis ac Pharisæis placeret, apprehendit

392         Acta tertij diei,  
Eusebium, ac sedens pro tribunali in loco qui dicitur  
ad clinice, quod interpretatur iniustitia, dixit:

Nos Philargyrus pro sanctissimo ac beatissimo  
domino nostro maleficiorū iudex, sedētes pro tribuna  
li super quo solēt publicari similes sentētie ac condē  
nationes, dicimus, sentēitamus, cōdēnamus, et condē  
nādo pronūciamus, contra et aduersus Eusebiū Vra  
nium, contra quem processum fuit per sanctissimum  
ac beatissimum dominum nostrum, in eo, de eo, et super  
eo, q. fama publica præcedente, et stantibus plurim  
relationibus, ac stante formatione processus, pertinax  
professor hæreticæ prauitatis extitit. ideo cum pre  
oculis inimicum humanae naturæ habuerit, et habe  
at, et malè sentiens de fide sanctæ Rom. ecclesie au  
sus sit uerbo et scripto seminare hæresim suam in ui  
lipendium ordinum, ac sacramentorum que ab ipsa  
sancta Rom. ecclesia statuta fuerunt, ac eam coram  
uniuerso concilio dixerit, affirmarit, ac defendenterit:  
et pro hæretico pertinaci sententiatus et pronunciatus  
fuerit, nobisq; remissus ut per nos sentemietur ac pu  
niatur ad alias penas corporales, eum pro obseruati  
one iuris, ac decretorum summorum pontificum mi  
nistro iusticie tradimus et relinquimus, ut ducat eum  
ad locum iusticie, ibiq; eum ad cineres usq; comburat,  
cineres uero in flumine proijciat: et sic dicimus, pro  
nunciamus, iudicamus, ac senteniamus.

Tum militum tribunus apprehendit seruum Do  
mini, et duxit eum in locum ubi tota multitudo po  
puli conuenerat. fletus autem magnus fidelium factus  
fuit

sunt, ita ut plures scribarum ac Pharisaeorum timore de-  
posito ruerent in collum eius, eumque deoscularentur,  
admodum dolentes, quod amplius eius faciem uidere  
non possent.

Eusebius autem rogauit tribunum, ut permetteret  
sibi loqui ad populum. Et cum ille manu annuisset, mar-  
tyr Domini intentis oculis in turbam, ubi fidelium mul-  
ti aderant plorantes, dixit:

Viri fratres, et qui per omnia timetis Deum, sci-  
lis quomodo omni conscientia bona conuersatus sim-  
coram Deo usque in hodiernum diem, et annunciarim  
testimonium IESV CHRISTI, propter quem  
hac patior: sciatis autem me non confundi. non enim  
indocetas fabulas secutus sum, sed scio cui credidi, et  
certus sum quia reposita est mihi corona iusticie, qua  
mihi pollicitus est CHRISTVS ipse. nam dixit:  
Qui crederet in me, uitam eternam habebit. Propterea  
sicut semper per uitam, ita nunc per mortem magnifi-  
cabitur filius Dei in corpore meo. ne igitur mei causa  
tristemini. ipse enim CHRISTVS adeo dilexit me,  
ut tradiderit semetipsum pro me, mihique dederit non  
solum ut in eum credam, sed ut quoque una cum ipso  
confors martyrij sim. O felicis ignem: tu misericordiae meae  
exoptatus finis ades: tu immortalitatis meae ac incor-  
ruptionis principium tandem aduenisti: tu tenebras  
oculorum meorum splendore tuo adeo depelles, q. De-  
um meum facie ad faciem contemplabor. Testis autem  
omnibus uobis qui in CHRISTI ecclesiā con-  
uenitis sum, quia omnibus diebus quibus ingressus sum

ad uos, nō in sermone adulatio[n]is, neq[ue] in occasione[n]e  
 au[er]itiae (Deus testis est) Euangelium C H R I S T I  
 annunciaui uobis: sicut ergo accepisti a me Dominum  
 nostrum I E S U M C H R I S T U M, in ipso ambu-  
 late, radicati & superaedificati in ipso, cōfirmati fide-  
 in gratiarum actione. Doctrinis autem uarijs & pere-  
 grinis, stultisq[ue]; genealogijs, & contentionibus legis,  
 & pugnis uerborum, & quæstionibus que sine disci-  
 plina sunt, nolite abduci. & ne circumferamini omni-  
 uento doctrinæ in nequitia hominum, qui per philo-  
 sophiam, inanem fallaciam, & hominum traditiones  
 ac mandata querant uos in astutia circumuenire, sed  
 state & perseverate in doctrina apostolorum qui  
 uobis locuti sunt uerbum Dei non in sublimitate ser-  
 monis, sed in spiritu ac uirtutis ostensione, ut fides ue-  
 stra non esset in sapientia hominum, que legi Dei sub-  
 iungi non potest, sed in ipsis Dei uirtute. & licet An-  
 gelus de cœlo descendens, annunciat uobis præter  
 id quod ab illis annuntiatum est, anathema sit. ex scri-  
 tamini scripturas, quia cum diuinitus datae sint, utilles  
 sunt ad docendum, ad arguendum, ad erudiendum in  
 iustitia, ut homo non solum ad omne opus bonū per-  
 eas instrui possit, sed & uitam æternam consequi. Fi-  
 lium itaq[ue] Dei audite, sicut uobis preceptum est: O  
 scitote quoniam ipse uenit & dedit uobis sensum ut  
 cognoscatis uerum Deum, & sitis in uero filio eius,  
 qui est uerus Deus, & uita æterna. Videte igitur ne-  
 insipiemur errore traducti, excidatis a propria fur-  
 mitate: sed uigilate & sic properantes in aduentum  
 Domini

Domini expectate coelos nouos ac terram nouam, et  
 tunc videbitis perditionem impiorum hominum. Scio  
 quidē quod̄ insidiae ac mortes turpissimae uobis à Pō  
 tificibus Romanis paremūr: non tamen ob hoc à iusti  
 tia ac sanctitate declinetis, sed audiatis uocē Domini  
 Dei nostri, nec ob uiriū imbecillitatem animo deficia  
 lis. C H R I S T I enim iugum suave est, et eius man  
 data grauiā non sunt: omnia enim in ipso potestis, qui  
 uos confortat. Si filij Dei estis, ut filios decet ambule  
 tis. Quid quæso filijs arduum, quid graue, quid mo  
 lestem, quid difficile esse potest, quin pro patris sui tu  
 enda gloria ac maiestate sanguinē effundat? at Deus  
 non tanum uobis pater, sed et pastor, et caput, et  
 doctor, et dux, et redemptor, et iustitia, et salus,  
 et uita erit: is sapiens, is bonus, is omnipotens. Si igit  
 tur is pro uobis, quis contra uos stare poterit? ipsi tā  
 tummodo fidite, et ipse sicut dedit uobis ut per fidem  
 iustitiam, dabit quoq; ut et iustitiam operemini, et in  
 uiamandatorum eius usq; in finē curratis: ipse enim  
 potens est uos conseruare sine peccato, uosq; constitutus  
 ante conspectum glorie sue immaculatos in exulta  
 tione. Hæc fratres mei est militum C H R I S T I in  
 doles, hoc eorum ingenium, in necessitatibus itaq; ue  
 stris non ē terra, sed ē cœlo auxilium expectetis, et  
 spectate in fidei ducem, perfectoremq; I E S V M, qui  
 pro letitia sibi proposita sustinuit contempto pudore  
 crucem, et ad dexteram solij Dei consedit. considera  
 tis quoniam is hæc omnia perpessus est, ne forte uos de  
 fatigati animos despondeatis. Cumq; à Dei aduersa

rijs ac Antichristi ministris opprimemini, tum sciat is  
 Deum uobis cum tanquam cum filijs agere: flagell t  
 namq; omnem filium quem recipit. quod si deficien  
 tes castigationem suffugereis, uos potius spurios, &  
 non filios, iudicare deberetis. Nolite igitur flere super  
 me, quia mox ingrediar sub altare ubi sunt animæ co  
 rum qui interficti sunt propter testimonium I E S V  
 C H R I S T I, & una cum illis clamabo: Vsquequò  
 Domine non iudicas ac uindicas sanguinem nostrum  
 de his qui habitant in terra? & data mihi erit stola  
 alba, & requiescam pusillum temporis donec imple  
 tur numerus fratribus meorum qui interficiendi sunt:  
 quo completo, descendet ignis, & deuorabit quot  
 quot pugnarunt contra sanctos Dei. & tunc Diabo  
 lis & Bestia, & pseudopropheta mittentur in stagnu  
 ignis & sulphuris, ubi cruciabuntur die ac nocte in  
 secula seculorum. nos autem qui propter testimonium  
 agni occisi fuerimus, potestatem habebimus in ligno  
 uite, & per portas intrabimus in ciuitatem sanctam, &  
 bibentes de fonte aquæ uiue possebimus omnia, & re  
 gnabimus cum C H R I S T O nostro in sempiter  
 num. Date autem operam ut post obitum meum ho  
 rum omnium memineritis. Pax uobis & gratia &  
 misericordia à D co patre nostro, & à Domino I E  
 S V C H R I S T O.

Hec cum dixisset, positis in terrâ genibus, in psal  
 mis ac hymnis benedicebat Dominum. & defixis o  
 culis in cœlum, dixit: Pater in manus tuas commen  
 do spiritum meum, pro quo filius tuus, ac Dominus  
 meus

meus IESVS CHRISTVS tibi usq; ad mortem  
 crucis obediens fuit. & sicut solem tuum oriri facis su-  
 per bonos ac malos, ita obsecro te ut ignoscas omni-  
 bus qui nomini tuo, ac sanctis tuis aduersantur. In huc  
 igitur modum Eusebius loquens de regno Dei, per me-  
 ditum ignis in coeli refrigerium pertransiuit: in qui-  
 bus omnibus laudemus nomen Domini, qui hodie mi-  
 rabilia operatur in confusione inimicorum suorum.

Apoc.18.

Quia in corde suo dicit: Sedeo re-  
 gina, & uidea non sum, & luctum  
 non uidebo: ideo in una die uenient  
 plague eius, mors, et luctus, & fames,  
 & igne comburetur: quia fortis est  
 Dominus Deus, qui iudica-  
 bit illam.

P I N I S.

Acta RERUM

# Index.

## VERVM IN HOC OPERE MEMO rabilium Index.

### A

- A Bbas Panormitanus  
quid de confessione  
auriculari dicat 347
- Acedere ad Deum per  
Christum cur possumus  
233
- Afflictiones ecclesiae cur  
non tollantur 80
- Agatho pontificū Rom.  
decreta, tanquam diui-  
na uoce firmata, obser-  
uanda dicit 172
- Alaricus Gotthorum rex  
Gallias & Hispanias  
dono accepit 155
- Alexander 2. Pont.  
Papam à cardinalibus  
tamum eligi decernit  
174
- Alexandri 3 Pontif. in  
Anglia regem tyran-  
nis 174
- Alexandri 6 obsecna  
& nefandissima que-  
dam 54
- Alexander 6 pontifex
- ueneno occiditur 56
- Ambrosius à populo Me-  
diolanensi elegitur in  
Episcopum 167
- Anastasius Arthemius  
orienti praeficitur 242
- Anime mortuorū in ter-  
ris non obambulant  
265
- Apiarius presbyter ex-  
communicatus 222. 28
- Antichristi tribunal  
quod 11. consilium pro  
conseruando regno 5  
timor de amittendore  
regno 4
- Anticyranum concilium  
à quibus peractum 169
- Antonius cadaver suum  
occultari curauit, &  
cur 247
- Arbitrium hominis libe-  
rum ad malum tantum  
220
- Arcadius orientis, Hono-  
rius occidentis imperat  
partibus 257

## Index.

- Archiepiscopus Genuæ  
à Bonifacio s archie-  
piscopatu priuatur, et  
tur 35
- Athanasius ab imperato-  
re, et non à Papa, in  
Episcopatum restitu-  
tur 187
- Augustini uerba, Naturæ  
hominis est posse crede-  
re, quomodo intelligen-  
da 124
- Augustorum nomen, et  
imperiū occidētiis quan-  
do mortua 156
- Autoritas Pontificis Ro-  
mani qualis 175
- Autoritas nulla pugnat  
contra pios, nisi uerbū  
Dei iungatur 268
- B
- Baptismum confurca-  
runt Papistæ 349
- Bartholomei Eliæ ciuis  
Patauini horrendum fa-  
cinus 146
- Basilius monachus uota  
monastica prior excoor-  
tavit 200
- Bellisarius Italiæ præfici-  
tur à Iustiniano, orien-  
tis imp. 157
- Benedictus 6 pont. inter-  
ficitur 23
- Benedictus 9 simonia-  
cus 24
- Benedictus 12 pont. præ-  
laturarum collationes  
ad se pertinere uoluit  
175
- Benedicti 12 in Ludouï-  
cum Imp. furor 40
- Beneficia in Christo ec-  
clesiae collata 100
- Bombarda à monacho in-  
uenta 148
- Bona omnia à Deo per  
Christū accipimus 106
- Bona Imperij oppigne-  
rantur, et imperium  
prosternitur 49
- Bonifacius 3 princeps e-  
piscoporū constituitur  
172
- Bonifacius 7 insignis fur-  
24
- Bonifacius 8 Alberto  
Austriæ Duci confirma-  
tionem

## Index.

- tionem imperij denegat 37.  
captus, desperabū  
dus moritur 37. eiusdē  
in Cælestinum pont. do  
lus, quo eum pontifica  
tu priuat 35. odium in  
Gibellinorū factionem  
36. gloriatio de duobus  
gladijs 168
- Bonifacius 9. Annatas  
excogitauit 175
- Bonorū est profide mo  
ri, malorum autem eos  
interficere 232
- C
- Canonizatio sanctorum  
à quo inuenta 363
- Coenæ Dominicæ ratio,  
et usus 325
- Coenam Dominicam acci  
piens, quid protestetur  
329
- Coenam Dominicam qui  
debeant fugere 329
- Coenam Dominicā man  
ducantes quomodo pro  
bare se debeant 326
- in Coena cmmunicatur  
corpus, et sanguis
- Christi fidelibus 328
- Callistus 3 pont. ne Pa  
pa ad concilium appelle  
laret, decreuit 175
- Carolus regis Bohemic  
filius, rex Rom. decer  
nitur 45
- Carolus Magnus Ponti  
fici Rom. multa donat  
160
- Carolo Magno potest  
datur eligendi summum  
Pontificem 161
- Castitatis uotum 193
- Castè uiuere, est Dei do  
num 393
- Castè uiuere qui debeant  
195
- Celestinius Pont. 32
- Census à pauperibus nō  
extorquendus 210
- Cerberus sacrificiorum  
349
- Childericus rex Gallie  
monachus fit 159
- Chrismatis autor 350
- Christophorus 2 pont.  
23
- Christus ab origine mun  
di

## Index.

- di mediator 234. Solus Christi corporis et pa-  
omnibus pījs ab origi- nis collatio 317  
ne mundi propositus Christi corpus à nullo  
autō salutis corū 114. potest offerri 325  
tanquam sequester ad- Christi corpus fide tantiē  
umbratus 233 manducatur 321  
Christus gratia, Anti- Christi Papistici genera-  
christus sceleribus cre- tio 319  
scit 57 Christiani infirmos fra-  
Christus solus uerus, ac tres esu carnium non  
Sempiternus sacerdos scandalizent 357  
313. quibus amplexi- Christianus in rebus fidei  
bus teneatur 100. cœlū non quid possit facere,  
ascendens ecclesiæ con- sed quid fecerit Deus et  
sulit 319 docuerit, inquirit 335  
Christianorum non est, Christianis menses, tem-  
us Dei, Antichristus ex- pora et anni non obser-  
operibus, filius Diabo- uentur 354  
li noscitur 57 Cibi nulla ratione mali  
Christi mors ante mundi esse possunt 354  
originem præcognita 236. intercessio pro no- Claves Ecclesiæ 13  
bis, qualis sit 273 Claves ecclesiæ quæ sint  
Christi corpus, ubiq; in 16. quibus date 14. quā  
eodem tempore esse nō do ecclesiæ date 15  
potest Christi corpus reale cœlū  
inhabitabit usq; in diem Claves ecclesiæ, annun-  
iudicij 317 ciatio

## Index.

- ciatio euangelij 81  
Claves inferni apud Pa-  
pam 19  
Claviū usus per aposto-  
los quis 17  
Clemens 3 episcopus  
principibus præire uo-  
luit 174  
Clemens 4 Carolum re-  
gem Galliæ, Siciliæ regē  
creat 34. 40000. aure-  
orum numū regi Gal-  
liarum sibi persoluēda  
singulis annis imponit  
34  
Clemens 5 Ludouicum  
Imp. imperio, liberis,  
ac patrijs bonis spoliat  
43. ueneno tollitur 25  
iniquas leges contra im-  
perium statuit 37  
Clerici papistici excom-  
municandi qui sint 215  
Concilium Christianum  
cur haberri non possit 51  
Concilia an Christi, uel  
Iathanæ sint, quomodo  
cognoscenda 90  
Cœcilia errare posse 272  
publicē celebrari qua-  
do incepturn 170  
in primitiva ecclesia nō  
congregabatur, & cū  
168  
Conciliarum Christi  
Pape discrimen 39  
Concilijs Papisticis qui  
intersint 53  
Concilijs antiquioribus  
obediendum 205  
Confessio 342  
Confessio perfectorum  
quæ 547  
Confessionis auricularis  
autor 343. fructus 348  
Confessiones sancte que  
sint 345  
Conradinus Sicilie rex  
capite truncatur 34  
Constantinus magnus nō  
Romæ à Sylvestro, sed  
Nicomedia baptizatus  
150  
Constantinus 1 Pon. Im-  
peratoris prior pedes o-  
sculandos prebet 172  
Philippicū Imp. excō-  
municat 342  
Coll-

## Index.

- Constantinus moriens  
totius imperij tres filios  
heredes instituit 151
- Constantinus, Constanti-  
nū magni filius, imperi-  
um occidentis obtinet  
251
- Constans Cōstantini fra-  
ter occidentis imperium  
habet 151
- Cōstantius Cōstantini fra-  
ter occidentalibus par-  
tibus imperat 151
- Constantinus s imaginū  
cultum pellit 242
- Constantinus s impera-  
tor, simulacra à matre  
erecta comburit 243
- Consecrationi tēpli Pa-  
pisticī requiritur dos  
243
- Consilijs impījs publicā  
Paci non consulendum  
253. 259
- Consolatio piorū in tri-  
bulationibus 13
- Constitutiones illicitae  
que sunt 92
- Constitutiones nouas ec-  
clesie presribentes ex  
communicandi 92
- Contingentia rerum, &  
libertas uoluntatis à so-  
phistis inueniæ, præde-  
stinationem euertunt  
296
- Cornelius Episcopus  
Romæ cōcilium conuo-  
cat 169
- Credētes ad tempus, cur  
deficiant 284
- D
- Damasus pont. 158
- Damasus 2 Clemente  
occiso, pontifex cre-  
atur 29
- Decimæ ex omnibus dan-  
tur Papisticis pastori-  
bus 145
- Decreta Papistica impia  
aduersus coniugii 199
- Deus ecclesie bonus est  
paterfamilias 327
- Deus quosdā excēdat &  
indurat 279. in prædesti-  
natos misericors, in re p-  
batis iustus 291. in præ-  
destinatos patris per-  
sonam

## Index.

- sonā habet, & quomo-  
do 307. impios overcet,  
ne malū quandoq; per-  
agant 121. iustus operū  
retributor 301. impossi-  
bilia non praecepit 216  
Dei Moloci cultores &  
Diabolus fundamentum  
ecclesiæ Papistice 62  
Dominicus Bassanensis  
martyr 249  
Dominica coena cur in-  
stituta 325  
Donatio Constantini  
Ecclesiæ Romane fa-  
cta, somnium, & Papa-  
rum impostura est 149  
Dulicæ & hyperdulicæ ad  
orationis somniū 246  
Dyonyssius Antioche-  
nus Episcopus conciliū  
conuocat 169

## E

- Ecclesia Christi quomo-  
do aucta 3. non armis,  
sed uerbo cōtra hæreti-  
cos pugnat 129. non ha-  
bet spiritualem gladiū,  
& cur 132. olim ueros

- monachos, nunc ueros  
diabolos habet 145  
Ecclesiæ tempora felici-  
ora 1  
Ecclesiæ petras seu funda-  
mentum non Papa, sed  
Christus 61. nomen in  
sacris literis quid signi-  
ficit 214  
Ecclesiæ Papistice quis  
deus faueat 5  
Egbertus contra Henri-  
ricum 3 insurgit 276  
Emptio & uenditio mis-  
sarum est obseruanda,  
& cur 340  
Epigrammata tria Fraci-  
sci Petrarchæ 189  
Episcopus qui uis Christi  
est uicarius 15  
Episcopus Episcopum  
non iudicat 14  
Episcopi omnes eiusdem  
autoritatis 14  
Episcopi Rom. antiqui  
primatum in ecclesiæ de-  
testabantur 76. aliorū  
episcoporum fratres di-  
cebantur 77  
Epi-

## Index.

- Episcopi Papistæ præsunt  
ecclesiæ malignantium  
225
- Episcopi Africani con-  
cilium celebrant 169
- Episcoporum gloria que-  
re 183
- Episcoporum Papistarum  
officium 344
- Erroris magistri qui 88
- Errorum approbat, qui  
illi non resistit 330
- Euangelii omnibus pre-  
dicandum 296
- Eugenij 4. iniquitas 53
- Eusebij nativitas 4
- Eusebius capitul. 10
- Eusebij fiducia coram Pa-  
pæ 11
- Eusebius consolatur no-  
bi à Deo 368. igni  
iudicatur 368
- Exarchatus officium in  
Italia instituitur 157
- Exarchi imperatorum  
pont. Rom. confirmata-  
bant 157
- Excommunicatio 256  
in Christi ecclesia ha-
- benda 221. quo ordine  
et per quem ferri debe  
at 217. in quos ferenda  
207. iniusta non timen-  
da 213. Papistica non est  
timenda 222
- Excōmunicatio Papistica  
tryānis est, et cur 209
- Excommunicationis finis  
220
- Excommunicare quis pos-  
sit 222
- Excommunicationis ne-  
xum soluere, cuius sit.  
222
- Excōmunicationem que  
præcedant 207
- Excommunicationis Pa-  
pisticæ contra euangeliū  
forma 212
- Excommunicantur absti-  
nentes et prohibentes e-  
sum carnium 354
- Fabianus Episcopus Ro-  
manus consilium conuocat Ro-  
mae 169
- F
- Faninus Faueminus mar-  
tyr 249
- Bb Felix

# Index.

- Felix Papa à Liberio Ro  
ma pellitur 21 statuit 172  
Fides os est anime, qua  
Christus in coena man-  
ducatur 328 Gemes Turcarū regis fra-  
ter occiditur 55  
Fidē defendere unusquis-  
que tenetur 330 Georgius Mantuanus  
Forma Papistica quahæ-  
retici citantur 7 martyr 249  
Fridericus 2 Imperator Georgius Medolagus Ber-  
Hierosolymam iter fa-  
cit 30. Italianam inuadit  
31. excommunicatur, &  
numeralis 100000. auri  
uncijs absoluuntur 31. ue-  
neno illi dato suffoca-  
tur 33 fomas martyr 247  
Fridericus Siciliæ rex Im-  
perator creatur 29 Glossator Dec. quid sen-  
tia de confessione auricu-  
lari 347  
Gratianus Valentinus nepos  
imperium Romanū pos-  
sedit 152  
Gratianus quid sentiat de  
confessione auriculari,  
347-348  
Græci ad confessionē au-  
riculariem non tenētū,  
& cur 347  
Gregorius Imperatoris  
protosecretarius Pipi-  
no obstat 160  
Gregorius 2 Pōt. Imaginā  
cultum defendit 247  
Greg. 3 subditos imp. in-  
rebellionem ducit 21. Ca-  
rolum Martellū ex Gal-  
lia in Italiam ducere ten-  
tat 258

# Index.

- Gregorius 4 in pontificē  
à Ludouico Imperatore  
confirmatur 265
- Gregorius 7 pont. deci-  
mas à laicis poſideri ue-  
tit 174. contra Henri-  
cum 3 imp. insurgit 25
- Gregorius 9 Apuliam oc-  
cupat 30. in Fridericum  
imp. ſæuit, & cur 29.  
ex Apulia quam occupa-  
rat pellitur 31
- Guntherus de Monte ni-  
gro rex Rom. decerni-  
tur 48. ſeſe imperio ab-  
dicat 49
- H
- Hadrianus 1 Carolū Ma-  
gnum contra Deside-  
rium Langobardorū re-  
gum uocat 160. priuile-  
gia hominibus conferre  
coepit 172
- Hadrianus 3 imperatorē  
priuauit autoritate con-  
firmandi pontificē Ro.  
165
- Helena Iuliani imp. uxor  
Romæ ſepelitur 151
- Hermannus Saxo impe-  
rium occupat, & à ſe-  
mina occiditur 27
- Henricus 3 imp. excomu-  
nicatur 27. imperio pre-  
uatur 26. Leodij mori-  
tur 28
- Henricus Henrici 3 imp.  
filius, patrem imperio  
priuat 27
- Hēricus Lātgravius This-  
ringiae imp. eligitur 32
- Hieremias propheta cur-  
ocisus 226
- Hieronymus & Lyranus  
Petrum apost. octiſum  
dicunt Hierosolymis 74
- Hieronymus Galatheus  
Venetus martyr 242
- Honorius 3 pont. contra  
Fridericum 2 imp 29. re-  
bellibus imperatori fa-  
uet ibidem
- Honorius Romæ mori-  
tur 155
- I
- Ieiunium 355. Deo gratiū  
quale 355
- Ieiunij angariarum qua-  
Bb 2 tuor

## Index.

- tuor autor quis 358  
lejunandum quādo 355  
Imaginum cultus tollen-  
dus 235  
Imaginibus quæ donent  
Papistæ 235  
Imperatores olim consi-  
lia conuocabant 184  
Indulgentiæ 100. earūdem  
autores præcipui 113  
Innocentius Pont. Roma-  
nam sedem omnibus præ-  
fert 171  
Innocentius 2 Pont. clerū  
à laico magistratu libe-  
ravit 174  
Innocentius 3 Pont. con-  
tra Philippū Imp. insur-  
git 18. ut principes à Pa-  
pa corrigerentur statuit.  
174  
Innocentius 4 hostis Fri-  
derici Imperatoris 32.  
Fridericū 2 Imp. excom-  
municat 33. Imperatore  
à Pont. deponi posse san-  
ciuit 174  
Intercessiones sanctorum.  
227.
- Ioānes Hierosolymitanus  
rex, & comites Thu-  
sciae Imperatori rebelles  
30
- Ioannes tyrannus Rome  
occiditur 155
- Ioannes Huß & Hiero-  
nymus de Praga 249
- Ioannes Diazius Hispani-  
nus 349
- Ioānes 8 scemina, & scor-  
tum 23
- Ioannes 10 Pont. 23
- Ioannes 11 Pont. miles 33
- Ioannes 13 in duos cardi-  
nales sœvit 23
- Ioannes 14 in uiros con-  
sulares, & decarchones  
sœvit 24
- Ioannis 22 in Ludouicum  
Bauarum Imp. rabies; &  
Ioannes 23 in concilio  
accusat, & triennio  
captiuus detinetur 50
- Ioanni Rauenne presuli  
dies dicitur Rome, &  
conditiones iniquissime  
illi offeruntur 175
- Irene Constantini 6 Imp.  
matri

## Index.

- mater *imagines* destru-  
clas erigit 243. Constan-  
tinum & Imp. filiumq;  
capit, & oculis priuat.  
Iulianus apostata occiden-  
tis imperium obtinet 151  
Iulianus episcopus Rom.  
concilium Nicenum ty-  
rannice confirmat 170  
prohibet ne concilia ulla  
celebrentur sine uolu-  
tate Romani Pont. 171  
lveramentū Episcoporum  
Pont. Rom. factum 52  
lveramenta & uota con-  
tra fidem rescindēda 203  
Iufurandū Othonis Ma-  
gni Ioanni 13 Pont. fa-  
ctum 166  
de Iustificatione multa.  
Iustinus 2 Imp. exarcha-  
tum instituit 157. 28  
Iulianus à militibus Ro.  
Imperator eligitur 152  
L  
Laici in Papismo uerbum  
Dei prædicare non pos-
- sunt, & cur 360  
Langobardi cum rege Al-  
boino Italiā inuadunt.  
157. annos 240. Italiā  
occupant 157  
Legati Pōtificis Romani  
priorem in concilio Ni-  
ceno locum non obtine-  
erunt 185  
Leo 3 pont. Carolū ma-  
gnū imperatorem Au-  
gustum decernit 162.  
concilio factō *imagines*  
destruit 241. imperio  
spoliatur à Pōtifice 242  
Leo 4 imperator moritur  
242.  
Leo pontifex iubet ab om-  
nibus obseruari ecclesijs  
quod Romana sedes ob-  
seruat 171  
Lex Dei æterna 98. quid  
faciendū sit ostendit 98.  
à nullo seruari unquam  
poterit, præter Christū  
96  
Legis Dei uox 99. legiti-  
mus usus 99  
Liber uitæ quis 309  
Bb 3 Libe-

## Index.

- Liberius Papa Arrianus      Longinus omnium exor-  
21      chorum primus      155  
Libertas Christianorum      Lucretiae Alexandri 6  
in uescendis cibis      pont. filiae castitas      55  
Liberū sit episcopis, pres-  
byt. diac. & sub. an cū  
coniugibus dormire ne  
lunt, uel non      204  
Liberum arbitrium      Ludouicus Caroli mag.  
primo homini dāū fuit  
124      filius Imperator crea-  
tur      163  
Libri multi aperiendi in  
die iudicij qui sunt      Ludouicus Imp. diadema  
Loci scripture: Genesis  
48 de iuuocatione A-  
braam, &c. cæt. declara-  
tur 253. Baruch 3 de ora-  
tionibus mortuorum Is-  
rael 263. lib. 2 Machab.  
de orando pro defunctis  
93. Iob 5 de conuersione  
ad sanctos 259. Psal. 150  
Laudate dominū in san-  
ctis 164. de consentien-  
do cū aduersario in uia  
84. Matth. 12 de pecca-  
to in spiritū S. 84. Apoc.  
5 de orationibus san-  
ctorum      274
- De Magistratus autorita-  
te      352  
Martion hæreticus à pa-  
tre excommunicatur 223  
Martinus & clericis cisti-  
tatis uotū imponit 196  
Martyrum duplex genus  
248 Christi & Anti-  
Christi discrimen      249

## Index.

- Matrimonii malum esse  
non potest 196. sacra-  
mentum non est, & cur  
351
- Maximus senator Roma-  
nus Imperatorem oca-  
dit 155
- Meretrices Romæ quot  
numeratae sub Paulo III.  
60
- Meritum 95
- Miracula ad martyrum  
sepulchra facta quid  
present 247. sanctorum  
Papistarum à quo fiant.  
248
- Missus 310. eiusq; archite-  
ctus 318
- Monachi quæ uendant  
142
- Monachi non operantes  
manibus, uiolenis pra-  
donibus æquales 145.
- Quid uicissim dent, pro  
temporalibus quæ acci-  
piunt 145. lolium in a-  
grum Domini proiece-  
runt 138. excommuni-  
candi sunt 147
- Monachorū somnia 136
- Monachorum prisōrum  
uiuendi ratio 137
- Mosis cadauer cur ocul-  
tum 247
- Narses Iustini. ni imp. cu-  
bicula ius Totilam ui-  
cit 157
- Nectarius Constantinop.
- Episcopus cōfessionem  
auricularem sustulit 342
- Neocæsariensis synodus  
à quibus peracta 170
- Nicephorus Imperator  
im. ignes cōmuuit 243
- Nicænum concilium 173
- Nicolaus Carpensis mar-  
tyr 249
- Nicolai 2 decretum 172
- Nicolaus 3 innumerabell  
la in Italia ex citat 34(4)
- Nicalaus 5 Pont. creatur.
- O
- Obedientiæ uotum 132
- Ociū monachorū quid  
pariat 147
- Opera bona quæ 312
- Opera electorum bona,  
qua ratione Deo pla-
- Bb 4 ceans

## Index.

- ceant 105  
Opera bona, & fides sunt  
prædestinationis seque-  
læ 307  
Opera ex ecclesia reiici-  
enda quæ, & retinenda  
103  
Opera quomodo fidē con-  
sequantur, & cur 102  
Opes quando deserendæ  
144  
Orandum pro inuicem in  
ecclesia, & cur 272  
Ordinum qui sacri dicun-  
tur autor 350  
Otho à Pont. excommuni-  
catur, & imperio pri-  
uatur 29  
Otho aduersus Philippum  
Imp. suas upont. Rom.  
insurgit 28
- P
- Panis ac uinum in coena  
non pura ac nuda signa  
328. quomodo corpus et  
sanguis Christi 333  
Papa, & eius autoritas 11  
Papa Rom. quis prior 76  
Papa non est simplex ho-
- mo 58. nō potest dispone  
re cōtra euangelium 271.  
dux reprobatorum 14.  
nō Christi, sed diaboli  
est uicerius 12. 62. si est  
successor Petri, Papa est  
Iudeorum 15. nullum  
potest excommunicare,  
& cur 212. electos Dei  
certò scire nō potest 362.  
dispensat contrā iurū na-  
ture, & apostolicum  
340  
Papæ non exosculandi pē-  
des 11  
Papæ definitio duplex 58  
Papæ nomen à quo primò  
usurpatum 77  
Papæ omnes & Papistæ  
hæretici 271  
Papæ persona dupliciter  
consideratur 58  
Papæ nulla tyrannis dum  
imperator Rome erat  
254  
Papistæ sunt qui dicunt,  
Ecce Christus hic, ecce  
illic 312. cur ueritatis is-  
num claudant 271  
multi

# Index.

	CHY	
multi ueritatem agnoscunt, & illā in iniustitia detinent 230. Deum patrem tyrannum faciunt 230. sacerdotes qua poena puniendi 340. pios persecūdo, Iudeis crudeliores sunt 127. cui similem dicam sacrā scripturā 63. accusatores, testes, iudicesq; in propria causa sunt 9. Babyloniorum more idola volunt 236	263	
Papistarum religio quōmodo defendenda 130	27	Paschalis 2 pont.
Papistarū iactantia 258. quorundam impia somnia de prædestinatione 302	5	Paulus 1 Constantinum 5
Papistica buccella ubi in scripturis figurata 335	Imp. excōmunicat 242	Pauli 2 inuentū impium,
Papistica doctrinæ cur nō credendum 359	& mores 54	& 3 pont. impium inuenit 10
Papistorum doctorum congrua nomina 256	Pauli locus de igne 1 Cor.	Pauli declaratur 81
Paschali 1 electo Pontifice à Pop. Rom. Imperator conqueritur, &	3. 142	Paupertatis uotum 142
		Paupertas nuncia de peccato, ad genitus non compellit 143
		Peccata cui sacerdoti quis confiteri debeat 347
		Peccata quæ in celebrāda Missa contingunt 322
		Peccatorum culpa & poena per Christi fidem remittitur 80
		Petrus quando circuncisi onis apostolus factus 66
		Petrum Romæ non fuisse probatur 63
		Petrus Dominicanus martyris Papæ 250
		Philippicus imperator idolatollit 242
	Bb 5	Phi-

# Index.

- Philippus Imp. occiditur 29  
Pipinus rex Gallie decen-  
natur 159  
Pipinus Caroli magni fi-  
lius Italia rex creatur 162  
Pipinus exarchatū Rauē  
næ Pontifici donat, &  
multa alia 259  
Pipini Galliae regis respo-  
sum superbum 160  
Pontifices Romani Ma-  
humetis æmuli 158. quā  
do potissimū imperium  
affectare cœperunt 158  
Pontificis Rom. gladij  
duo, ex quorū manibus  
extracti 167  
Pontificis, & regis Gal-  
lie mutuū insurandum 162  
Populus Romanus cogi-  
tur pontifici perpetuam  
obedientiam iurare 162  
Portas inferorum contra  
aliquem præualere quid 21  
Præceptorum. Dei finis
- quiſ 122  
Prædestination 277. cur nō  
omnium fit 279. non ex  
operibus, neq; ex fide  
288. 307  
Prædestination est predi-  
canda 301  
Prædestinationis prædica  
tio quomodo fidem &  
inuocationem non euer-  
tat 296  
Prædestinati cur audien-  
tes euangelium credant  
287  
Prædestinatorum condi-  
tio 284  
Prædestinatorum sceler  
quomodo deleta 285  
Prælatus tot mortibus di-  
gnus, quot mala exem-  
pla populo dat 216  
Prælati Papistæ nūquam  
corriguntur 119  
Primatus Papæ à quo do-  
natus 79  
Priuilegia Romanae eccl  
siæ, quot annorum pro  
scriptione tollatur 175  
Promissiones Dei omni-  
bus 646

# Index.

- bus prædicādæ 280. 296      278  
Prouinciae omnes suace-  
lebrabant concilia 170  
Purgatorium 79. Christi  
anorum quale sit 79. Pa-  
pisticum quid genuerit  
80
- R
- Religo cogi non potest  
210  
Religo defensitur non  
occidendo, sed moriendo  
230  
Religo Papistica negotia-  
tions occasio 236  
Religo idolorum Papisti  
corum scelestos quosq;  
admitit 245  
Reprobati nihil uerè bo-  
num, & Deo gratum  
facere possunt 279  
Reprobati cur promissio-  
nibus Dei non credant  
280  
Reprobati in cœna, panē  
uinum & iudicium una  
manducant & bibunt  
329  
Reprobatorum conditio
- Reprobatorum nullus sal-  
uari potest 279  
Rex Bohemiæ & Dux Lo-  
thoringiæ cū alijs prin-  
cipibus nonnullis cœdun-  
tur 45  
Rodolphus Sueorū Dux  
imperium occupat &  
occiditur 26
- S
- Sabiniani i pont. impie-  
tas, & auaritia 22  
Sacerdos nullus instituen-  
dus, & cur 313  
Sacerdotes plures ante  
Mosen cur 313  
Sacrificuli Iudea prodito-  
ris uicarij 339  
Sacerdotij Christi, cum  
sacerdotio Leuitarum  
collatio 314  
Sancti Papistæ quæstuarij  
sunt 236  
Sancti Papistæ quid præ-  
stare possint 229  
Sanctorum nomine qui in-  
telligendi 262  
Sanctitas hominis unde  
306

# Index.

- 306
- Sathanæ tradi per excom  
municationem quid 219
- Scientia uera quæ 88
- Scripta doctorum quomo  
do legenda 269
- Scriptura & sensa unde hau  
rienda 87
- Sententia de prædestinati  
one non est opinio Stoici 281
- Sergius 2 à Lothario Im  
peratore confirmatur  
pontifex 165
- Sergij 3 pont. nequitia 22
- Simonia quid 340
- Sixtus, Damasus, & Leo  
Pontifices, accusati pur  
gant se coram concilijs  
& Imperatoribus 185
- Smaragdus, Patritius, Ex  
archi 158
- Sonetti tre d' il Petrarcha 188
- Stephanus 2 pont. pri  
mus in humeris hominū  
portatur 17 2. Pipinum  
in Italiā uocat contra  
Langobardos 159
- Stephanus 3 pon. Medio  
lanensem ecclesiam sibi  
subiicit 174
- Stephanus 4 Carolus  
Magnum autoritate ab  
Hadriano accepta pri  
uat 162
- Stephani 6 pont. crudeli  
tas 22
- Stephanus Columna, T
- Nicolaus Sarra 39
- Syluester 2 dæmonias con  
fudit 244
- Syluester 3 pontifikatum  
uendit 25
- Symmachus pont. cœcilia  
sine autoritate Romani  
Pontificis collecta, pon  
dere carcere dicit 172.
- nuptias prohibet ui  
duis & uirginibus con  
tinentiam professis 196
- Synodus Græcorum de  
imaginibus tollendis dā  
natur 243
- Syricius pont. Rom. 153
- coniugii interdicit 196
- T
- Testes contra Lutheranos  
qui

## Index.

- qui  
Theodosius cum filiis totum Romanorum imperium possidet 155. Medicus moritur 155  
Theodorus Imp. dignatus, & regno à subditis priuatur 243  
Theodoricus Ostrogothorum rex Italiam occupat 157  
Therasius patriarcha Constantinopolitanus 242  
Thomas Aquinas bene de predestinatione sensit. 350  
Thomas Cantuariensis martyr Papæ 250  
Totila Gotorum rex Italiam uastat 157  
Tyranni multi de Rom. imperio dimicant 156  
Tyranni Romæ excitati mortuo Valentiniano imp. 156  
Tyriss & Sidonijs cur non predicatum faciat 254  
Valentinianus Imperator V
- in Italianam uenit, ac imperium suum tuetur 152  
Valentinianus iunior Theodosiusq; cum filiis Romanam ueniunt 153  
Valentinianus iunior toti Italiæ imperat ibidem. Romanæ nouas leges præscribit ibidem. occiditur 155  
Valentinianus Honorij nepos Romæ imperat 155.  
Rauennæ moritur ibid.  
Valens Valentinianus frater imperium occidentis obtinet 152  
Vectigal Romæ à mercetricibus exigitur 60  
Verbum Dei annunciatum lingua populo agnita 364  
Verbum Dei destruit regnum Papæ &c. omnium hominum autoritati præstat 157  
Verbo tantum Dei intendū in fidei negotio 86  
Vesperæ Sicilianæ Romani pont. cōsilio fiunt. 35

Vice-

## Index.

- Vicecomites Mediolanū  
regentes excommunican-  
tur 39
- Vigilius Romanam sedē  
omnium aliarum matrē  
dicit 172
- Vigilius Papa captiuus sa-  
xis ac fistibus à po. Rom  
percutitur 21
- Victor 3 pont. 27
- Victor Episcopus Rom.  
Romæ concilium conuo-  
cat 168
- Virgines continentia pro-  
fessas hortatur Cypri-  
anus ut nubant, si non  
continent 203
- Vita æterna, merces pio-  
rum, & quomodo 108.  
quomodo operibus retri-  
bui dicatur 308
- Vladislaus Poloniæ rex  
à Turcis occiditur 53
- Vunctionis quam extremā  
uocant, auctor 350
- Vocatio prædestinationis  
et reprobatis facta, non  
est eadem 287
- Votum licitum est implē-  
dum 203
- Vota turpia mutāda sunt,  
& mala promissio re-  
scindenda 203
- Voti nomen in scripturis  
quid 203
- Urbanus 2 pont. 27
- Urbanus 4 regem Gal-  
lie in regem Sicilie con-  
citat 34
- Urbanus 6 cardinales a-  
quis suffocat 50
- Uxorati multi in priscais  
ecclesiistarum pastoribus.  
204
- Uxorem ducere qui tene-  
antur 394
- Zacharias 1 pont. Childe-  
ricum Galliæ regem re-  
gno spoliat 159
- Zeno orientis imp. 157

F I N I S.

